ui.ſ.eodem.c.i.⁊ ibi concluſi quod iſta decre.non coꝛrigatur,ſed
temperetur in hoc,quod vbi olim nunquam poterat pꝛeueniri ni-
ſi lapſo anno,hodie,ſi non vult pꝛeueniri,opoꝛtet quod eo quod ci-
tatus eſt per ſecundas literas,quod reſpondeat,⁊ pꝛeſentet pꝛi-
mas,⁊ offerat ſe per pꝛimas paratum procedere:vbi olim poterat
differre vſqꝫ ad annum.Hodie ergo aut citatus per ſecundas,ſo-
lum opponit de pꝛimis,⁊ ipſas nō pꝛeſentat,⁊ ſuccūbit:aut ipſas
pꝛeſentat,⁊ offert ſe paratum per eas pꝛoſequi:⁊ non pꝛeuenitur
per ſecundas.Hoc not.poſuit tempoꝛe lec.in fin.gloſſ.in verſic.ſi.
23 quia copiam iudicis habere non potuit.❡†Nota cum gloſ.quod
vbi quis impeditur per factum iudicis ad impediendum curſum
tempoꝛis,iam ad excludendum in actu exercendo,opoꝛtet quod
pꝛoteſtetur.Idem no.gloſſ.in.c.i.ſ.eodem.Allegat ad hoc de ap-
pel.ſi iuſtus metus.Idem gloſſ.de elect.cupientes.§.ſi per viginti.
24 in verbo Pꝛopoſita.❡†Aduerte tamen quod vbi dicit gloſſ.nō
ſufficit quod ſemel requirat iudicem infra tempus,quia licet ſe-
mel non habuerit copiam,potuit habere alio tempoꝛe:vnde cau-
tum eſt infra tempus pluries pꝛoteſtari.Et ſi vis te ampliare,poſ-
ſes ſcribere que ponit Barto.ff.de noui oper.nuntia.l.de pupil-
lo.§.ſi quis ipſi pꝛetoꝛi.vbi tractat an ſemper debeat ſieri pꝛo-
teſtatio coꝛam vicinis,⁊ an pꝛoteſtatio pꝛopter impedimentum
ſinito impedimento ſit iteranda:vbi etiam pꝛoſequitur plura de
pꝛoteſtatione,que ſit cauſa timoꝛis,que plus pertineret ad capi-
tulum ſi iuſtus metus.⁊ ad.cap.i.quod me.cauſa.ideo non inſiſto.
25 ❡†Quero cum ea.gloſſ.ii.quando incipit currere annus.Reci-
tat opinio.Quidam dicunt quod tunc cum pꝛimum habuerit co-
piam agendi.ff.de diuer.⁊ tempo.pꝛeſcrip.l.i.⁊.ii.❡Secunda opi-
nio.a tempoꝛe pꝛeſentationis literarum ſecundarum facta iudici.
de appel.ſuper eo.quia hec falſa:quia ſic eſſet in poteſtate impe-
trantis.Secundo quando curreret annus.Nec obſtat.c.ſuper eo.
quia ibi loquitur de conuincenda negligentia iudicis in termino
ad ſiniendam cauſam:hic de termino parti ſtatuto.❡Tertia opi.
quod a tempoꝛe,quo compoſuit ſarcinulas ſuas,⁊ potuit que-
rere aduocatum.ff.ex qui.cau.ma.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpli-
citer.❡Quarta,quod incipiat a tempoꝛe date literarum.Iunge
tertiam cum pꝛima,currit a tempoꝛe,quo habuit copiam agendi:
⁊ hic eſt caſus:⁊ non dicitur habuiſſe copiam agendi infra modi-
cum tempus,quo ſarcinulas ſuas compoſuit.Et hec eſt veritas:li-
cet Hoſtien.⁊ quidam alii poſuerint ſextam opinio.quod tempus
curreret a die impetrati reſcripti ſecundi.Sed ſecundum hoc etiā
poſt decem annos incipere poſſet curſus tempoꝛis:quod non eſt
26 dicendum.❡†Quero,quis pꝛobabit negligentiam,vel dolum.
Reſpondet glo.vltima quod tranſcurſus anni pꝛobabit hoc:ne-
que alia opus erit interpellatione.de loca.potuit. Innocen.dicit
quod ex variis coniecturis eſtimabit diligentiam,vel negligen-
tiam:⁊ his conſideratis eſtimabit cui parti incumbat pꝛobatio.
Compoſt.placet gloſſ.maxime quia foꝛte plus inſtaretur in pꝛo-
batione huius articuli,quam pꝛincipalis:puto conſiderandum
qualiter opponatur.Si opponat negligentiam tantum,ſufficit
tranſcurſus anni.Si deducet dolum:opoꝛtet quod illud pꝛobet:⁊
pꝛobabiliter ex perſpicuis indiciis.C.de dolo.l.dolum,vel negli-
gentiam.quod poteſt:vt.ſ.eodem.ex parte S.tunc dico quod ſuf-
ficit tranſcurſus anni:quia neceſſario alterum concludit.Et illud,
quod dicitur,quod pꝛobatio dubia non releuat:verum,quando ni-
hil concludit:ſed quando neceſſario alterum duoꝛum includit,
quoꝛum alterum ſufficit ad intentum,tunc releuat.quod eſt notan-
dum.Anto.de Butrio.

1 ❡Iudex oꝛdinarius quid facere debeat cum mandata diuerſo-
rum delegatoꝛum reſpiciunt contraria.
2 Pꝛoceſſus duoꝛum delegatoꝛum pendet ex literarum viribus.
3 Executoꝛ qualiter procedat in mandatis delegatoꝛum contra-
riis.
4 Pꝛobatum dicitur euidenter ex inſpectione inſtrumenti.
5 Negatiua eſt manifeſte pꝛobabilis,coarctata ad locum certum.
6 Executoꝛ quam exceptionem admittat pꝛopter contraria man-
data.
7 Executoꝛis reſcriptoꝛum diſcretio qualis eſſe debeat in proce-
dendo.
8 Executoꝛ ſuper dubio poteſtatis quam iuriſdictionem habeat.
9 Executoꝛ an ⁊ quando poſſit admittere exceptionem contra exe-
quendum.
10 Iudicum inſtructio quatuoꝛ reſpicit in exequendo mandatum.
11 Iudex in dubio debet abſoluere,non condemnare.
12 Iudex ex quibus poſſit ſuperſedere ab executione mandati.
13 Iudex executione pꝛimi mandati facta recipiens ſecundum man-
datum contrarium,quid agere debeat.
14 Iudex ſe certum reddere non debet,vbi dubius eſt.
15 Iudex,cui iniungitur exequi certum mandatum a duobus oꝛdi-
nariis contraria mandantibus,vtri parere debeat.
16 Iudex,cui mandatur aliquid exequi,debet parere mandato,non
obſtante exceptione defectus poteſtatis in mandante.
17 Iudex executoꝛ qualiter ſit certificatus de queſtione.
18 Iudex executoꝛ virtute certi mandati ſecundi ſi non eſt ſibi no-
tum de reuocatione in dubium alterius reſcripti pꝛimi qualiter
procedere debeat.
19 Iudices in beneficialibus poſſunt aſſumere partes iudicis,vel
executoꝛis.
Iudex executoꝛ an debeat quaſcunqꝫ partes audire.
20 Iudex in pronuntiando quando videatur iudicis,⁊ non executo-
ris partes aſſumere.
21 Iudex dubitans an debeat condemnare vel abſoluere debet a iu-
dicio ſuo ſuperſedere,⁊ iuriſdictionis ſue certitudinem expecta-
re.
22 Iudex ſuper reuocatione executionis iam facte debet facere exhi-
beri literas.
23 Iudex non habens iuriſdictionem an poſſit partibus terminum
aſſignare.
24 Mandatum executum quando reuocetur per ſecundum.
Reſcriptum pꝛimum non ſurreptitium non reuocatur per ſecun-
dum.

1 **Cum contingat.** ❡†Inſtruit oꝛdina-
rium quid facere dꝫ,
cū diuerſoꝛum delegatoꝛum mandata recipit contra-
ria.hoc dicit:⁊ ſm Hoſti.ponit dubitationem,⁊ ipſius
ſolutionem diſtinguētem,ibi:ſuper quo.oꝛdinarii duplicem reſte-
2 ctionem ibi:ceterum.❡†No.pꝛimo qꝺ validitas proceſſus duoꝛū
delegatoꝛum quantum ad actum excōmunicationis a diuerſis in
eadem cauſa impetratoꝛum,pendet ex viribus literarum,⁊ euen-
3 tu.i.declaratione.❡†Nota ſecūdo qualiter habeat procedere exe-
cutoꝛ,vbi delegatoꝛum ſunt mandata contraria:quia quādoqꝫ eſt
certificatus quomodocunqꝫ de diſcoꝛdia literarum inter iudices:
⁊ tunc debet ſuperſedere,donec hec queſtio per iudices ſopiatur:
nec dꝫ ad executionē mādati alicuius ꝓcedere.Ex hoc videt qꝺ ꝫ
ſit certificatus qꝺ ſup hoc negotio ſint lr̄e diuerſe impetrate,⁊ qꝺ
ſup eis facti ſunt diuerſi ꝓceſſus,ex quo nō eſt certificat⁹ qꝺ iudi-
ces ſup lr̄is cōtēdant,ꝙ nō habet locum hec pars:⁊ debet tunc exe-
qui pꝛimū mādatum ſibi ꝑſentatum.❡Quādoqꝫ non eſt certificatus
tp̄e pꝛimi mādati de cōtētione lr̄aꝝ,vel anteꝙ fecerit executorem,
debet facere executionem:⁊ ſi facta executione ꝑſentet mādatū,dꝫ
ſibi facere literas ꝑſentari:⁊ hoc caſu aut euidēter ſibi conſtat qꝺ
ſcđe reuocāt pꝛimas:⁊ dꝫ illas retractare,ſeu executionē,quā fecit,
reuocare,ſcđas dꝫ exeq̄:ſi eſt certū qꝺ nullo modo reuocent,debet
4 reiicere ſcđas:ſi dubitat,dꝫ ꝑtes ad iudices remittere.❡†No.ter-
tio qꝺ illud dicit euidēter cōſtare,qꝺ cōſtat inſpectione inſtr̄i,aut
literarū,ſup quibus nulla cadit dubitatio:nec illud dicit euidēter
conſtare,qꝺ cōſtat inſtrumento,ſi ſup ipſo cadit intrinſeca,vel ex-
trinſeca dubitatio.Qꝺ no.qn̄ cognoſcas ſniam hr̄e euidentē erro-
rem,

rem, quando circa errorem nulla cadit dubitatio, ⁊ oculis perpẽdif
abſq; aliqua diſcuſſione. Uide quod ſcribit Inn. de offi. dele. P. ⁊
G. ⁊ quod dixi. de reſcri. ab excommunicato. Et hoc, quando eui-
denter vel indubitanter dicatur conſtare, dixi de coha. cle. veſtra. ⁊
5 vide de appel. cum ſpeciali. ¶ † Quarto nota quod negatiua mani
feſte eſt probabilis, quando coarctata eſt ad locum certum. Unde
viſione inſtrumenti poteſt probari negatiua: ⁊ dicif probatio ma-
nifeſta. Et ſic patet quod factum negatiuum poteſt tranſire in no-
torium. Hoc examinaui tibi de coha. cle. ⁊ mu. veſtra. ſic de facto ne
6 gatiuo poteſt eſſe conſuetudo. de cle. coniu. Joannes. ¶ † Quinto
nota quod propter contrarietatem mandatorum poteſt executor
admittere exceptionem defectus poteſtatis mãdantium, ⁊ illud nõ
exequi, ⁊ ſuperſedere aſſumendo quandam extraiudicialem cogni-
tionem ſuper fundamento poteſtatis mandantium, vbi de ea no-
torie conſtare poteſt abſq; aliqua dubij diſcuſſione: non tamen po-
teſt iuriſdictionem aliquam aſſumere, nec ſuper probabili dubita-
tione aliquid decidere: ſicut de priuilegijs. cum perſone. lib. vi. Po
teſt etiam nulla ſubſiſtente contrarietate petere vt informetur ſu-
per poteſtate mandantis, de qua ſi ſibi nõ conſtat, poteſt executio-
nem recuſare de offi. dele. cum in iure. ¶ Aut ergo opponitur co-
ram executore defectus poteſtatis, ⁊ de ea incontinenti conſtat, niſi
aliud oſtendatur: ⁊ hec exceptio admittitur de offi. dele. cum in iu-
re. Aut allegatur exceptio defectus poteſtatis, ⁊ de poteſtate con-
ſtat, ſed de defectu conſtare poteſt abſq; aliqua diſcuſſione, ex ſola
viſione literarum: ⁊ dico quod ad hoc admittitur. Aut allegatur
alius defectus poteſtatis, ⁊ de ea non poteſt euidenter conſtare, ſed
exigitur aliqua diſcuſſio: ⁊ de hoc nõ cognoſcit, ſed ſuperſedere dz,
donec iſta ſopiatur: vt hic. Poteſt etiã exequi, ſi vult, dũmodo non
ſint 9ria mandata. Et no. qd ſuper aliquo facto notorio poterit ſe
informare, ⁊ put veritatẽ repererit, exequi, vel nõ exequi: non dicif
ptes iudicis aſſumere. Ad hoc qd no gl. de iudicijs cum veniſſent.
7 ¶ † Ex vltima parte no. primo, qlis dz eſſe iudex, ⁊ qualr ſe dz ha
bere in pcedendo: qꝛ dz eſſe prouidus, ⁊ purus, nec aſſerere ſe dubi
tare, vbi nõ eſt dubitandum, nec ſe certum, vbi merito eſt dubitan
8 dum. ¶ † No. qꝑ executor ſup dubio ptãtis executionẽ mãdãtium
nullã põt aſſumere iuriſdictionẽ, ſed ſolã nudã, ⁊ puram informa-
9 tionem extraiudicialem. ¶ † Et not. bene hunc tex. qꝛ declarat, an,
⁊ qñ executor poſſit admittere exceptionem contra exequendum
ex capite nullitatis, ppter defectũ poteſtatis: de alijs exceptionib9
10 de offi. dele. paſtoralis. §. preterea de re iu. de cetero. ¶ † Habemus
hic inſtructionẽ iudicum circa quatuor. ¶ Primum, qñ executor
nondum executo mandato literarum recipit dubitationem de diſ
cordia literarũ, qualiter procedere debet. ¶ Secũdo, qualiter pce
dere debet, quando facta executione primi mandati, recipit ſcdm
contrarium, vbi ex literis colligit validitatem, ⁊ inualiditatem al-
terius litere. ¶ Tertio quid agere debet quãdo ſuper literis pre-
ſentatis recipit probabilem dubitationem. ¶ Quarto vniuerſali
ter quo ad omnia inſtruitur, quõ ſe habere debeat, ⁊ qualiter aſſu-
11 mere poſſit ptãtem. ¶ † Ad primum oppo. qd nõ debeat ſuperſe-
dere, ex quo dubitat de reuocatione, an debeat abſoluere, vel condẽ
nare: in dubio debet abſoluere. ff. de acti. ⁊ ob. Arrianus. ⁊ de pro-
bat. ex literis. ¶ Dic, quandoq; dubitat iudex an debeat abſolue-
re, vel condemnare, ⁊ dubium procedit ex phatione partiũ: ⁊ pro-
cedit regula. ¶ Qñq; dubium procedit ex dubio iuriſdictionis: ⁊
tũc nõ dz abſoluere, ſed expectare certificationẽ iuriſdictionis, ex
12 quo põt, vt hic. ¶ † Quero primo de quo debeat recipere qõnem
ſuſcitatam eſſe, vt poſſit ſuperſedere executioni. Nõ inſiſtendo ver
bis, vt habeat locum qd hic deciditur, vt ſuperſedere debeat, opor
tet quod habuerit dubium, primo qd duo paria fuerunt literarũ:
⁊ de hoc qd ſic ſit, dz eſſe certificatus. ¶ Secundo exigitur qd ſit
certificatus, qd ſuſcitata eſt inter iudices queſtio ſuper ipſis iuri-
bus literarum. Per qd dico qd licet audiuerit duo paria literarũ
impetrata, lz etiam audiuerit qꝑ ambo iudices procedunt eodem
inſtanti, ex quo non audiuerit contentionem ſuſcitatã inter eos ſu
per literis, non credo qd tũc ſupſedere debeat, ſed dz exequi primũ
mandatũ, ⁊ poſtea expectare ſcdm. ¶ Per hoc dico qd ſi audiret
duo paria literarũ, ⁊ vnum tñ procedere iudicẽ, ad hoc non habef
locus hic, niſi vt deberet retardare executionem: ſi tñ expectaret
modicum, malum non faceret: non tñ dz expectare excõicationem.
Et p hoc multa ceſſant, q̃ ſcribit Inno. q̃ plus intricata, q̃ vtilia,
puto. Per hoc puto qd ſi poſtq̃ eſt factum mãdatũ executioni, vt
denunciet excõicatum p primos iudices: qd ſi comparet alia pars
dicens ſe paratam literas intra breuem terminum oſtendere, que
expreſſe reuocant primas, qd ordinarius, lz forte ex equitate poſ-
ſet acquieſcere, ⁊ ſuſpẽdere executionẽ, cõſiderata qualitate pſone:
qꝛ nec deuiare debuit aduerſarius, nec dz venire cũ ſacco paratus.
ff. de ſol. qd dicim9. ſm Inn. tñ de iure ſupſedere non dz: qꝛ iſta de-
cre. põderat ad ſupſedẽdũ. qd ſit inter iudices cõtẽtio ſup lr̃is, vt
hic: ⁊ hoc etiã ſentit Cõpo. ¶ Uel dic qd ſupſedere dz, etiã de iure,
nõ ex virib9 hui9 decre. ſz qꝛ ex quo allegaf defectus ptãtis, ⁊ alia
nõ exigif diſcuſſio, q̃ inſpectatiõis literarũ, ipſam põt admittere.
13 Ad hoc de of. dele. cũ in iure. ¶ † Circa ſecundum qd dicitur, qd ſi
poſt executionẽ litere appareat ſcdm mandatum 9rium, p qd man
datur oppoſitum a primis iudicibus: qd executor poteſt facere li-
teras exhiberi, ⁊ poterit ſcdm euentũ literarũ reuocare, vel nõ exe
cutioni mandare. ¶ Pone qd facta iam per executorẽ executione,
per primas literas, abſq; aliquo mandato cõtrario cõparet, pars
oſtẽdit lr̃as ſcdas, q̃ expreſſe reuocẽt prias: nũquid poterit ſibi ad
reuocãdũ primas pcedere vt reuocet proceſſum, ⁊ facere ſibi oſten
dere, ita qꝑ videre poſſit an ſecunde reuocent primas ad finẽ reuo-
candi primũ pceſſum. Compo. hic ſentit qd nõ. Jo. An. tz cõtra-
rium: qꝛ dicit qd etiã nõ receptis mandatis contrarijs, ⁊ põt ſibi
facere literas exhibere, vt dixit gl. ¶ Aduerte: dubiũ pẽdet in hoc
an poſſit pur9 executor admittere dubiũ poteſtatis mãdantis, ad
impediendã executionẽ demũ, qñ recipit mãdata 9ria: an etiã ſi nõ
habuerit mandata 9ria. Et videtur qd demũ, qñ habuit mandata
cõtraria: qꝛ tunc ppter prolixitatẽ vt faciat ſibi viã iuris, videtur
qd tunc põt admittere dubiũ poteſtatis, cum aliter facere nõ poſ-
ſit. Ubi ergo nõ hz mandata cõtraria, nõ dz admittere exceptio-
nẽ 9 defectũ poteſtatis mandantis: qꝛ purus executor nullam dz
admittere regulariter exceptionẽ. de re iudi. de cetero. ⁊ qd ibi no.
¶ Ego credo qꝑ aut ante executionem factam per primas oppo-
nitur de ſecundis ſibi, ⁊ paratus eſt oſtẽdere, etiã nullo facto man-
dato per ſecundas: ⁊ dico qd licet non compellatur, ſi non vult, po
teſt, ⁊ iuſte facit, admittere ſcdm impetrantem volẽtem ſecundas
literas oſtendere, per quas prime reuocãtur: qꝛ ante executionem
poteſt diſcutere, ⁊ extraiudicialiter querere de ptãte mãdãtis: qꝛ ſi
de ea ſibi non cõſtat, vel de defectu cõſtare põt, nõ tenef exequi: de
offi. dele. cum in iure ex quo nõ opponif defectus dubij: ſed conſta-
re volens ex literis, aut ipſe iam fecit executionem per primas, et
iam functus eſt officio, niſi nouum ſibi ſiat mãdatũ oppoſitũ, per
qd recipiat ptãtẽ ad reuocandũ qd fecit, nõ dz illud reuocare, etiã
ſi appareat qd mandans nullam habeat ptãtẽ: qꝛ nõ põt ſe infor-
mare ſuper ptãte mãdãtis poſt executionẽ ad reuocandũ, ſed anq̃
exequaf. Et ſic exponit Cõpo. ſup ipſa tñ recognitione ptãtis, vbi
opponif in executione, nũq̃ poterit vt iudex pcedere, ſed vt infor-
mator ſic, nõ a partib9 ſe informãdo, ſz ſolũ ex quadã lr̃arũ viſio-
ne ſic, vt hic habes in fine. Ideo dicit doc. qꝑ ad ipſum non ſpectat
inquirere, vel audire aliquas exceptiões, q̃ iuriſdictionẽ tangant:
ſed ſunt dimittẽde ptibus corã iudicibus pponende. ⁊ p eos diffi-
niẽde, prout iuris fuerit: ⁊ ſolũ ex ſola inſpectione literarũ, motum
ſui animi debebit reformare, vt patebit ex literis. Et ſic eſt caſus,
quo cognoſcit, q nõ iudicat, ⁊ q iuriſdictionẽ nõ hz: ⁊ qd vz proceſ
ſus a nõ iudice: q no. qꝛ p hoc cognoſcis, an, ⁊ qñ exceptionẽ 9 defe
14 ctũ ptãtis ſnãntis debeat audire, vel admittere executor. ¶ † Ue
nio ad partẽ, in qua inſtruif iudex, quõ in talibus ſe debeat hr̃e in
procedẽdo: ⁊ dicit qd nõ dz ſe certum reddere, vbi eſt dubius. vel ſe
dubitantẽ: vbi eſt certus. ¶ Quid ſi reddat ſe certum, vel dubiuz,
vbi nõ dz, ⁊ per hoc excõicatur, an valeat excõicatio. Dic qd ſi du-
bitatio eſt craſſa, ⁊ ſupina, qꝛ in veritate aliqua dubitatio non põt
ibi cadere, vz excõicatio, ſm Inn. de offi. dele. paſtoralis. Si dubi-
tatio ſit excuſabilis, nõ tz excõicatio, lz dubitet vbi dubitandũ nõ
eſt per peritiſſimum, vel peritiorem: qꝛ non contumaciter reſiſtit,
nec ipſius iuriſdictionẽ turbat: in qbus caſibus tñ hz in eũ iuriſ-
dictionẽ: de of. or. paſtoralis. de of. dele. paſtoralis. eo. tit. c. j. Et ſi di
cis, ſnĩa iniuſta ligat: verũ, niſi def ptãs, vt eſt hic. Si dicit ſe cer-
tũ, vbi dubitãdũ ſit, ⁊ exequif, ⁊ p hoc ab aliquo excõicef: tz ſnĩa, ſi
dubium eſt probabile, ⁊ ſupinum, ſic ſe reputare certum: qꝛ turbat
iuriſdictionẽ: cũ in tali dubio debeat ſuperſedere, vt hic. Propter
qd dicunt qdam ligare ſnĩam, etiã ſi poſtea appareat iuriſdictio-
nẽ excõicatorũ reuocatã: cum cõſtet illum in dubio iuriſdictionem
15 habuiſſe, quã ipſe turbat. ¶ † Ultimo quero an hec decre. habeat
locũ in duobus ordinarijs eiuſdem, puta habentibus eccleſiam in
vtriuſq; dioceſi, vnus ex dioceſanis mandat eũ denũtiari excõica-
tum, alter mandat eum denuntiari non excõicatum. Inno. qd nõ:
qꝛ ambo ſunt pares: ⁊ par in parẽ, ⁊c. de elec. innotuit. Sed in dele-
gatis vnus poteſt eſſe ſuperior altero, ſi habet alter iuriſdictionẽ,
⁊ alter nõ. Et hoc intellige, qñ ordinarij vnus non eſt maior alio: ſi
eſſet, ſtaretur mandato ſuperioris: puta, ſi legatus mãdaret, ⁊ mã-
daret oppoſitum ordinarius. Hec vera quando certum eſt, eum eſ
ſe iudicẽ: ſz ſi eſt dubiũ qs eorũ ſit iudex, vt dixi. ſ. eo. ſup lr̃is. hr̃et
locũ decre. paſtoralis. in ordiarijs. Ita dico qd hz locũ iſta: alr̃ nõ.
16 ¶ † Quid ſi nõ eſt cõtẽtio ſup plurib9 lr̃is, ſz ſup vna tñ: vt qꝛ dr,
vnicas lr̃as ipetratas p dolũ, vel falſi ſuggeſtionẽ: dic qꝑ nõ hz lo-
cũ decr. paſtoralis. Uñ hoc caſu nõ obſtãte qꝑ opponaf talis defe-
ct9 ptãtis in mãdãte, executor parebit. j. de offi. dele. ſi qñ ⁊. c. ex li-
teris. Qd intelligif, dũ tñ de ptãte appareat, ſaltẽ extrinſece: vt qꝛ
lr̃e oñdanf abſq; vitio extrinſeco. de offi. dele. cũ in iure. ⁊ hec ſuffi-
ciãt. ¶ Si eñ ex literis eſt certus de iuriſdictione, parere dz: ſi eſt
certus qd nõ dz parere, nõ neceſſitatur ſi eſt dubium, qꝛ in dubijs

17 eſt parendū, adhuc parere debet: vt in illis iurib⁹ notatur. ¶ †Venio ad gloſ. ⁊ quero cum ea circa principium, qualiter, ⁊ a quo exigitur ꝙ ad gloſ. ⁊ quero cum ea circa principium, qualiter, ⁊ a quo dicem ſuſcitata. Dicit hic gl. ſ. qꝺ quidam dicūt qꝺ hic ſufficit iudicem certificatum eſſe per famam ſolam, vel alias quocunqꝫ etiaꝫ dicto vnius: qꝛ text. exigit qꝺ vt nō habeat locum hec pars de retardando proceſſu, qꝺ nihil omnino ſciuerit. Ipſe autem dicit aliquid ſcire, etiā ſi aliqd audiuerit per famam. Ad hoc de cle. excō. il lud. de ſen. excō. cum deſideres. §. ſed eſt queſtio. Motiuum iſtorū eſt tex. q dicit ad hoc vt procedere poſſit ad executionem, exigitur, quod omnino nihil ſciuerit: ⁊ ſi aliquid, quātū modicum, ſciuerit, poteſt ſuperſedere excōicationē al's executionem. Allegant multa iura, que ꝓbant quod vt inducaꝛ dubitatio de aliquo, ſufficit aliquid, quantūcunqꝫ modicū, ſciuiſſe, etiam ab vno. ff. de pe. hered. l. item veniunt. §. a quo. cum ſimili. ⁊c. Eſt opinio gloſſatorū qꝺ exigiꝛ ꝙ a talibus taliter audiuerit, qꝺ merito fit ei fides adhibenda. Probat iſtud: qꝛ non ſufficit ſcire a quacunqꝫ leui pſona: vt. ſ. de ſpon. cū in tua. ⁊ qꝛ in dubijs obediendum. xxiij. q. i. qd culpaꝛ. ⁊ qꝛ non dꝫ executio differri, niſi incontinenti ꝓbeꝛ exceptio. ſ. de teſti. veniens. Probat glo. qꝛ ſi ſufficeret hoc audiuiſſe a quocūqꝫ, ſemp eſſet in ptāte partis impedire executionem ſnie, allegando ſe priores literas habere, de qbus ſecunde nō faciunt mētionem: ⁊ ſic nulla excōicationis ſententia, vel abſolutiōis, mādaretur executioni, ſi diceret aliquis ante executionē, cām eſſe alteri cōmiſſam: ⁊ ſic daꝛ occaſio figmentis: qꝺ eſſe non dꝫ. xxxij. q. ſ. dixit. ſ. de diuoꝛ. ꝓto. Propter qꝺ cōcludūt, qꝺ vt ſuperſedeat excōicationi, opꝫ quod habeat ꝓbabilem cauſam, ⁊ ſcientiam, ⁊ de conceptione literarum. xxiij. q. iiij. quam magna. de cle. excom. mi. c. illud. Gloſſ. reſpondet quod ſufficit, quōcūqꝫ audiuerit, per literam, que exigit qꝺ vt non ſuperſedeat, quod nihil omnino audiuerit. ¶ Credo qꝺ aut audiuit executoꝛ tm̄ a parte volente impedire executionē: ⁊ nō ſufficit, vt dicit gl. Aut hoc audiuit p famā, aut ab vno teſte: ⁊ tunc hoc ſufficit, quod poſſit ſuperſedere, vt non excommuniceꝛ. Sed ſi contra eum ꝓceditur ad excōicationem, vt nō ligeꝛ, debet aut exequi mandatum, aut debet dicere qꝺ eſt paratus pſequi ſcꝺm formā huius decre. vt petat preſentari mādata, ⁊ literas: ⁊ ſi aliter obediat, oſtēdendo mandatum, obſequēdo illi. Allegat de cōuer. coniuga. ex publico. Si tm̄ excōicaꝛ, quādiu eſt paratus pſequi ſm formā huius decre. nō valet excōicatio, cū non ſit cōtumax, ⁊ in illo caſu tm̄ habeat delegatus poteſtatem excōicandi, ſcꝺm Jo. An. ¶ Credo ꝙ bene dicant, excepto eo, quod dicunt qꝺ debet facere qꝺ iudices ſibi literas preſentent: qꝛ illud habet tantum locum, qn̄ inter eos nō eſt reuocatum in dubium de viribus literarum: ſed qn̄ eſt reuocatum, ⁊ hoc ſciuit nō hꝫ locum illud, qꝺ eſt dictū de preſentatione literarū: ⁊ ideo tutum eſt forte quod qualitates notificent, ⁊ delegatis mādantibus, vel ſuperiori, qui hoc iubeat, vel appellet: vel facta ſibi aliquali fide, poteſt petere ſibi exhiberi copiā reſcriptorū: ⁊ ſic ſaltem videat an relatis debeat credi, ⁊ ſic ſuperſedere debeat: qua petita, ſi non exhibeantur reſcripta, non valebit excōicatio cōtra ipſum lata, iuxta no. in. c. cū in iure. de offi. dele. Et iſto mō poterit intelligi opi. doc. Et hoc forte voluit ver. ⁊ ad ipſum. referendo ad omnia precedentia: quod placet tamen glo. ſi. ¶ Unum tamen eſt concludendum, quod ſi ſufficiat qualiſcūqꝫ notificatio, ad hoc vt ſuperſedere poſſit data ſuper tali notificatione excōmunicatio lata contra ipſum executorem erit nulla: ar. dictorum iuriū, ⁊

18 eius, quod habetur in. d. c. cum in iure. ¶ †Venio ad ſecundū, vbi dicitur quod ſi non eſt ſibi notum de reuocatione in dubium literarum, qualiter debet procedere: ⁊ determinatur. ¶ Primus caſus, quando preſentatis literis, quas debent ſibi preſentare iudices, vel partes: ⁊ colligit euidenter que alias reuocent: ſi ſecunde reuocent primas, reuocet quod executus eſt: ſi ſecunde impediantur euidenter primis, non exequitur ſecundum mandatum. ¶ Circa hoc primo opponitur quod hoc non procedit, vt poſſit extraiudicialiter de preualiditate literarum informari: licet enim appareat quod ſecunde reuocent primas, vel quod ſecunde non faciunt mentionem de primis, per hoc non conſtat primo caſu ſecūdas validas, ⁊ ſecundo primas: quia poteſt eſſe qꝺ prime ſint ſurreptitie, ⁊ preualebunt ſecunde. ſ. eo. c. ex parte S. ⁊ c. ex tenoꝛe. Sic poteſt eſſe quod ſecunde reuocantes primas ſunt ſurreptitie. Aut ergo de hoc. ſ. an ſint ſurreptitie, vel non, ſe informet, ⁊ nō eſt euidens de validitate, vel preualiditate literarum: ⁊ ſic non poterit procedere quod dicitur, quod alterum mandatum exequatur. Aut ſe informat ſuper ſurreptione: ⁊ hoc facere nō poteſt, quin aliquid audiat a partibus: ⁊ ſecundum hoc aſſumet iuriſdictionem ſuper cognitione ſurreptionis. Et ſic patet quod partes aſſumet iudicis: qꝺ non eſt dicendum. Gloſſ. ſuper verbo Literarum, dicit quod qn̄qꝫ non reuocaꝛ in dubiū inter partes, niſi de prioritate, ⁊ poſterioritate, ⁊ reuocatione, vel non, nec aliter allegatur dubiū extrinſec⁹, vel vitium: ⁊ hoc caſu ꝓcedit decre. qꝛ de hac prioritate ⁊ poſterioritate poterit ſe informare ex ſola viſiōe lr̄arū: ⁊ ſic poterit alterū ex mandatis exeq. Qn̄qꝫ vltra dubiū prioritatis ⁊ poſterioritatis, vel nō reuocationis, reuocaꝛ in dubiū de validitate alterarū ex aliquo vitio extrinſec⁹: ⁊ hoc caſu gl. ponit duas opi. vna ꝙ adhuc ꝓcederet decr. ꝓut dicit executorē alterū ex mandatis exeq poſſe: qꝛ poterit ſe informare ſup ſurreptiōe extraiudicialr, hoc a ptib⁹ indagādo, ⁊ aſſertiōe eax: nec p hoc ſequiꝛ ꝙ aliquā aſſumat iuriſdictionē. ¶ Scꝺa opi. ſ. q̄ reſidet gl. ꝙ tūc nō poterit ꝓcedere, qꝛ p h̄ aſſumeret iuriſdictionē, ſi ſe iformaret. Itē qꝛ h̄ decre. excludit electionē alterius ex mādatis, qn̄ ſup lr̄is cadet ꝓbabilis dubitatio: q̄ cadit eo ꝙ ps allegat alteras ſurreptitias: qꝛ negatiōe ſit res dubia: vn̄ tūc locus eſt ei, qꝺ dicet decre. ¶ Scꝺo in caſu dubitatiōis qꝺ fiat remiſſio ad iudices, vt ꝓcedant ſecundū tenoꝛē decre. ſ. e. c. paſtoꝛalis. Et hoc apte tꝫ Jo. an. poſt gl. Inn. q dicunt ꝙ aliter decretalē exēplificātes carēt intellectu. ¶ Hoſt. deteſtaꝛ: vn̄ ipſe, ⁊ Jo. an. dn̄t hic, ꝙ dato qꝺ lr̄e allegenꝛ p ptes ſurreptitie, ⁊ ſic aliud vitiū extrinſecus opponaꝛ, ſe de hoc nō hꝫ executoꝛ intromittere, ſꝫ ſolū hꝫ literas inſpicere, ⁊ eis oſtenſis hec decre. decidit tres caſus. Aut eñ euidēter conſtat ex literis circūſcripto qꝺ extrinſecus allegaꝛ a ptibus, ⁊ repto ꝙ ſcꝺe literas primas reuocēt: ⁊ dꝫ exeq ſcꝺas, reuocando qꝺ fecit. Aut euidenter ſibi conſtat qꝺ ſcꝺe non reuocāt primas: ⁊ mādatum primū debet exequi, ⁊ non ſcꝺm. Aut aliqd pōt eſſe dubitationis ꝓbabilis: ⁊ debet ſupſedere executioni ex quo in mente ſua neſcit eligere. Et ꝓcedeꝛ ex ſola viſione literarū: ⁊ de hoc ſe intromittit, nec executionē p illud ſuſpēdit, ⁊ vbi allegaꝛ dubiū ſolū ſurgēs ex literis, ⁊ per lr̄as deciſibile. Aut pſentatis literis dubiū eſt, ⁊ patet quid agere debeat: aut manet in heſitatiōe: ⁊ ſuperſedet. Si enim deberet deſiſtere ordinarius, hoc ipſo ꝙ prim⁹ dicit ſecūdas literas impetratas p falſi ſuggeſtionē, dareꝛ materia figmentis: quod eſſe nō debet. Ad hoc allegat Hoſti. text. ad ſi. q etiam dicit qꝺ ordo iſtius decre. gloſſat verbum ambiguuꝫ poſitum in dicta decre. paſtoꝛalis. Et ſic ex hoc dicto tacite vꝛ velle. Hoſti. ꝙ diſpoſitio illius decre. paſtoꝛalis. nō habet locum, vbi reuocaꝛ in dubiū de iuriſdictiōe literarum propter ſurreptionem cuius cōtrarium tenet hic gl. ſ. aperte ad ſi. ¶ Ideo cogito, qꝛ tenendo opi. gl. ibi poſitam non male diceret glo. noſtra hic poſita, per tex. ibi: innotuerit. Sic ergo cōcoꝛdando opi. dicendum eſt, ꝙ qn̄qꝫ cōſtat executori litem iam ſuſcitatā inter iudices: ⁊ debet ſuperſedere, non autem procedere: ⁊ hoc, ſiue executus ſit iam vnum mandatum, ſiue nullum: ⁊ hoc velit ver. ⁊ id ipſum ⁊c. nec curandū eſt iſto caſu, quō, ⁊ qua de cauſa contentio ſit inter iudices. ¶ Qn̄qꝫ ꝙ hoc nō conſtat: ⁊ tunc non eſt ſeruanda diſtinctio cap. noſtri: nec iudex ad inſtantiam partis debet ſuperſedere, allegantis literas impetratas per ſurreptionem, que non cōprehēditur ex inſpectione literarum. Si vis ergo ſaluare gl. noſtram, dic qꝺ pōt procedere, tenendo ꝙ nō bene pōt cadere in dubiū ſuper iuriſdictione, ni ſi opponaꝛ de ſurreptiōe: vt ipſa etiā no. in dicto. c. paſtoꝛalis. nam tūc allegatio ptis forte ſufficeret, qn̄ offerret ſe paratā ꝓbare hoc incontinenti: ſicut ſufficit, qn̄ dicit ꝙ litere ſunt reuocate, per primas, quas offert icōtinēti: nō tm̄ ſiet talis receptio in modū cognitionis, vt eſt ꝓbationis, per tex. nr̄m in ſi. ſed informatur, vt dicit gl.: ⁊ ſic ſuperſedere poterit, habita tali informatiōe, donec queſtio

19 ſopiaꝛ ſm formā. c. paſtoꝛalis. ¶ †Ex iſtis pōt patere determinatio dubij, dantur quotidie executores a papa in literis beneficialib⁹, q lꝫ poſſent aſſumere ptes iudicis, pñt etiā, ſi volūt, non aſſumere, ⁊ eligere viā executiōis: vt patet in. c. ſi. de preſum. per Inn. ⁊ in cle. de of. dele. eligunt vias executionis: partes aliqd opponūt, p quod nō poteſt exequi, ſi qꝺ opponūt eſt verum: nunquid executores debēt audire partes, an vero debeant inaudita parte ꝓcedere? Videꝛ qꝺ ſi allegaꝛ aliquid euidens, quod pateat ex literis, qꝺ ipediaꝛ executio, per hanc decre. Si allegaꝛ aliqd merito heſitā dū extrinſecus, quod hoc nō attento debeat exequi, ſm qꝺ dicunt hic doc. ¶ Credo ꝙ debeat ptes audire: ⁊ ſi nō audit, ⁊ ſe informet, ſaltem extraiudicialiter, ꝙ grauat partes: ⁊ aliud eſt in his executoribus, in qbus ius nō dat ſibi ptātem, niſi ſup cognitione notoꝛia, ⁊ euidenti literarum: qꝛ precedit cognitio iudicis. Aliud eſt, qn̄ daꝛ executoꝛ in literis: qꝛ ſemp ineſt clauſula ſi preces veritate nitanꝛ: vel, ſi eſt ita. Vn̄ ſup dubio iſto dat ptātem executori, vt ſuper hoc ſe informet: qꝛ licet ab eo excludaꝛ iuriſdictio, quando non aſſumit partes iudicis, non tm̄ excludiꝛ ab eo extraiudicialis informatio. Dꝫ ergo a partibus ſe ſuper illo dubio informare, ⁊ exceptionē, et ſurreptionē continentes admittere: licet de illis, que opponunꝛ in perſonam, ſit dubiū: vt ſcribit Innoc. de conceſ. preben. propoſuit. ⁊ vide de elec. cum inter canonicos. ⁊ tunc aut ex informatione redditur certus per literas: ⁊ debet exequi. Aut redditur certus contra literas: ⁊ non debet exequi. Aut reddiꝛ dubius: ⁊ tūc hꝫ duplicē viā, vel qꝺ ſupſedeat, ⁊ intimet ſupiori vt cognoſcat, vel qꝺ iudicis ptes in hoc aſſumat: ſed hodie hꝫ practica peſſima, qꝺ ſi nulle eſſent clauſule ſicut ita ſi eſt dign⁹: ꝓcedunt velo leuato, ⁊ non audiūt aliqd a ptibus, nec ſe infoꝛmāt cū ptib⁹, ſed velo leuato ꝓcedūt, ⁊ ptes grauant, ⁊ poſtea ptes appellāt: ⁊ ſic opus eſt qꝺ cā in curia

curia ventiletur. Nec nõ corrigit curia: quia gaudet, vt impingue-
tur. Puto tamẽ quod ſi ſe informet, quod proceſſus valebit, quan
do clauſula ſonet in monitionem: ſed poterit vt obreptitius retra
20 ctari: vt dicit gloſ. in dicta cle. i. ¶ †Aduertat tamen executor, vt
deſiſtat ab aliqua declaratione: quia ſi ſuper aliquo, quod dubita-
bile ſit, aliquid declarat, maxime pronuntiando, diceretur aſſume-
re partes iudicis, ⁊ non valeret. Poſſet tamen dicere, Dico quod
mihi euidenter conſtat, talem eſſe dignum, ⁊ ſic eum habeo pro di-
gno. Sed non dicat, Pronuncio ipſum eſſe dignũ ꝗ per hoc aſſumit
partes iudicis. Et per hoc credo in curia obtinere vnam. q. quia
proceſſit vt executor, ⁊ pronunciauit dignum, parte non citata, per
quod ego dico quod aſſumpſit partes iudicis. Queſtio pendet in
21 curia: videbitur in ſi. quid iuris. ¶ †Oppo. cum eadem gl. in ver.
item licet executor dubitet dicitur quod facto ſecundo mandato, ſi
dubitet ex inſpectione literarum, quod debet ſuperſedere, donec il
li procedant ſecundum formam decret. paſtoralis. imo videtur ꝙ
debeat abſoluere. ff. de acti. ⁊ ob. l. Arrianus. ¶ So. Dicit gl. con-
trarium procedit, quando dubium cadit circa iuriſdictionem, que
22 poteſt aliter certificari: ⁊ ſi non poſſet, abſoluendus eſſet. ¶ † Se-
cundo dicitur hic, quod vbi poſt mandatum executum primarum
literarum, ſi ſit ſecundum, debet facere exhiberi literas. ¶ Quid
ſi litere he non exhibeantur? Dicit gloſ. ſuper verbo Precipimus.
quod debet ſtatuere terminum ſecundis ad exhibendum, intra
quem ſi non exhibeant, non exequetur: ꝗ litere que non apparent,
non preſumuntur. ff. de contrahen. emp. l. in lege ⁊. l. Rutilia. Non
tamen poteſt cogere ad exhibendum: quia non habet iuriſdictionẽ
inter partes: vt dicit in ſi. Nec obſt. quod precipiatur in tex. vt ex-
hibeant: quia in hoc ſunt inobedientes: ſed per hoc non poſſunt cõ
pelli ab ipſis, quia non habent iuriſdictionem, nec etiã obedire te-
nentur mandato, niſi videant reſcriptum de offi. deleg. cum inter.
23 ¶ †Sed dices: quomodo poteſt ſtatuere terminum, ſi non habet
iuriſdictionem, cum termini ſtatutio, ſiat cum cauſe cognitione.
iiij. q. iij. ſpatium de diſſa. c. i. ¶ So. Quidam ſunt termini expecta-
torij: ⁊ in iſtis nõ exigitur cauſe cognitio: ideo ſtatui poſſunt a non
iudice. ¶ Quidam ſunt termini probatorij: ⁊ tales exigunt cauſe
cognitionem: ideo non debent fieri niſi a iudice: vt in contrario.
Per predicta. ſ. ⁊ per. c. cum in iure. infert gl. ſequens quod etiam
dato quod non ſint mandata contraria preſentata, ſed etiam vnũ
tantum, quod petatur exequi, quod poterit ille, cui ſit mandatum,
petere copiam literarum: licet quidã, ⁊ male, voluerunt quod tunc
demum arctare poſſit ad preſentandas literas, quando mandata
ſuſcepit contraria. Et hec ſequitur Cõpo. quaſi tũc cum non ha-
beat aliam viam, oportet quod diſcutiatur dubium poteſtatis: ꝙ
falſum eſt: ſed non compellit, vt puto, per hanc decre. ſed per decre.
cum in iure. de officio. delega. ⁊ tunc preſentato mandato, aut eſt
certum de iuriſdictione: ⁊ exequatur. Aut eſt certum quod non ha
beat eam: ⁊ non exequatur. Aut dubium eſt: ⁊ exequatur: quia in
dubio parendum, niſi quando duo mandata contraria preſentan-
24 tur, vt in hoc differant, vt hic. ¶ †Tertio dicitur quod ſi per pri-
mas literas facta eſt executio, quod ſi preſententur ſecunde litere,
⁊ euidenter pateat quod prime reuocentur per ſecundas, quod re-
tractabitur primum mandatum. Sed contra: quia factum per pri
mas literas ante preſentationem ſecundarum non debet reuocari.
de reſtitutione ſpolia. audita. Dicit gloſſ. ſ. verſicu. ſecundo loco.
quod per literas ſecundas nihil reuocatur: ſed denunciantur ab-
ſolui, qui prius fuerunt denunciati excommunicati. Quaſi dicat,
denunciatio prima ſtat pro tempore preterito, ⁊ non reuocatur pro
tempore futuro. Standum eſt huic ſecunde. Sed certe ſaltem ꝓ fu
turo, ſatis reuocatur quod primo eſt factum. ¶ Hoſtien. dicit ꝙ
illud, quod eſt factum authoritate veri reſcripti, non retractatur,
vt ibi: ſed factum authoritate reuocati ſic, vt hic: hoc cognito. Hoc
nihil valet: quia ⁊ ibi erat reuocatum primum. ¶ Dic, quod eſt fa
ctum per iudices ante notitiam literarum, non reuocatur, vt ibi,
quando id factum eſt perpetuum, ⁊ tranſit in rem iudicatam, vt in
aliis ſententiis, ⁊ proceſſibus. Sed ſi ſententia eſt talis, quod non
tranſit in rem iudicatam, id, quod eſt factum pendente dubio re-
uocationis, ante certificationem, ſi appareat poſtea, attento euen-
tu, iniuſte factũ, retractatur, vt hic: nam excommunicatio non eſt
perpetua, ⁊ purgata contumacia tolli debet. Si queritur an factũ
per executorem, ſtante ſibi dubio, ⁊ ignorantia ſecundarum reuo-
cantium, retractetur, ſuppoſito quod id, quod eſt factum a iudice,
ſic factum eo ſciente de reuocatiõe, an illud retractetur poſtea, hoc
ſibi cognito. Et dic quod ſic: quia validitas geſti ſumitur vt a iudi
ce, non vt ab executore. Ideo ſi iudex ſcit poteſtatem reuocatam, li
cet executor ignoret, ſententia eſt inualida: ⁊ hoc conſtito reuoca-
bitur executio. Sic loquitur hic. Et ex hoc habetur alia ſolutio, ꝙ
attentatum per executorem ignoranter, venit executione ad atten-
tatum per iudicem ſcienter: ideo cum proceſſus iudicis ſcientis fue
rit nullus, executio executoris, quanquam ignorantis, retractabi-
tur. Antonius de Butrio.

1 ☞Reſcripto diuerſa continente, an ſufficiat alterum pro-
bari.
2 Litere teſtimoniales non probant geſta coram delegatis.
3 Iterum, dictio denotat repetitionem, ſiue iterationem.
4 Beneficij collatio poteſt per procuratores recipi.
5 Fructus beneficij poſſunt ob excommunicationem ſequeſtra-
ri. 23.
6 Iuramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis ab excommuni-
catione.
7 Abſolutio ab excommunicatione poteſt fieri parte non vo-
cata.
8 Confeſſio facta coram iudicibus, non preiudicat confitenti.
9 Impedimentum alterius iudicis qualiter probetur.
Litis pendentia debet probari per nuntium literatorie deſti-
natum.
10 Ius ſuperueniens actori pendente lite confirmat ius intenta-
tum.
11 Libelli practica pro actore in materia beneficiali que ſit.
12 Clauſula in fine poſita, ad omnia quando referatur. 28.
13 Actor qualiter ad victoriam perueniat.
Actorem ius habere non ſequitur, reo ius non habente.
14 Excommunicatus an priuetur fructibus ſui beneficij.
15 Iudicibus non ſemper creditur de geſtis coram ſe.
Commiſſario de geſtis coram ſe non creditur ſimpliciter.
16 Accuſatores plures ſimul iuncti probant vt teſtes iurati.
17 Confeſſio erronea, vel ex calore facta, poteſt incontinenti reuo-
cari.
18 Confeſſio extraiudicialiter facta in quibus probet.
19 Confeſſio facta coram iudice non ſedente, non dicitur facta in
iudicio.
20 Confeſſio iuditialiter facta abſente parte non probat.
21 Confeſſio facta coram duobus coniudicibus, tertio abſente, non
valet.
22 Falſitas an committatur per raſuram inſtrumenti.
24 Libello continente plura ad eundem effectum, ſufficit alterum
probare.
25 Defectum poſſeſſionis oſtendere non ſufficit, vt ab ea quis re-
pellatur.
26 Excipi poteſt de iure ſuperuenienti contra reum lite pen-
dente.
27 Beneficio quibus delictis poſſit quis priuari.

1 **Cum ex literis.** ¶ †Cum in reſcripto
plura narrantur ope-
rantia diuerſos effectus, ad vtrunque conſequendum
effectum, alterum probari non ſufficit. hoc dicit.
Et ſunt due partes, conſultatio, et reſponſio. Secunda ibi:
nos igitur. commiſſionem factam ſecundis iudicibus. Tertia
ibi: verum, dubitationem emergentem. ¶ Or aduertatis ad
caſum: quia aliqualiter eſt intricatus in decretis. ¶ Dum
verteretur queſtio inter quendam Petrum clericum ſuper qua-
dam parochia de Salice a quadam S. de Clino, quam dice-
bat ſibi collatam per interpoſitam perſonam: poſtea cauſa fuit
delegata quibuſdam abbatibus in litera nominatis. Petrus
detinens eccleſiam pluries citatus contumax fuit: propter quod
delegati fructus ſequeſtrauerunt, ⁊ tulerunt excommunicatio-
nis ſententiam in dictum Petrum qui volens parere, petiit ab-
ſolui: et in abſolutionis literis fuit preceptum, vt certa die, et
loco compareret pariturus mandatis iudicum: tandem ipſe
diem, et locum abradens ibidem ſcripſit vt fructus ſequeſtra-
ti redderentur ei: et hoc conſtitit duobus ex dictis iudicibus
tertio excuſato per literas: facta pape intimatione mandauit iu-
dicibus in ſuprascriptione contentis, quod ſi foret ita, deberent
remouere dictum Petrum, et eccleſiam aſſignare dicto S. Tan-
dem delegati dubitauerunt: quia in dictis literis duo narra-
bantur. Primo, quod eccleſia ſpectabat ad S. Secundo quod
dictus S. falſauerat proceſſum: nunquid illa clauſula, Si eſt
ita: reſpiceret primum, et ſecundum, an ſecundum tantum: papa
reſpondit quod ad obtinendum vtrunque effectum, ⁊ priuationis
illius, ⁊ aſſignationis beneficij: quia ſola falſitas non ſufficit, niſi
ius habeat agens: quia ex defectu iuris rei, non ſequitur aſſi-
ſtentia iuris actoris: reſpondet illam clauſulam vtrunque reſpi-
2 cere, ⁊ ad vtrunque referri. Hic eſt caſus. Lego literam. ¶ †Ve-
nio ad notabilia: ⁊ nota primo quod de geſtis corã iudicibus dele
gatis, etiam ſi ſunt plures, non creditur literis teſtimonialibus
eorum. Ad hoc de elect. cum inter R. nam hic pars erat confeſſa
de raſura coram iudicibus, ⁊ ita referebant iudices: ⁊ tamen papa
mandat de hoc inquiri: quia dicit ſi eſt ita, ⁊c. de quo. ſ. de proba.
3 quã contra. ¶ †No. de dictione Iterũ, que notat binam iterationẽ.
4 ¶ †No. ꝙ poteſt collatio per procuratores recipi. Ad hoc de pre-

5 ben.accedens.⁊.eo.titu.ſi tibi abſenti.li.vi.¶†Nota quod ꝑpter
contumaciam iudex poteſt procedere ad ſequeſtrationem fructuū
excommunicatione precedente. Ad hoc.c.paſtoralis.de appel.ſ.ad
ſi.⁊ ſic ceſſat contrarium,quod formatur in gloſſ. de ſequeſtratio.
6 ¶†Nota hic apertum,quod iuramentum nō eſt de ſubſtantia ab-
ſolutionis ab excommunicatione:quia ſufficit, quod promittat ſe
7 pariturum.de quo de ſent.excom.cum deſideres.¶†Item no.hic
apertum,quod abſolutio ab excommunicatione poteſt fieri parte
non vocata,ad cuius petitionem excommunicatus eſt:de quo.ſ.de
8 appel.qua fronte.¶†Not.argu.quod confeſſio facta coram iudici
9 bus non preiudicat confitenti.¶†Nota.hic argu.quod nuntius
excuſatorius debeat eſſe literatorie deſtinatus pro excuſatione im
pedimenti alterius iudicis.Et vide quod no.ſ.eo.ſciſcitatus.⁊.ſ.
10 de offi.deleg.prudentiam.¶†Nota quod ius ſuperueniens acto-
ri pendente iudicio proficit ad reum repellendum,⁊ ius ſuum con-
11 firmandum.¶Venio ad ver.nos igitur.¶†Not. primo practicā
12 ſentētie ⁊ libelli in beneficialibus contra reū,⁊ pro actore.¶†No.
ſecundo quod clauſula in fine poſita,ad omnia eſt referenda quan
do ſi ad proximum tantum refertur , reſultaret intellectus diſſo-
13 nans a iure.¶†No.tertio quod ad victoriam agentis obtinendā,
non ſufficit repellere ius rei,niſi fundet intentionem ſuam:⁊ nō ſe-
14 quitur, Reus ius non habet:ergo actor ius habet.¶†Oppo.pri
mo quod excommunicato fructus debuiſſent reſtitui,cum fuerunt
ſequeſtrati per contumaciam:vt lite non conteſt.quoniam.§.quod
ſi ſuper.¶So.Debuerunt hoc facere iudices,ſed nō fecerunt,de-
buit pars abſoluta appellare,non literas radere:vel nō debuerūt
facere propter precedentē excommunicationem iuſtam, que eū re-
ditibus priuat.¶Secundo,male mandat papa in ſecundo man-
dato,ſi eſt ita:quia eis hoc conſtabat per confeſſionem:de confeſ.c.
15 ſ.⁊ per totum.¶†Plures dantur ſolutiones.Prima,quod iudi-
cibus non creditur de geſtis coram ſe.de proba.quoniam contra.
16 †Nec obſt.quod fuerant plures:de teſti.a nobis.de accu.cum dile-
cti.de electione.cum dilecti:quia hi erant ſimplices relatores,⁊ te-
ſtimoniatores,non vt teſtes citati,⁊ iurati,producebantur:quo vl
17 timo caſu procedunt iura preallegata.¶†Secunda ſol.quod hic.
licet fuerat confeſſus,non perſeuerauit.ff.de queſtionibus.l.j.§.ſi
quis vltra.Hec non eſt bona:quia loquitur de confeſſione facta vi
tormentorum:niſi forte intelligeres quando incontinenti vult il-
lam corrigere,quando feciſſet ex calore:vt no.glo.j.de diuor.ex lite
ris in verbo Admonita.Quo ad hoc eſt bona glo.⁊ vide quod ibi
ſcripſi:vel ſi non pſeuerauerit in ipſa,reuocando ex errore:de quo
18 de confeſ.c.ſi.¶†Tertia ſolutio,quod confeſſio fuit facta extra iu
19 dicium.†Nota hanc ſolutionem,quando agitur ciuiliter de crimi
ne,non preiudicat confeſſio extraiudicialiter confitenti , etiam vt
cogatur in ea perſeuerare.Dictum ergo Innocen.de elec.per in-
quiſitionem.procedit quando de hoc agitur criminaliter. Quod
bene nota.⁊ no.quod confeſſio facta coram iudice non ſemper dici-
tur facta in iudicio.Poteſt etiam fieri iudice ad hoc non ſedente:
⁊ non dicitur iudicialis.Dicit gloſſ.no.que non eſt alibi,in.c.fin.ſ.
de confeſ.Et ſic not.quod confeſſio exigit locum iudicij, licet non
exigat alias ſolennitates ad vim ſuam.Sic intelligo iura , que di-
cunt confeſſionem in iure pro iudicato haberi.ff . de confeſſis.l.j.ſ.
de confeſ.c.j.⁊ ſi.ad hoc de coha.cle.⁊ mu.tua . ¶Quarta ſolutio,
quod mandatum erat ex ſuperabundanti:ſicut als de elect.bone.
20 xxx.q.i.pendenda.¶†Quinta ſolutio qꝺ confeſſio fuit facta ab-
ſente parte coram duobus iudicibus:ſed confeſſio iudicialis non
preiudicat,niſi ſiat in preſentia partis.Ad hoc.ff.de cōfeſ.l.certū.
§.i.⁊,quod plus eſt,procedit hoc,quādo confeſſio eſt criminis,vbi
21 ciuiliter agitur de crimine.¶†Sexta,quod cōfeſſio fuit facta co-
rā duobus iudicibus:⁊ nō valet tertio abſente,cū fuerint dati ſine
clauſula:⁊ ideo non valet confeſſio,etiam de crimine , vbi ciuiliter
agitur,etiam ad preiudicium confitenti,coram incompetenti iudi
22 ce.¶†Septimo videtur quod non fuit hic ſcrupulus falſitatis,
imo apta falſitas,ſi raſit,⁊ ſubſcripſit.Dic ꝙ ſic : qꝛ potuiſſet hoc
feciſſe de mādato iudicum:⁊ ſic non fuiſſet falſitas,ſm Abb. Hoſ.
autem dixit quod quandoqꝫ reſcripti vitium eſt viſibile,vt acuto
ingenio,perſpicaci oculo perpendi poteſt:de quibus de cri.falſi.li-
cet quedam inuiſibilia.ſed intelligibilia,vt ſuggeſtio falſi : priora
afficiunt ipſo iure,poſteriora non,niſi excipiatur,ſecundum tum.
23 ¶†Venio ad glo.oppo.qꝺ ſequeſtratio non fiat propter cōtuma
ciam:qꝛ hoc non eſt de caſibus permiſſis. C.de prohibi.ſequeſtra.
poſ.l.i.de ſequeſt.poſ.ad hoc.⁊.c.ſeq.Solu.Dicit gloſſ.quod quan-
doqꝫ ſit propter contumaciam:de dolo.c.ex literis. Finaliter reſi-
det quod fieri non debet:quia alius eſt modus procedendi contra
contumacem.Et hoc teneas:quia nec hic,nec ibi,queritur de viri-
bus ſequeſtrationis,nec aliquid deciditur.Unde dicit Abb.quod
multipliciter peccauerūt iudices:quia duplicem penam impoſue-
runt:quia fructus ſequeſtrari fecerunt:quia abſoluerunt aduerſa
rio non vocato,⁊ quia non prius fecerunt ſatiſfacere de expenſis.
Ego puto quod non peccauerint fructus ſequeſtrando,cum illis
priuetur excōmunicatus.de app.paſtoralis.§.j.⁊ iura alia loquun
24 tur quando preceſſit excommunicatio. ¶†Glo.opponit tria,qꝺ
ſufficiat vnum probare:de reſcript.inter ceteras.ſ.eod.c.ij.de pre
bend.cum iam dudum.Gloſſ.remittit.ſ.c.ij.Dic,quandoqꝫ plura
copulantur ad vnum effectum , ⁊ vnum ſufficit tantum alterum
probare,vt ibi:quandoqꝫ ad plures:⁊ vnum non ſufficit ad vtrū-
que:⁊ ſufficit ad vnum.Si vult vnum effectum conſequi,ſufficit il
lud probari:ſi vtrunqꝫ intendit,oportet quod vtrunqꝫ probetur,
vt hic:hic actor intendebat duo,reo imponi ſilentium ſuper eccle-
ſia:⁊ ad hoc ſufficit quod literas falſauerit. Secundum quod ſibi
aſſignetur:⁊ tunc nō ſufficit falſatio,niſi ⁊ habeat ius.Oportet er
go quod probet de iure ſuo:igitur clauſula,ſi eſt ita: omnia reſpi-
25 cit.¶†Nūquid antē nō ꝓbata intentione ſua ſufficit ad repulſio-
nem poſſeſſionis oſtendere defectum poſſeſſiōis:videte tex.Vide-
tur hic qꝺ ſic.De hoc dic per Inno.de re iud.cum Bertoldus.in
glo.magna ſi.⁊ de reſcrip.c.capitulū ſancte Crucis per Compoſt.
26 ¶†Unum tñ volo qꝺ aduertas,qꝺ in hoc decre.eſt not.qꝺ de iu-
re ſuperueniente contra reum lite pendente,poteſt contra reū op-
poni:⁊ proficit actori ad abſolutionem impediendam , etiam dato
27 quod nō habeat vetuſtiorem cauſam iudicis. †Et no.qꝺ delictum
28 falſitatis,eſt ſufficiens ad priuandum beneficio. ¶†Ultimo glo.
opponit quod clauſula non refertur ad omnia:vt.ſ. de do. dilecti.
Dic vt.ſ.de appel.inquiſitioni.⁊.c.ſcꝺo requiris. Ant.de Butr.

1 ☞ Reſcriptum ſuper reſtitutione beneficij quando valeat.
2 Uiſitatores generales qua polleant authoritate.
3 Delictū quodlibet graue,⁊ manifeſtum,eſt depoſitione dignum.
4 Reſcriptum ſuper reſtitutiōe beneficij duobus cauſis infirmatur.
5 Poſſeſſorio agenti in materia beneficiali due exceptiones obſtāt.
6 Iudex a quo admittitur ad inſtruendum ſuperiorem.
7 Iudex admittitur ad proceſſum ſuum defendendum , ſi ex officio
proceſſit.
8 Uiſitator delegatus a papa poteſt deponere a beneficio.
9 Beneficio non poteſt quis crimine occulto priuari,niſi manifeſto.
10 Inquiſitio facta ſuper occultis non valet.
11 Reſcripta in communi forma in dubio falſa non iudicantur.
12 Uiſitator an poſſit beneficia vacātia conferre.
Reſcriptum ſuper reintegratione beneficij quibus vitietur.
13 Excommunicatus agens ſi poſt abſoluatur,an proſit ei actio.
14 Sententia,que non tranſiuit in rem iudicatam,quando poſſit re-
uocari.

1 Dilectus. †Reſcriptum impetratū ſuper re-
ſtitutione beneficij,non valet,nō fa-
cta mentione de excōicatione,⁊ impetrantis legitima
amotione.h.d. In prima facti narratio. In ſecunda
2 iudicum inſtructio,ibi:nos igit.¶†Not.qꝺ aliquando in eccleſiis
ciuitatis ⁊ dioceſis generaliter dantur viſitatores generales:⁊ ta-
les habēt poteſtatem procedendi vt inquiſitores,⁊c.vſqꝫ ad ſentē-
tiam priuationis a beneficio,de quorum poteſtate hic per doc.⁊.ſ.
3 de ſta.mo.in ſingulis.¶†Secundo nota qꝺ quodlibet delictū gra
ue,⁊ manifeſtum,eſt depoſitione dignum:de quo.lxxxiij. di.c.j.⁊.xv.
4 q.viij.in ſumma dixi de iudi.cum non ab homine.†Item no.duas
cauſas inficientes reſcriptū ad lites,qñ excōicatus impetrat taci-
ta excōicatione,⁊ quando impetrat ſuper reſtitutione beneficij,ta-
5 cita ſentētia amotionis precedente. ¶†Nota duas exceptiones,
que admittuntur contra agentem poſſeſſorio recuperande.ſ.excō-
6 municatio,⁊ ſententia,qua priuatus eſt poſſeſſione.¶†Not.quod
licet iudex non ſit vocandus ad defendendum proceſſum ſuum,tñ
ſi ſponte ſe offerat,ad inſtruendum ſuperiorem ſuper proceſſu,ad-
mittitur. Et habetis notabilia ſubſtantifica. Venio ad docto-
rum dicta:hic habemus tria. ¶Primo , quod impetrationi re-
ſcripti in poſſeſſorio obuiat excommunicatio,⁊ ſententie taciturni
tas precedentis,ſeu cauſe ſententie.¶Secundo,qꝺ ad proceſſum
7 inſtruendū admittitur iudex.¶†Tertio qꝺ viſitator amouet ab
eccleſijs.Ad ſcꝺm vr qꝺ nō debeat admitti iudex ad defendendū
ꝓceſſum:qꝛ ſua non intereſt,cum ſnia alios liget:⁊ res inter alios,
⁊c.vt in.c.Quis.de re iudi.Dic,ſi queritur an iudex debeat citari ad
defendendū ꝓceſſum:dic vbi ex officio ꝓcedit,ſic:de ſen.excō. vene
rabilibus verſu,attñ.No.gl.de app.cū ſpeciali ⁊.c.qua fronte. Si
ꝓceſſit in pñtia partis,tūc non eſt citādus:vt ſcribit Inn.de trāſ.
de cetero.de procura.accedens.Contrarium ſcribit de re iud.quā-
uis.Sed illud intellige,qñ ex officio ꝓceſſit.Si queritur,an nō ci-
tatus,ſi ſponte veniat ad defendendum proceſſum,ſit admittēdus:
dic qꝺ ſic:qꝛ ſaltē poteſt ſibi preſumptiue preiudicare,cum ſit con-
dēnandus in litis eſtimationē,ſi malo animo pronuntiauit , vel ꝑ
imperitiā,quantum iudici equum videbitur.C.de pena iudic.qui
male iudicauit.l.ij.Inſti.de obli.que ex deli.in prin.de ſen.excō.ve
nerabilibus.li.vi.ij.q.vi.habet.de re iudi.c.i.li.vi. ¶Si querit an
tanqꝫ impetrator ius,qꝺ fecerat,admittat:dic qꝺ ſic:vt hic,ſcꝺm
Compo.

8 Compo.¶†Ad tertium videtur ꝙ hic nõ poſſit viſitator depo/ nere:de ſta.mo.in ſingulis.So.Non poteſt deponere viſitator non iudex,⁊ non datus a papa,vbi generalis: ſed viſitator iudex dele/ gatus,ſic:de accu.qualiter ⁊ etiam in dubio viſitator datus a papa poterit:quia habet mandatum ad corrigendum:⁊ forte non poſſet corrigere,niſi remoueret:de exceſ.prela.ex literis de acc.ad petitio/
9 nem de re iudi.cum.J.⁊.A.⁊ hoc.de offi.vica.c.j.lib.vj.¶†Opp. quod pro crimine non poſſit viſitator deponere, etiam ſi ſit iudex. Unde oppo.de.c.j.ſ.de tempo.or.So.Contrarium loquitur in oc/ cultis criminibus:iſte autem tex.loquitur in manifeſtis,vt probat ibi tex.⁊ manifeſtos:nam ſuper occultis nõ ſit inquiſitio,nec valet
10 ibi,ſi ſuper illis teſtes deponunt.¶†Opp.ꝙ iſte litere nõ debue/ runt iudicari falſe, cum fuerunt impetrate in communi forma: de c.pe.ſ.de crimi.fal.So.Dic quod prima facie non iudicantur falſe quo ad ſcripturam:cum ſint impetrate in forma communi.ſ.quia aſſeruerunt ſe iuſte ſpoliatos.Bene autem iudicantur ſurreptitie
ex quo impugnabat primos in data,ꝛ ſibi non prouidebat,non po
terat ex hoc defendere aduerſus ſecundos:ꝛ ſic indiſtincte quo ad
vtrunqꝫ ſe iniuſte defendebat:igitur vtraqꝫ ſententia debebat va-
lere.Dic quod ex eo quod quis impugnat,immediate ſe defendere
non poteſt:hic non ex eo ſe defendebat contra ſecundum,ſed ex de-
licto ſurrepti contra ſecundum,ꝛ ſuper illo ſe non fundabat.Uel
hec exceptio eſt odioſa,ideo ex facto alieno nō competit.Uel quan
doqꝫ impugnatur ius certum,ꝛ ex illo quis ſe non fundat,vt in cō
trario.Quandoqꝫ ius dubium:ꝛ tunc impugnando,ex tali,bene
poteſt ſe fundare,ne illaqueetur,ſecundum Compo.Allegat.ff.de
excu.tutorum.l.j.§.j.ꝛ cle.vt lite penden.ſi duobus.ver.ſin vero al-
teri.¶In tertio dic quod ex facto,qđ quis impugnat,cōtra eun-
dem ſe non iuuat:ſic loquitur allega.in contrarium:ex facto quod
quis impugnat,contra tertium bene ſe fundat,vt hic.Ratio,quia
hec impugnatio,velut confeſſio nullitatis actus,preiudicat inter
eoſdem,ſed non inter diuerſos:ꝛ quia contraria quis poteſt in di-
uerſis inſtantijs,ꝛ contra diuerſos allegare.l.Pomponius.§.ſed
nec impuberis.ff.de inoffi.teſta.Et hec ſufficiant pro communi le
ctura huius cap.Compo.hic multa alia tāgit,que non proſequor:
quia ſtudenda ſunt in camera. Antonius de Butrio.

1 ☞ Reſcriptum ſecundum impetratum per eum,qui primo re-
ſcripto renuntiauit propter annuam penſionem,non valet,et
quare.
2 Commutatio in beneficialibus an ſit licita.
3 Renuntiatio an ſit licita in beneficialibus.
4 Conſtitutio iuris antiqui declaratoria reſpicit preterita.
5 Proceſſus ex literis ſurreptitijs,an ſit ipſo iure nullus.
6 Reſcriptum quo mandatur prouideri de beneficio vſqꝫ ad certam
ſummam,non intelligitur de penſione.
7 Eccleſias non vexari que cauſa mouet papam.
8 Debitum ex ſtatuto particulari an deducatur in pactum.
9 Impetrans beneficium tenetur facere mentionem de beneficio,qđ
obtinet iniuſte,ſicut de eo,quod iuſte tenet.
10 Simonia an committatur pacto de re ſpirituali pro temporali.
11 Exceptio omiſſa ante ſententiam an poſſit opponi poſt ſententiā.
12 Exceptio omiſſa in principali,poteſt in cauſa appellationis op-
poni.
13 Exceptio dilatoria poteſt in cauſa appellationis opponi.
14 Reſcripta ita demum in dubio valent,niſi opponatur.
15 Proceſſus an vitietur vitio Latinitatis,ſeu defectu forme.
Reſcriptum ex quibus poſſit tanquā ſurreptitium impugnari.
16 Proceſſus ſuper reſcripto ſurreptitio an validetur tacito par-
tium conſenſu.
17 Surreptionis vitium non poteſt finito proceſſu opponi.
18 Proceſſus iniuſtus finitus an poſſit aliquo remedio retractari.
19 Sententia iniuſta an videatur poſſe trāſire in rem iudicatam.20.
21 Sententia,que non tranſiuit in rem iudicatam,quo iure poſſit re-
tractari.

AD audientiam.

Iſtud etiam eſt for-
te capitulum,breuiter
1 hoc dicit.†Si habens pape literas ad beneficia,eis re
nuntiauit propter annuam penſionem,non valent li-
tere,quas poſtea ad beneficia hoc tacito impetrauit.hoc dicit.
¶In prima facti narratio.In ſecunda prouiſio,ibi:fraternitati.
¶Not.ex decret.quod ſicut neceſſe eſt facere mentionem de bene-
ficio ex vi primarum literarum cōſecuto,ita eſt neceſſe facere men-
2 tionem de penſione,aut beneficio loco illarum conſecuto.¶†Not.
ſecūdo quod literarum ad beneficia,tanquam ſpiritualia ſint,lici
3 ta videtur commutatio.¶†Not.tertio qđ licita videtur renuntia
tio literarum cum pacto conſequendi aliud beneficium cōpoſitio-
4 nis cauſa,ſeu vi cōpoſitionis.¶†Not.hic qđ conſtitutio antiqui
5 iuris declaratoria reſpicit preterita.¶†No.ex litera qđ proceſſus
habitus per literas ſurreptitias,eſt ipſo iure nullus:ꝛ pōt detecta
6 ſurreptione quandocunqꝫ reuocari.¶†Or veniamus ad declara
tionem materie decre.Queritur ,,pone quod papa mandat alicui
prouideri de beneficio vſqꝫ ad certam ſummam,an prouideri po-
terit de penſione.Dic quod nō,niſi aliud in literis exprimatur:vt
in.c.quamuis.ſ.in primo rñ.de preben.li.vi.¶†Queritur que eſt
ratio,quare papa mandat eccleſias non vexari.Dic ſm doc.qꝛ cū
per lr̄as conſequi potuerūt quo ad ipſarū ſufficientiam ſufficien-
tes prouiſiones , perinde eſt ac ſi fuiſſent aſſecuti:ar.l.q actionem.
ff.de re.iu.Imputent ergo ſibi,cū ꝑ eos ſteterit.ff.de re.iur.qđ qs.
ꝛ in rſa,dānū de re.iur.li.vj.Unde cū iudicent tanquam beneficiū
habentes,ſuper alio impetrare non poſſunt.Hic habemus duo.
Primo,renuntiationem pro penſione conſequenda.Secundo,im
petrationem ſecūdam ex taciturnitate prime nullam detectam,et
vltra hoc ex ea proceſſum annullatum.Ad primum videtur cum
gl.ij.quod hec renuntiatio lr̄arū nō vꝫ,quaſi ſimoniaca ꝓ penſio-
ne:qꝛ tam in tollēdo,ſicut in creando iure ſpūali,dꝫ ceſſare omnis
pactio,ꝛ omnis conuentio de aliquid dando:de pactis.c.ſi.j.q.ij.ꝑ
pio.So.Qñqꝫ deducitur in pactum,vel conuentionem aliqd con-
tra,vel preter ius in creando,vel tollendo ſpūali:ꝛ tunc inducitur
ſimonia:vt in contrario.Qñqꝫ deducit in pactum aliquid conſo-
nans iuri communi:ꝛ hoc nō inducit ſimoniam:quia propter cur
ſum iuris licet deducere in pactum,qđ alias nō liceret.ſ.de elec.ſi-
gnificaſti.xiij.q.ij.Eleutherius.Hoc autem de iure quod renun-
tiet beneficio literarum,ſi vult habere beneficium,poteſt deduci in
pactum.Nā etiā ſi ex literis habuiſſet bñficiū , potuiſſet deduci in
pactū,vt illi renuntiaret,ſi vellet aliud conſequi : quia propter in-
compaſſibilitatē nō poſſet aliud habere,niſi illi renūtiaret:de pre-
ben.de multa.ꝛ.c.cum non ignores.¶No.hanc gl.Idē gl.de con-
ſti.cum.M.in verbo Perciperent de reſti.ſpo.olim.in gl.ij.ibi de
ꝓben.ſignificatū.ꝛ.c.relatū.de elec.ſignificaſti.100.di.§.in ea.gl.ij.
8 viij.q.iij.in ſum.vbi ꝑ Archi.plene.¶†An debitū ex ſtatuto par
ticulari poſſet deduci in pactum,dixi de conſti.cum.M.Fallit in
caſu electionis ſepulture:vt no.gl.de ſepu.c.j.lib.vj.vbi non poteſt
deducere in pactum,etiam quod eſt de iure.Et hoc eſt,quando lex
notat vitium in expreſſione.Uide in.d.c.j.in gl.ſuper verbo Elige
re.vel in verbo Apud quos ꝛ qđ no.de preb.relatum.Et vide ad
predicta.c.j.per Io.viij.q.iij.in ſumma.Nec vera,quando obliga
tio iuris eſt precedens efficax ad agendum:ſecus ſi alias non eſſet
efficax.Gl.Io.xx.alias.xxiiij.q.iij.c.j.doc.de vſuris conſuluit ſuꝑ
gl.ij.vbi nō eſt licitū mutuanti deducere in pactum,vt teneat tan
tundem mutuare in caſu,quo egeat.Solutio non plꝫ,quia non eſt
licitum renuntiare beneficio,vt pecuniam conſequatur,ꝛ tempo-
rale:nec hoc de iure eſt,imo ius reſiſtit.Uel poteſt dici quod ſimo-
9 nia fuit ſecundum gl.quod hic non negatur.¶†Not.bene:ſi enim
arctatur impetrans ad faciendam mentionem de beneficio,quod
obtinet iuſte:ita ꝛ de beneficio,quod obtinet iniuſte:quia melioris
non debet eſſe conditionis,ꝛc.Ad hoc de prebend.cum,qui.libro
10 ſexto.¶†Uel dic quod non fuit ſimonia,quia nullum habuit ius
ſpirituale:tamen litere ipſe ſunt quid ſpirituale ratione contenti.
de pact.cum pridem.Dic ſecundum doct.quod ſi ex pactione par-
tium pro aliquo temporali ſit renuntiatio,committitur ſimonia.
Si vero ex iudicis officio mediantibus bonis viris fiet renuntia-
tio pure,ꝛ detur aliquod temporale,non eſt ſimoniacum,vt colli-
gitur de renuntia.ſane.ꝛ.c.veniens.ꝛ de pact.cum pridem.Si ve-
ro beneficium ſpirituale aſſignatur,ſic quod ex pacto renuntiet,
non committitur ſimonia:quia ad hoc tenetur,ꝛ tacite ineſt,ꝛ per-
11 mutantur ſpiritualia:de rerum permuta.ad queſtiones.¶†Ad
ſecundum cum glo.vltima videtur quod per literas ſurreptitias
habitus proceſſus ſit validus,niſi opponatur.Ad hoc ſupra eod.
nonnulli.vbi erat aliud vitium.Confirma,quia libertas data per
falſos codicillos,valet.ff.de manumiſſis teſtamēto.l.cum ex falſi.
ꝛ legata preſtantur,licet teſtamentū ſit falſum:vt.l.fina.ff.de here-
dibus inſtituendis.Melius quod ſit aliqua,ſupra,eodem.ſi nan-
tem.ꝛ.ca.plerunqꝫ.ꝛ capitulo ceterum.quia in primis validantur
negligentia:ergo ſunt aliqui.In tertio oportet quod citatus va-
dat allegaturus priuilegium.¶Preterea exceptio omiſſa ante
ſententiam non poteſt opponi poſt ſententiam : quia vel ſciuit : et
ſibi imputet.Uel ignorauit:ꝛ non retractatur ſententia pretextu
probationis nouiter reperte:de re iudica.cum inter.ꝛ.c.ſicut.Glo.
hic aſſumit allegationes pro ꝛ contra,an proceſſus habitus per li
teras ſurreptitias ſit nullus ipſo iure,an annullandus : ꝛ arguit
primo quod poſſit retractari abſqꝫ aliqua alia oppoſitione,ꝛ ap-
pellatio per caſum iuris canonici,ſupra eodem.cum dilecta.ꝛ.cap.
conſtitutus.de re iudica.cum olim.¶Confirma,quia per tales li
teras non imprimitur iuriſdictio:ergo quicquid per tales literas
factum eſt,nullum eſt.Per quod cōcludi videtur quod proceſſus
eſt nullus,ꝛ poſſit reuocari etiam poſt ſentētiam.Nec obſtat quod
exceptio poſſit opponi poſt ſententiam : quia verum eſt,quando
non reddit iudicium retro nullum:alias poteſt:de procura.in no-
ſtra.ſ.de proba.licet cauſam.Sicut enim replicatio quandoqꝫ op-
poni poteſt poſt ſententiam:vt.l.ſ.§.queſitum.C.de annali except.
ergo,ꝛ fortius,exceptio.Ad hoc de re iudica.ad probandum.de
deſpon.impu.ad diſſoluendum.Gl.circa iſtam materiam dicebat:
Ioan.ponit opinio.Prima eſt,quod proceſſus non ſit nullus ha-
bitus per literas ſurreptitias,imo valeat,ꝛ teneat,niſi ſit exce-
ptum,appellatū,aut per viam reſtitutionis retractatum.Et hec
fuit opi.Ioā.Dicit tamen qđ per viam reſtitutionis retractabi-
tur.Et hanc opi.tenet Hoſti.in Summa,qui dicit qđ retractatur
ex clauſula generali.ꝛ hoc tenet in.§.ob gratiam.verſicu.ſed nun-
quid.¶Secunda opi.qđ litere ſunt nulle,ꝛ nulla conferatur iuriſ
dictio:ideo proceſſus per tales literas habitus eſt nullus.¶Ter

tia opi. que concludit qđ aut partes cõſentiunt qđ per literas ſur-
reptitias procedatur: ⁊ valet proceſſus. Aut partes non conſen-
tiant, ſed excipiunt, ⁊ non appellant: ⁊ in ea parte ſentit gl. qđ poſt
exceptionem non valebit proceſſus: in alia qđ valebit, niſi appelle-
tur, vel ſupplicetur. Aut eſt appellatum, ſed nõ exceptum in prin-
cipali: ⁊ tunc aut ſciuerunt exceptionem ſibi competere, ⁊ non op-
poſuerunt, ⁊ etiam in cauſa appellationis: ⁊ non poterunt oppo-
12 nere. ¶ † Not. glo. qđ vbi dicitur qđ non eſt oppoſitum, opponam
in cauſa appellationis: eſt verum, quando exceptio doloſe, ⁊ ſcien-
ter non omittitur, ſed ignoranter: alias ſi ſcienter non opponit.
13 Concordat gloſſ. de re iudic. inter monaſterium. ¶ † Item not. qđ
exceptio dilatoria poteſt in cauſa appellationis opponi, quando
ignoranter eſt omiſſa in principali. Sic limita. c. in noſtra. de pro-
14 cu. ita demum. ad hoc de excep. paſtoralis. ¶ † Quarta opi. vt dif-
ferentia ſit inter literas ad beneficia, ⁊ alias literas. In literis ad
lites valent, niſi opponatur, ⁊ appelletur: ⁊ ſi conſentiant, valent, ⁊
non poteſt appellari, ⁊ tenet proceſſus. In beneficialibus aũt pro-
ceſſus non valet, ſiue conſentiant, ſiue non, partes: ⁊ hoc, quia in ta-
libus vitium nõ eſt per partes remiſſibile. Si enim aliquis habet
literas, non facta mentione de beneficio, a parte non pendet dare
ius, vel diſpenſare, ſed a papa: ideo proceſſus retractatur ex tali-
bus literis quandocunqꝫ, cum beneficium non poſſit ſine canoni-
ca inſtitutione teneri, ſecundum gl. Aut proceſſus eſt habitus per
ſurreptitias in alio caſu, quã in beneficialibus, vbi per eas proba-
tur qđ tollere dependet a poteſtate partium: vt eſt, qꝛ forte totum
eſt ius partiũ: ⁊ tunc valet proceſſus per tales literas, ex quo par-
tes conſentiunt. Et ſic poteſt intelligi hec materia. Reſidet ergo
gl. qđ in beneficialibus proceſſus habitus per literas ſurreptitias
hoc comperto non teneat, ⁊ retractetur: nec in talibus ſentẽtia in-
iuſta tranſit in rem iudicatam. Aſſignant cauſam, quia in talibus
beneficium teneri non poteſt abſqꝫ canonica inſtitutione: ⁊ vitium
tollere, non reſidet a partium poteſtate. Si enim habeo aliud be-
neficium, ⁊ impetro ſecundum, non facta mentione de primo: a po-
teſtate partis non pendet facere quod iuſte teneam, ſed a poteſtate
ſuperioris diſpenſantis, vel titulum iuſtificantis. Igitur acqui-
eſcere literis, ⁊ ſententie per partes, nõ iuſtificat proceſſum, nec fa-
cit ſententiam tranſire in rem iudicatam. Non tamẽ apparet quo-
modo retractetur, an quia ſit nullus, an quia in talibus ſententia
non tranſit in rem iudicatam. In aliis a beneficialibus bene tenet
qđ ſit per literas ſurreptitias, ſi tacite, vel expreſſe litere approbẽ-
tur, ex quo vitium per partes eſt remiſſibile, ſententia tranſit in
rem iudicatam. Et dicit glo. quod ex eo pretextu non poteſt appel-
lari. ¶ Hic vidẽda ſunt duo. Primo, an proceſſus per literas ſur-
reptitias habitus ſit nullus, an exceptionis ope annullandus. Se-
cundo, an vbi aliquo caſu proceſſus eſt aliquis, vel poſito quod eſ-
15 ſet aliquis, an aliquo remedio poſſit retractari. ¶ † Ad primum
an proceſſus habitus per literas ſurreptitias ipſo iure ſit nullus:
dic, quandoqꝫ contra literas obiicitur vitium falſitatis vere, aut
preſumptiue: ⁊ hoc vitiat ipſo iure. ſ. eo. cum dilecta. ſcđm vnum
intellectum: de cri. fal. per totum. de confir. vti. vel inuti. porrecta.
de capel. mo. c. ij. cum ſi. declaratum eſt. ¶ Quandoqꝫ obiicitur vi-
tium obreptiõ: ⁊ idem declaratum eſt. ſ. eod. cum dilecta. ſecundum
alium intellectum. Quandoqꝫ obiicitur vitium nimie generalita-
tis: ⁊ hoc vitiat ipſo iure. ſ. eo. ad hec. ¶ Quandoqꝫ obiicitur vi-
tium Latinitatis: ⁊ idem. ſ. eo. ad audientiam. ¶ Quandoqꝫ obii-
citur vitium defectus forme a iure date: idem. ſ. cum ordi. ¶ Quã-
doqꝫ obiicitur vitium perſone impetrantis: ⁊ tunc ſi excommuni-
catio: idem. de reſcriptis. c. i. lib. vi. Si defectus mandati: dic vt. ſ.
eo. nonnulli. ſ. eo. ex parte decani. ¶ Quandoqꝫ obiicitur defectus
impetrationis ad locum non debitum, vt quia vltra duas dietas:
⁊ ſerua. ſ. eo. nonnulli. in prin. ⁊ c. ſtatutũ. ad ſi. ¶ Quandoqꝫ obii-
citur defectus poteſtatis agendi in medio impetrante: ⁊ nõ vitiat,
datis habilibus extremis. l. vniuerſis. C. de preci. Impe. offe. no. ſ.
eo. nonnulli. niſi cauſa eſſet excommunicatio: de proba. poſt ceſſio-
nem. ⁊ not. de reſcriptis. c. i. lib. vi. ¶ Quandoqꝫ obiicitur vitium
ſurreptionis: ⁊ ſi cauſatur a cauſa funditus annullante, ad hoc vi-
tiat ipſo iure. tex. ⁊ glo. de reſcriptis. c. i. lib. vi. de offic. vica. ſua no-
bis. ¶ Si non cauſatur a cauſa funditus annullante: ⁊ tunc in pri-
uilegiis ſurreptio vitiat ipſo iure. Dictum Innocẽ. de reſcriptis.
cum dilecta. ⁊ de reſcriptis. ſuper literis. in glo. ſi. ad hoc de confir.
vti. vel inuti. ad noſtram. ⁊ c. ſin. In literis diſpenſatiuis ad bene-
ficia, idem. de ſi. preſby. c. ij. li. vi. Idem, ſi ad actum alium. ſ. de fide
inſtrumen. quod ſuper his. ¶ In beneficialibus reſcriptum quo
ad gratiam vitiat ipſo iure: de prebend. ſi motu proprio. lib. ⁊. vi. de
reſcriptis. ſuſceptum. eo. lib. ſ. eo. conſtitutus. de conceſ. preben. ſi
noſtris. quo ad dationem executoris, ⁊ proceſſum per ipſum habi-
tum: ⁊ tunc aduertendum qđ executor recipit miſtam poteſtatem
ſecundum quod elegerit: habet enim poteſtatem executoriam, ⁊ po-
teſtatem iuriſdictionalem potentionaliter, ſecundum quod eligi-
tur, fingitur datus: ⁊ in prima eſt acceſſorius, ⁊ in ſecunda non po-

teſt enim aſſumere partes iudicis, ⁊ partes executoris: vt not. de
preſump. c. ſi. ⁊ hodie per gl. in cle. ſ. de offi. ⁊ poteſta. iudi. deleg. ⁊ ſe-
cundũ quod elegerit, fingitur datus. Simile quod dicimus de ar-
bitratore, qui eſt datus arbiter, ⁊ arbitrator. ſ. de iureiur. Quinta-
uallis. per Inno. Iſto premiſſo, dic, ſi aſſumit partes executoris,
proceſſus eſt nullus: quia hec poteſtas accedit ad gratiã nullam:
⁊ ſic vitiatur ad vitium illius: de regu. iur. acceſſorium. libr. vi. Ad
hec ſufficiant tex. ĩ. eo. conſtitutus. de conceſ. preben. cum noſtris.
⁊ hic, ⁊ de dolo. cum olim. Sic intelligo Ioan. Mo. de ſi. preſby. c.
ij. lib. vi. Si aſſumit partes iudicis: qđ poteſt: vt no. ſ. de preſump.
dudum. ⁊ in cle. vnica, de offi. deleg. ⁊ de eo, vt de iudice iudicatur.
Unde tũc proceſſus valet, niſi opponatur: vt dicam. ſ. de conten-
tioſis: nec ſurreptio infringit in contentioſis, ſicut ⁊ illa cenſetur,
16 aſſumit locum contentioſorum: ergo ⁊ vires. ¶ † Predicta proce-
dunt, vt proceſſus habitus ſit nullus: vt in caſu. ſ. poſito, niſi a cõ-
ſenſu partium tacito vel expreſſo validetur. Quo caſu nunquid ta-
cito conſenſu partium validetur: dic quod ſi vitiũ non eſt per par-
tes remiſſibile, non valet: vt dicit glo. hic vel ſaltem non ſit, qui poſ-
ſit retractari. Si vitiũ eſt per partes remiſſibile, vt quia impetra-
uit, non facta mentione de numero, vel alias ſunt ſurreptitie: dicit
Inn. ſ. eo. ad aures. ⁊ Compoſt. hic, quod ſi ſuſcipientes, ⁊ paren-
tes mandato, ſciunt ius, ⁊ factum, ⁊ recipiunt: ⁊ valet receptio: qꝛ
intelligitur nullum reſcriptũ, ſi opponatur, ex quo ſurreptio tra-
hit originem ex cauſa fundata ſuper eorum fauore. Simile in. l. fi-
lio. ff. de iniuſto teſt. Si ignorant factum, ſed non ius, non valent:
quia deficit conſenſus in ignorante. Si ignorabant ius, ſed non fa-
ctum: ⁊ tenet Inno. quod valet receptio: quia imputent ſibi, cum
iuris ignorantia eos non excuſet, ⁊ habentur pro ſcientibus. Sed
forte excuſabit iuris ignorantia: ſicut dicimus in prorogatione: vt
not. ff. de iuriſdi. omni. iudi. l. ſi per errorem. maxime quando tangi-
tur eccleſie preiudicium. Si litere ſunt contentioſe, ſurreptio non
vitiat ipſo iure, ſed ita demum ſi opponatur: ⁊ hoc eſt verum, etiã
in doloſe impetratis: vt dixi. ſ. eod. ceterum. Et eſt ratio, quia ſtri-
ctius agitur in beneficialibus, quam contentioſis: de preben. quã-
uis. lib. vi. Igitur agilius corrumpitur. C. ad Velle. l. antiqu. ff. de
teſta. mili. l. eius militis. §. i. Item cõtentioſe ſunt ſtricti iuris, ideo
ſtricte in illis agitur: ⁊ oppoſita bona fides non ſic vitiat. Benefi-
ciales autem bone fidei ſunt: quia in eis omnis puritas adeſſe, et
omnis malitia abeſſe debet. Mala fides ergo oppoſita plus vi-
tiat. Ad hoc. ff. de dolo. l. eleganter. cum ſua materia. Item, vt di-
cit Ioan. Mona. de ſi. preſby. c. ij. lib. vi. metus regulariter inficit
ipſo iure promiſſum. ff. quod metus cauſa. per totum. infra qđ me-
tus cauſa. abbas. Cum in actu, in quo exigitur libera voluntas, ⁊
exuberantia bone fidei, inficit ipſo iure. ff. qđ metus cauſa. l. ſi mu-
lier. §. ſi metus. infra de ſpon. cum locum. ita erit ⁊ hic. ¶ Conten-
tioſe non ſunt nulle, ſed ſic litere ad beneficia. Item plus inficit: qꝛ
in beneficialibus creatur ius agendi magni preiudicii: in conten-
tioſis tantum ius, quod eſt diſtinctum: ⁊ in dando diſcuſſore non
eſt magnum preiudicium. Item primo caſu vitium reſpicit prin-
cipium, ⁊ originem iuris: ſecundo non. Et plus inficit vitium ori-
ginis, quam accidentis. Item in literis de iuſtitia, principalis eſt
iudex, ⁊ hic non eſt in dolo: in literis de gratia, principalis eſt pars
impetrans gratiam ſuſcipiens: dolus partis inficit plus, quam
dolus tertii: vt l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo. ſecundum Io.
Mona. Item literas ad beneficia mouet gratia, cui magis oppo-
nitur ſurreptio, ⁊ fictio: in literis ad lites mouet rigor iuſtitie, cui
tantum non opponitur ſurreptio. Ex his deciditur quando valet
exceptio ſurreptionis opponi: in caſu in quo dixi proceſſum nullũ
poterit quandocunqꝫ: quia hec eſt de exceptionibus reddentibus
iudicium retro nullum: de procura. in noſtra. In caſibus autem,
vbi proceſſus eſt aliquis, tunc ſi erit finitus, ⁊ nõ eſt aliquo reme-
dio reſciſſiuo reſciſſus, ſententia non poterit retractari, nec proceſ-
ſus: ſaluo niſi exceptio eſſet omiſſa ignorantia facti probabilis:
quo caſu ſatis credo qđ petita reſtitutione ex clauſula, ſi qua mihi
iuſta cauſa eſſe videbitur: retractaretur quod eſt actum. Et ſic põt
intelligi gl. hic. Et hoc vbi apparet grauis per hoc leſio, ſi eſt fini-
tus, ⁊ in aliquo remedio reſciſſiuo retractus: ⁊ tunc poteſt ſeruari
glo. hic: quod ſi ſcienter omiſerit, non poſſit: ſi ignoranter, illã op-
ponere poſſit. Et ſic tempera legẽ per hanc decre. ⁊ c. fraternita-
tis. de teſti. Hoc dicas verum. In literis autem ad beneficia põt
etiam poſt litem conteſtatam opponi, vt peremptoria, iuxta not.
hic per docto. vt in. c. conſtitutus. ⁊ c. ſuper literis. ſupra eo. ⁊ not.
17 infra. c. i. de litis conteſta. libro. vi. ¶ † Si autem proceſſus eſt fini-
tus, dic quod ſurreptio ſemper poteſt, ⁊ debet opponi ante litis
conteſtationem: poſt autem litis conteſtationem non poſſet oppo-
ni, niſi forte ignoranter omiſiſſet, ⁊ iuraret ſe poſtea ſciuiſſe: de ex-
ceptione paſtoralis. An autem de eo quod tacitum eſt, poſſit op-
poni, ⁊ quando ad proceſſum, ⁊ quando ad merita: dic per omnia
vt dixi. ſ. c. ſuper literis. Quod hic ſuperflue reputant docto. Et
ibi habes differentiam, que eſt inter beneficialia, ⁊ ad lites circa ta-
citurni

citnrnitatem iuris peremptorij:quam etiam repetunt docto.hic:
⁊ habes.ſ.eo.cum ordinem.⁊.c.conſtitutus.⁊.c.fin.de preſump.⁊.c.
18 j.de lit.conteſta.lib.vj.¶ †Venio ad ſecundum in caſu,quo proceſ-
ſus eſt aliquis,vel tenendo quod ſit aliquis,ſi ſit iniuſtus,vel ſur-
reptitius aliquo remedio poſſit retra r ri.Dic vt in contentioſis,
vbi eſt finitus,non poteſt retractari,niſi per appellationem,vel re
ſtitutionem.In beneficialibus autem duo ſun videnda.Primo,
an ſententia in talibus tranſeat in rem iudicatam.Secundo,dato
qd non tranſeat,⁊ vbi non tranſit,quo remedio retractetur.Per
quod videtur quod in alijs ſententijs,que non trāſeunt in rem iu
dicatam.Gloſſ.hic velle videtur quod ſententia non tranſit,quin
poſſit retractari:cum in beneficialibus ius tenendi non pendeat a
partium poteſtate,⁊ conſenſu,a quo conſenſu ſurgit tranſitus in
rem iudicatam:de re iudi.quod ad conſultationem.Simile quod
dicimus in matrimoniali:de ſen.⁊ re iudic.lator ⁊.c.conſanguinei
vbi glo.⁊ quia matrimonium ſpirituale ⁊ carnale equiparantur.
de tranſlat.prela.per totum.Idem Innocen.ſ.eod.conſtitutus.⁊
c.ad aures de re iudic.cum Bertoldus.in verbo Conceſſimus.de
dolo.cum olim in gl.penulti.¶ Idem nota de elect.quia propter.
gloſ.de conceſ.preben.c.ij.tenet quod tranſeat.Idem Jo.xxxv.q.
19 ix.c.j.⁊ eſt caſus.j.de elect.cum dilecti.¶ †Dic,ſi ſic fertur ſenten-
tia,quod vitium ſit per partes remiſſibile,ſententia trāſit in rem
iudicatam:vt ſi feratur iniuſte contra beneficiatum,vt a beneficio
amoueatur:vt hic ſenſit glo.Si vitium ſententie non eſt per par-
tes remiſſibile:⁊ tunc aut dubitatur an tranſeat ad preiudicium
partis,aut ad preiudicium iudicis,aut ad preiudicium tertii.Si
ad preiudicium partis,dic quo ad hoc vt excludatur:quia pote-
ſtas retractandi de iure communi tranſit in rem iudicatam:quia
in hoc agitur de tollendo ius partis quod eſt remiſſibile:⁊ hic eſt
caſus per prius:de elect.cum dilecti.Dicit tamen Innocen.ſ.c.
ad aures.quod non tranſit in rem iudicatam quo ad finem retra-
ctandi per viam denuntiationis Euangelice:de iureiuran.quem-
admodum.Et hoc tenet Innocen.ſ.eod.ad aures.⁊ ponit Joan.
20 And.hic,⁊ Compo.¶ †Si queritur an tranſeat in rem indicatā
quantum ad preiudicium iudicis,vel ſuperioris:dic quod ſenten-
tia in beneficialbus non tranſit in rem iudicatam,quin poſſit in-
quirere iudex,an iuſte teneat:vt nota.Innocen.de accuſa.ad pe-
titionem.Simile in interlocutoria.nota de appellat.cum ceſſan-
te quia non pendet a partium poteſtate facere quod quis iuſto te-
neat titulo:⁊ quia ſi ſententia non tranſit in rem iudicatā vbi agi-
tur de periculo duarum animarum,vt in cauſa matrimoniali,for
tius vbi agitur de periculo multarum:vt no.docto.de conceſ.pre
ben.c.ij.Oportet tamen quod in tali reuocatione per viam denun
tiationis fiat mentio de talibus literis,⁊ proceſſu:ipſe tamen iu-
dex poterit retractare,ſi viſus ſit in eum conſentire,⁊ ſumus in ca
ſu,vbi poſſet diſpenſare:arg.de cle.coniug.diuerſis.⁊ quod ibi no.
Item nec ibi poteſt diſpenſare,vbi diu ſtetit in beneficio vi ſenten
tie,ipſo ſciente,⁊ patiente:de his,que fi.a ma.par.ca.ex ore.⁊ not.
Inno.de procu.ex inſinuatione.de offic.ordin.libr.vi.¶ Not.Ar-
chid.⁊ ponit glo.in re.j.de regu.iuris libro.vi.⁊ Hoſtiē.de ſimo.li-
cet Eli.Quomodo autem ad preiudicium tertij:ſi venit ratione
priuati intereſſe non preiudicat,per regulam,res inter alios acta,
⁊c.Quod credo,quando ignorauit.de accuſa.de his.cum ibi not.
Si venit ratione publici:⁊ tunc de hac iudicari debet vt de actio-
ne populari:⁊ ſic ſeruanda eſt diſtinctio.c.de his.cum glo.quia re-
pellitur,niſi doceat de colluſione.Ad hoc glo.de elec.cum dilecti.
in verbo Iudicatum.no.doc.de elect.quod ſicut.⁊.c.cum Vinto-
nienſis.glo.de elect.cupientes.§.ceterum.in glo.ſ.verbo Nullum
iudicium.de electio.ondum.in verbo Conſtitutus.⁊ glo.in clemē.
21 conſtitutionem.de elect.¶ †Ad ſecundum,quo iure ſententia,que
non tranſit in rem iudicatam retractetur:quando per iudicem re-
tractatur,retractabitur officio nobili iudicis:de quo de offi.ordi.
libro.vj.Si a parte via denuntiationis,impetrat officium iudicis
de colluſi.dete.c.j.Vbi autem eo ſolo retractatur:quia non tranſit
in rem iudicatam,dic quod retractabitur ſecundum aliquos per
viam querele:vt dicit glo.de offi.ordin.ad reprimendam.gl.quod
per viam nullitatis.de reſtit.ſpolia.ex parte M.in glo.fin.Joan.
diſputauit plene.xxxv.queſtione.ix.in ſumma.vbi ſentit quod via
reſtitutionis.Ad hoc.c.ex literis.j.de reſtit.in integ.Dic quod ſi
vult reintegrari ad ius,⁊ inſtantiam,opus eſt reſtitutione:vt.d.c.
ex literis.Si vult tantum redire ad ius,tūc poteſt per viam que-
rele.Et etiam practica eſt bona de via nullitatis:quia ex quo ſen-
tentia non tranſit in rem iudicatam,dicens contra eam,oſtendit
ipſam nutrire peccatum,in quo nullum vinculum valet:⁊ ſic po-
teſt intelligi cap. Antonius de Butrio.

1 ☞ Reſcripto apoſtolico receptus,licet prebendam expectet,ſi
ei per ſecundum reſcriptum hec ſupprimens in alia eccleſia man-
detur prouideri,eo potiri non debet.
2 Reſcriptum gratie an expiret ſi papa moriatur ante conſumma-
tionem.
Beneficium non poteſt obtineri ſine canonico titulo.
3 Reſcriptum gratie an habeatur pro titulo in beneficij collatione.
Inſtrumentum an habeatur loco tituli habitu ⁊ potentia.
4 Negatiua ante poſita ſigno vniuerſali equipollet contradictorio.
5 Reſcripta plura ad diuerſa beneficia quando valeant.15.
6 Beneficium eccleſiaſticum non dicitur conſecutus,in canonicum
receptus.
7 Impetere,⁊ moleſtare,quomodo inter ſe differunt.
8 Reſcriptum ſecundum non faciens mentionem de primo non va
let.
9 Reſcripta plura ad idem beneficium ⁊ in eadem eccleſia an va-
leant.
10 Reſcripta plura ad diuerſa beneficia in eadem eccleſia ſeu diuer-
ſis ab eadem impetrata ſine eodem inſtanti vel diuerſo an va-
leant.
11 Reſcriptum ſecundum non valet,taciturnitate beneficij,quod te
net impetrans.
12 Reſcriptum ſecundum ad beneficia poſt datam primi reſcripti
mediante quo primo eſt expectans non valet non facta mentione
de futura ſpe.
13 Reſcriptum ſecundum tacito de futura prouiſione mediante pri-
mo reſcripto iam obtento an proſit impetranti.
14 Reſcriptum ſecundum inualidum an conualeſcat,ſi primo ceda-
tur.
16 Reſcriptum ſecundum non faciens mentionem de primo an va-
leat.
17 Reſcriptum ſecundum per clauſulam generalem an deroget pri-
mo.
18 Reſcriptum ſecundum an debeat facere mentionem de beneficio
quo eſt ſpoliatus.
19 Beneficium eccleſiaſticum quid ſit.nu.ſeq.
20 Penſio an dicatur beneficium eccleſiaſticum.
21 Reſcriptum ad beneficia an debeat facere mentionem de qualita-
te beneficij iam collati impetranti.
22 Reſcriptum ad beneficia impetrans,qui eſt ordinatus ad titulū
patrimonij an debeat facere mentionem de eo.
23 Beneficium aliud recipiens,litigans ſuper electione de ſe facta,
an per hoc liti cedat.
24 Reſcriptum ſecundum quando repellat vires primi.
25 Reſcripti primi cauſa ſi lis fuerit mota,qua pendente ſuper ſecū-
do fuit queſtio an videatur renuntiatum primo.
26 Electione ante confirmationem non eſt ius in re queſitum.
Beneficii collatio virtute primi reſcripti derogat viribus ſecun-
di reſcripti.
27 Reſcriptum ad beneficium ſimplex ad habentē gratiam in forma
pauperum quomodo valeat.

IN noſtra. Joan.Cal.hanc decre.commen-
tauit ſolenniter valde:⁊ quia ibi
aliquando tacta frequenter tanguntur,ideo licet non
conſueuerim ſequi commenta in legendo,tamen ſuc-
cincte,⁊ ſubſtantialiter ſequor pro modo concluſiue tradendo:et
1 breuiter dicit:†Receptus per literas apoſtolicas,licet prebēdam
expectet,ſi ei per literas ſecundas hoc ſupprimentes in alia eccle-
ſia prouideri mandetur,eis potiri non debet.hoc dicit.¶ In pri-
ma thema,ex quo ſurgit queſtio.In ſecunda ponitur manda-
tum:⁊ ſecūda principalis diuiditur in duas.In prima facit quod
eſt dictum.In ſecunda mandatum determinat,ibi:niſi.Joannes
Andreas dicit quod communis eſt diuiſio.Secunda principalis
ibi:mandamus.Alio anno ſic diuiſi:in prima thema,ex quo ſur-
git queſtio,ibi:mandamus.ſoluit.Secūda facit duo.Prima man
dat.Secunda mandatum determinat ibi:niſi.Multa tangit hic
Calde.circa verba,que ſunt potius ad ornatum:non inſiſtam.In
text.ibi:literas.An generaliter gratia poſſit probari ſine literis,
2 †⁊ an ſi ante conſummationem litere expiret papa,gratia extin-
guatur:vide in proemio ſexti ſuper verbo Tranſmiſimus.Dicit
tamen hic Joannes Cald.quod Compoſt.ſ.c.ſuper literis.tenet
quod litera habeatur loco tituli in beneficialibus,ſeu beneficijs.
Hoc ponit Joannes Andre.ſ.eod.ad audientiam.Et ratio,quia
ſine canonico titulo non poteſt beneficium obtineri:de preben.di-
lecto.Regula prima,de regu.iuris libro.vj.Ergo probata ipſa li-
tera ſurreptitia tituli,mediante qua datur titulus,non poteſt dici
canonicus:argumen.l.ſed ⁊ ſi.§.patronum.⁊ de in ius vocan.l.j.§.
j.ff.de rebus eorum,qui ſub tut.vel cur.xiiij.queſtione.v.neq.xvi.
3 q.iiij.ſacerdotes.de elect.qualiter.cum ſi.¶ †Recitat Archi.tene
re de litis conteſt.c.i.lib.vi.qd litera habetur pro titulo in collatio
ne facienda,nō iam facta,in qua collatus eſt titulus:de cōceſ.pre-
ben.c.fin.lib.vi.⁊ titulus ſine aliqua traditione confertur:de pre-
ben.accedens.⁊ de preben.tibi.lib.vj.⁊ faciunt per Innocē.eodem

titu.⁊.c.inter cetera.de preben.⁊ per Compo.de conſtit.cum M.
qui dicit quod litera habetur pro titulo in collatione,non in iam
facta,in qua titulus eſt collatus,ſed in collatione facienda.de con-
ceſ.preben.c.fina.libro.vj.fit enim gratia ſine literis,⁊ ſemper lite-
ras precedit:vt not.per Inno.in.c.ſ.eodem conſtitutus.Et dicit
Archi.quod litera eſt titulus remotus,non immediatus.Simile
quod not.in.l.j.C.per quas perſo.de li.obla.c.ij.¶ Hoc reprobat
Cal.dicens quod in gratia etiam facienda litera non habetur lo-
co tituli,nec mediati, nec immediati: quia ſicut collatio verbalis
eſt titulus,per quem acquiritur ius in re,vt eſt predictum,ſic in fa
ciendo mandatum verbale de conferendo eſt principium tituli,cu
ius vigore competit imploratio officij ipſius mandatoris,ſeu exe-
cutoris pro ipſa collatione facienda: quia collatione facta perfe-
ctus eſt titulus,per quem acquiritur ius in re:⁊ ſic litera facta ſu-
per collatione probatus eſt titulus:ita litera collationis faciende
eſt probatio principij:ſed non eſt titulus mediatus,vel immedia-
tus.Sicut alibi dicitur quod in contractibus,qui conſenſu con-
trahuntur,ſcriptura non eſt contractus,ſed eius probatio: vt.l.
contrahitur.ff.de pignori.¶ Dic ergo quod ſi attenditur litera
materialiter,ipſa non eſt titulus,etiam remotus proprie,ſed eſt
probatio tituli,attenta eius forma corticialiter,⁊ extrinſece: ſi-
cut ⁊ charta teſtamenti non eſt proprie teſtamentum,cum ſit quod
dam intellectuale:vt dicit gloſſ.in.l.j.ff.de teſta.¶ Si attenditur
ipſa litera ratione contenti intellectualiter, ipſa eſt titulus,⁊ non
eſt ſecundum naturam contenti.Aut enim litera in ſe comprehen-
dit totalem iuris collationem:⁊ tunc ſi papa gratiam facit in for-
ma literarum,⁊ in qua communi ſtylo,litere effici ſolent,credo qđ
ſcriptura ſit de eſſe:⁊ tunc effectiue litera eſt titulus.De eſſe enim
gratie eſt litera,ex quo ſic habet ſtylus:vnde non valet gratia,niſi
adſit ſcriptura:vt not.gloſſ.de cenſi.c.j.libro.vj.vbi glo.ponit ca-
ſus,ad quorum eſſe exigitur ſcriptura.Et hec procedunt tenendo
ſecundum curiales quod litere ſunt de ſubſtantia gratie,ſicut in
contractu in ſcripturis: de quo per Archi.in ſalutatione Sexti.
¶ Conſeruatiue autem non eſt ipſe titulus:nam creato titulo per
collationem ſemel de literis conſtito,hec collatio conſeruatur ſine
literis:ideo ſi perderet literas,nihilo minus valeret gratia:vt pa-
tet de priui.cum olim eſſemus.dummodo probaretur quod papa
hanc gratiam per literas feciſſet,vt ibi.¶ Quandoqȝ ratione con
tenti,non perficitur,nec transfertur tale ius:⁊ tunc litera non eſt
titulus,nec cauſa effectiua,nec immediata: ſed eſt quedam cauſa
mediata,⁊ preambula ad titulum neceſſaria: quia titulus forma-
tur per collationē impulſam a literis.¶ Aut ergo deuentum eſt
ad cauſam mediatam ad trāſlationem iuris:⁊ titulus nullatenus
ex literis dependet,imo dicitur extrinſecus ex literis.Textus eſt
clarus iuncta gl.ſ.de renuntia.in.c.ſane.Hinc eſt qđ tunc ad per-
ditionem,⁊ denuntiationem literarum,non perditur titulus: vt
ibi tex.⁊ gloſſ.¶ Aut nondum eſt totale ius tranſlatum:⁊ tunc li-
tera poteſt dici loco tituli habitu,⁊ potentia:quia cauſa eſt potens
ad titulum producendum,ſed actu non,ex quo nondum produ-
ctus eſt partus tituli:litera ergo tunc ſtat vt domina pregnans:⁊
ſi litere continent collationem canonicatus,dicitur magis propin
qua partui,adeo quod perfecta dicitur gratia,iam quaſi habeat
in ventre formatum titulum: de prebend.ſi cui.libro.vj.Si autem
nondum eſt collatus canonicatus,litera pregnans eſt,⁊ concipit,
ſed nihil eſt formatum,ſed adhuc eſt in fieri forma,⁊ gratia,⁊ pro
tanto adhuc non dicitur habere titulum,imo nec gratia dicitur
perfecta,ſed in fieri:de offic.deleg.ſi ſuper gratia.libro.vj.⁊ habes
an litera ſit loco tituli,vel non,⁊ quomodo:de hoc per Gen.in cle.
4 literas.eodem titu.¶ †Not.quod negatiua antepoſita ſigno vni-
uerſali equipollet contradictorio:vnde non omnis,id eſt,quidam
non:⁊ nonnulli,ideſt,aliqui.ſic.xxxvij.diſtin.non omnes.Allegat
5 Cal.alias concor.¶ †Not.ſecundo textum iuncto fine,quod vale-
re videtur impetratio plurium literarum ab eodem ad plura be-
neficia eodem inſtanti,vel in diuerſa data,omnibus literis pendē-
tibus,⁊ nondum ceptis,nec executis,ita tamen quod ex alteris re
cepto alie expirant:ſed de hoc dic vt.j.dicam.Et ſic videtur quod
litere plures nō inficiuntur ex ſolo impetrationis actu,ſed ſolum
6 ex vſu.¶ †Not.quod receptus in canonicum non dicitur eccleſia-
ſticum beneficium cōſecutus,licet gratia perfecta dicatur:de pre-
7 ben.ſicut.libro.vj.¶ †Not.hic ſecundum eundem,quod aliud eſt
impetere,⁊ aliud moleſtare:quia impetere notat actum iudicialē:
de cauſa poſ.cum eccleſia.moleſtare,extraiudicialem.Ad primum
allegat iura,que dicunt quem abſolui ab impetitione:de cauſa poſ
ſeſ.cum eccleſia.de priuile.accedentibus.cum ſi.Ad ſecundum alle
8 gat de ſimo.dilectus.¶ †Nota quod ſecunde litere non facientes
mentionem de primis,⁊ receptione,non valent.Aretatur ergo ad
faciendam mentionem de literis ⁊ proceſſu ex literis ſecuto: ſicut
in contentioſis.ſ.eodem dilectus.j.de re indic.cum inter monaſte-
rium.Et nota quod mētio debet eſſe ſpecialis,⁊ expreſſa.Non ſuf-
ficit ergo generalis: de reſcriptis,ſuſceptum.⁊.c.cum aliquibus,
libro.vj.⁊ ſic in contentioſis.j.de dolo.ex literis.Habetis notabi-
lia.¶ Uenianius ad declarationem materie: ⁊ procedam hoc or-
dine,quia omiſſis captatis oppoſitionibus,quas olim captabant
antiqui commentantes,tollamus vtilia:⁊ procedam primo oppo-
nendo:ſecundo querendo.Et primo expediam contraria gl.dein-
9 de deſcendam ad queſtiones.¶ †Opp.innuit decre.qđ data im-
petratione plurium literarum in diuerſis eccleſiis,qđ ſi vtitur al-
teris,⁊ per eas recipitur,ille valent: ⁊ ſic ſecunde,quibus vtitur,
ille valent:videtur quod indiſtincte ſaltem ſecunde non valeant:q̄r
ſecunde poſt primas non facientes mentionem de primis ſunt in-
ualide:vt in.c.ceterum.ſ.eodē titu.de offi.deleg.c.ex parte.¶ Gl.
prima aſſumit duos caſus.¶ Primus,quando prime ⁊ ſecunde
litere impetrantur ad diuerſa beneficia,ſuppoſita validitate pri-
marum:quia aliud non ſubeſt vitium:⁊ tunc litere non ſunt nulle,
ſed deducuntur in pendenti,vt ſi recipitur per primas,ille valent,
⁊ ſecunde repelluntur:ſi recipitur per ſecundas,ſecunde valent,et
prime repelluntur.Et ſic vſus attenditur in vtriſqȝ.¶ Probat
glo.dante papa primas ⁊ ſecundas literas,ſua fuit intentio ſolum
quod per alteras literas tantum haberet beneficium:habeat ergo
vel per primas,vel per ſecundas,ex quo habetur intentus pape,
per illas conſequitur beneficium.Quatenus autem vltra intentū
pape vult vti litteris,eatenus obſtat vitium,⁊ eatenus repellitur.
Habeat ergo vel per ſecūdas,vel per primas,dum tamen nō que-
ratur niſi vnum beneficium:⁊ quatenus vltra intendit habere,re-
pellitur.¶ Secundus caſus,quando prime litere ſunt exceptione
elidibiles,⁊ impetrantur ſecunde in alia eccleſia:⁊ tunc valent ſe-
cunde in alia eccleſia,licet non faciant mentionem de primis,dum
tamen prime non ſint preſentate.Et hoc ideo,quia videntur po-
tius ad cautelam,quam fraudem,impetrate,vt ſi non poſſet reci-
pi per primas,recipiatur per ſecundas.Allegant ad hoc textum,
⁊ quod not.ſ.c.ex tenore.Confirmat,quia verba ſunt cum effectu
intelligenda:de cler.non reſi.relatum.Uerba ergo,que dicunt fa-
ciendam mentionem de literis, intelliguntur de literis validis.
¶ Item verba pape reſcribendo debent operari,ex quo non ob-
tinet per primas,obtineat per ſecundas:quia hec fuit vna vice in-
tentio pape,vt reciperetur per alteras literas,⁊ vnum tantum ha-
beret beneficium.Et dicit quod hoc patet ex textu hic,qui vult
eos eſſe contentos vnico beneficio,dum tamen obtineant illud.
Glo.ſecunda,⁊ finalis concludunt quod ſi etiam non fuerit conſe-
cutus beneficium,dummodo ſit receptus,non valent ſecunde,niſi
faciant mentionem de primis,⁊ de receptione, vt hic.Non obſtat
quod non ſit beneficium conſecutus,quia conſecutus eſt ſpem in-
fallibilem habendi.¶ Conclude circa dicta Ioan.Cal.⁊ gloſ.hic
aduertendum quod quādoqȝ ab eodem impetrantur litere ad idē
beneficium,⁊ eadem forma:⁊ eedem valent: quia preſumitur vna
gratia,⁊ plura exempla:vt no.ſ.eo.ex tenore.Saluo quod non po
teſt accumulare plures titulos ex pluribus literis:de elec.vt quis
10 duas.¶ †Quandoqȝ impetrantur plures litere ad diuerſa bene-
ficia:⁊ tunc quandoqȝ impetrantur ſecunde poſt primas validas:
quandoqȝ impetrantur poſt primas inualidas.¶ Quandoqȝ eo-
dem inſtanti plures litere impetrantur.¶ Primo caſu,ſcilicet ſi
plures litere impetrantur,⁊ eſt vna poſt primam validam.Iſtum
articulum proſequor per caſus.¶ Primus caſus eſt,ſi fuit per
primas beneficium aſſecutus,⁊ receptus,vel aliquid aliud loco be
neficij,⁊ poſtea impetrat ſecundas:⁊ hic caſus non habet dubium
quod ſecunde litere non valent,vt ſurreptitie,quodcunqȝ ſit bene-
ficium:vt.ſ.c.ad aures.⁊.c.propoſuiſti.⁊.c.ad audientiam.j.eod.ſi
proponente.de preben.ſi motu proprio.libro.vj.¶ Et hoc verum,
etiam ſi poſt impetrationem ſecundarum ſit paratus impetrans
renuntiare primis literis,⁊ beneficio primo.Ratio,quia tempo-
re date litere fuerunt nulle propter ſurreptionem.Unde attento
tempore,eis nullis exiſtentibus,poſtea nullatenus conualeſcunt.
de reſcriptis.ſi eo tempore.libro.vj.de elect.auditis.⁊ regula,non
firmatur.de regu.iuris.libro.vj.Et hoc tenet Inno.ſ.c.poſtula-
ſti.¶ Secundus caſus,quando ſecunde litere impetrantur iam
facta receptione per primas:⁊ ſecundum omnes ſecunde non va-
lent,vt hic,de tali receptione non facta mentione.Dicit tamē hic
Inn.quod ſi velint renuntiare receptioni primo facte,quod ſecū-
de validantur:quia ſi dixiſſet ſe velle renuntiare,papa literas de-
diſſet.vij.q.j.paſtoralis.de preben.cum ſecundum.ſ.eo.ſuper lite-
ris.⁊ hoc Archi.placet.de preben.ſi motu proprio.¶ Ioā.And.⁊
Ioā.Cal.hoc impugnant:quia tales litere ab ipſo principio ſunt
nulle ſurreptionis vitio:vnde ex poſt facta conceſſione non vali-
dantur,per iura ſupra proxime allegata.ſufficiat regula,nō firma
tur.⁊ dictum.c.ſi eo tempore.¶ Nō obſtat qđ papa eſſet daturus:
q̄r negari debet,cum facilius pro non beneficiato,quam pro bene-
ficiato ſcriberet papa:q̄r in talibus omnis modica ſurreptio vi-
tiat,vel nō dediſſet,niſi renūtiaſſet:vel conditionales dediſſet,ſi renū
tiaret,⁊ nō puras.¶ Hoc placet:nā licet papa eſſet daturus,ex quo
aliquid,quātumcunqȝ modicū,tacetur,litere vitiantur:de reſcri-
ptis

ptis ſi ſceptrum.lib.vi.non tamen per omnia procedit illa regula:
11 vt plene dictum eſt.ſ.c.ſuper literis.¶ †Nunc non obſtat qđ hic
receptus non ſit beneficium eccleſiaſticum conſecutus,⁊ ſic eſt ha-
bilis ad impetrandum:arg.ſ.eo.cum adeo.⁊.c.ſi proponente.quia
non ſequitur,Beneficium eccleſiaſticum non eſt conſecutus:ergo
preualet iſta impetratio,dum tamen aliquid,quantumcunq; mo-
dicum,in literis taceatur,facilius inductiuũ ad literas conceden-
das in beneficialibus.Item hic ſatis eſt conſecutus,ex quo conſe-
cutus eſt receptionem,per quam habet ſpem infallibilem benefi-
cij:de preben.ſi clericus,⁊ quia tale eſt conſecutus,de quo ſi men-
tionem feciſſet,literas non habuiſſet:⁊ in qua vacat argumentum
a contrario,ex quo ratione vel lege oſtenditur oppoſitum.¶ Ter
tius eſt caſus,quando quis nondum receptus per primas,ſed ſo-
lum eſt expectans,⁊ poſt datam primarum impetrauit ſecundas:
an valeant ſecunde,vel prime:⁊ hic eſt videndum quid de validi-
tate literarum antequã recipiatur per alteras.¶ Secundo quid
de effectu,ſi per alteras recipiatur.¶ Tertio,quid ſi primus para
tus eſt cedere,poſita etiam inualiditate ſecundarum,an conuale-
12 ſcant.¶ †Ad primum diſputauit Jo.an.⁊ ponit in regula,iuris
ignorantia.de regu.iur.lib.vi.quod non valet impetratio.Moti-
uum,quia ex ſpe hic dicitur prebendatus:ergo de illa ſpe debet fa
cere mentionem,vt hic.Sic ex ſpe quis dicitur vſurarius:de vſu-
ris.cõſuluit.Ad hoc,quia aliquid tacuit,quo princeps difficilius
motus fuiſſet ad gratiam:⁊ quantumcunq; leuis ſurreptio in ta-
libus vitiat:vt patet in.c.ſuſceptum.de reſcriptis.libro.vi.de pre-
bend.ſi motu proprio.libr.vi.¶ Ad hoc decre.gratia.cum glo.in
verbo Ignoranti.libr.vi.¶ Hec temperat Lapus,ſua allegatio-
ne.xcvi.verſic.modo quando pendet gratia,quam acceptauit,vel
ipſe impetrauit.Sed ſi per alium fuiſſet ei impetrata,dato quod
ſciret,ex quo non acceptauit,valeret impetratio,ſecundum eum.
Plus dicerem,quod etiam ſi foret ſibi facta collatio,et non acce-
ptaſſet,teneret impetratio,non facta mentione de collatione.Alle
gat dictum Archi.de reſcriptis.gratia.in verbo,Neſciens.vbi di
cit maxime ex quo non acceptauit:⁊ glo.d.c.gratia.ſuper verbo,
13 Ignorãti.⁊ dicit Jo.an.in dicta decre.gratia.ſup illa gl.¶ †Ad
ſecundum dic quod ſi recipitur per primas,obſtabit exceptio con
tra ſecundas:ſi recipitur per ſecundas,dicunt qđ ille valent,⁊ non
prime:⁊ hoc ſentit hic glo.¶ Veritas quod non valeret receptio
per ſecundas:quia ſecunde omnino ſunt nulle,ex quo non faciunt
mentionem primarum:ergo nunquam conualeſcunt.Quod intel-
ligo verum,vt receptio valeret authoritate literarum apoſtolica-
rum.An autem authoritate capituli valeret:diſtinguo ſcientiam,
vel ignorantiam:vt dixi in precedenti cap.⁊ no.Innoc.in.c.ad au-
res.⁊ hoc caſu ſi eſſet receptus.prime ceſſarent vi tacite renuntia-
tionis:de reſcriptis.gratie.in cle.⁊ propter defectum intentionis
pape.Et hoc tenet hic Cald.¶ Item ſi reciperetur per ſecundas
de facto,vt in caſu ignorantie.adhuc credo quod excluderentur
prime.Et hoc tenet Compo.⁊ Jo.Cal.allegat de reſcriptis.gra-
tie.iuncto de preben.cum.qui.li.vi.Et tene hoc eſſe verum.vbi be-
neficia eſſent incompaſſibilia.Idem videtur velle Compoſt.etiam
ſi beneficia non ſunt incompaſſibilia propter defectũ intentionis,
vt ex ſecũda receptione oriatur primis poteſtas opponendi,adeo
quod prime non valerent,ſi renuntiarent ſecundis,cum iam res
non ſit integra.Sed primum eſt verum:vt in cle.gratie.de reſcri-
14 ptis.iuncto.c.cum,qui.lib.vi.de preben.¶ †Ad tertium,quando
vult cedere primo:adhuc ſunt opi.Tene eiſdem rationibus,quod
cum ſecunde ſint iam vitiate ipſo iure,non validantur ceſſione pri
marum.¶ Non obſtat qđ intentio fuit pape,qđ haberet vnum be
neficium:⁊ ex quo fuit intentio pape,nec contra ipſum deberent vl
time litere valere,dicerem qđ intentio fuit pape,qđ haberet tan-
tum vnum,ſed fuerit quod haberet per primas:⁊ ceſſauit intentio
in ſecũdis,ex quo non eſt facta mentio de primis:vnde ſecunde nõ
valent,⁊ valent prime tantum.¶ Sed dices:imo omnes deberent
annullari.Sic dicã.ſ.quando plures in inſtanti impetrantur pro-
pter intentionem fatigandi,omnes vitiantur,ſic vitiabuntur eo
qđ prima precedente in data accumulatur ſecunda,non valet:arg.
quia facilius vitium principij inficit,quam vitium ex poſt facto ſu
15 perueniens actu validato.¶ †Quartus caſus principalis,quãdo
eodem inſtanti impetrat quis,⁊ ſub eadem data plura paria lite-
rarum,⁊ ad diuerſas.Glo.hic ſentit,⁊ primo Inn.⁊ Abbas,quod
valent ille,ex quibus eſt receptus:qr intentio pape eſt qđ habeat
vnum beneficium:⁊ per alteram receptionem tantum non obuia-
tur huic prime pape intentioni.Pro hac opi.facit hec decre.iun-
gendo queſitum reſponſo:nam loquitur quãdo fuerunt plures li-
tere impetrate,⁊ dubitatur an valeant.¶ Dic qđ ſi eſt receptus
per alteras,altere non valent.Ex hoc videtur concludere qđ va-
lent ille,ex quibus eſt receptus:⁊ ſic valerent ille,per quas primi-
tus eſt receptus:arg.de preſump.nonne.¶ Hoſti.dicit qđ neutre
valent:qr fraudulenter fuerunt ab initio litere impetrate.Et hoc
tenent omnes,⁊ Cal.Et multoties iſte caſus de facto contingit,
maxime in creatione pontificum:qr plures rotulantur in diuerſis
rotulis,⁊ poſtea ſignãtur.In iſto caſu dicerem ſic:Aut impetrat
plures literas a principio,⁊ fraudulenter,⁊ conſtat:⁊ dico qđ neu-
tre valent:quia vitium eſt in principio,⁊ pariter concernit vtraſq;
nec eſt dare quare plus alteras,quam alteras reſpiciat:ergo infi-
cit vtranq;:arg.ff.de fideiuſ.l.generaliter.Quãdoq; impetrat am
bas literas,⁊ plures,⁊ conſtat quod non malitioſe,vt quia proba-
biliter ignorauit alteras forte per procuratorẽ impetratas:⁊ cre-
do quod valent litere ambe:⁊ procedat quod dixit Inno.⁊ glo.et
tunc ſit in optione ſua,quam velit eligere:ſed alteras tantum de-
bet eligere,per caſum.c.gratia.de reſcriptis.lib.vi.Aut eſt dubiũ:
⁊ in dubio preſumo fraudem:⁊ ſic ſtat dictum Hoſti.⁊ non admit-
terem probationem de bona fide.niſi ſubeſſet ignorantia probabi-
lis,vt eſt dictum:⁊ hoc not.bene.¶ Non obſtat huic dicto hec de-
cre.quia dicit Cal.quod debet intelligi quando ſecunde ſucceſſiue
poſt primas ſunt impetrate facta receptione per primas,vt patet
ex reſponſione:⁊ hoc dicit,quod probat finis:de receptione enim,
q̃ de non eſt,facienda mentio non eſſet:⁊ hoc placet ¶ Item hic
erat queſtio in queſito ſolum de vſu ſecundarum literarum:⁊ illi
reſpondetur:non per hoc ſupponit quod valeant ille,per quas eſt
receptus:imo quomodocunq; ſit,non valent ille,quibus vtitur eo
dem recepto:per hoc non ſupponit receptionem valere:quia de il-
lis non interrogabatur:vt patet ex themate.⁊ reſponſione.ſi ſub-
tiliter intueatur queſtio.¶ Non obſtat.ſ.eod.ex tenore.vbi fraus
non preſumitur,niſi ambabus vtatur:quia illa loquitur in conten
tioſis,in quibus attenditur ſolum intereſſe partis:⁊ ſic pondera-
tur vſus,a quo cauſatur intereſſe:hic non ſolum moleſtatio eſt cau
ſa,ſed etiam pura intentio ad effectum non deducta:⁊ quia in tali
16 bus beneficialibus leuis ſurreptio vitiat,vt.ſ.dixi ¶ †Venio ad
articulum ſecundum principalem,quando emanant ſecunde poſt
primas,⁊ prime ſunt exceptione annullande.Gl.dicit quod valent
ſecunde.Ad hoc quod not.glo.ſ.eo.ex tenore.de conceſſione pre-
ben.cum noſtris.in.iiij.glo.ſ.eod.ex parte.ſ.de iure patro.ſugge-
ſtum.Doct.contra ⁊ Cal.quia litere a principio ſunt vitioſe pro-
pter ſurreptionem:quia dato quod prime fuerunt vitioſe,per hoc
excuſari non debent,ex quo ſecundas impetrauit,de illis mentio-
ne non facta:⁊ hoc quia prime ſunt vitioſe facto proprio:quo caſu
in contentioſis vitiarentur,vt dixi.ſ.ex tenore.concordando cum
glo.de reg.iur.non preſtat.lib.vi.Idem tamen puto,etiam ſi vitiũ
ſurgeret ab alio:quia facilis ſurreptio ex quantumcunq; modico
vitiat:vt in decre.ſuſceptum.de reſcriptis.lib.vi.⁊ dicto.c.ſi motu
proprio.Pro hoc facit.j.arg.c.cum noſtris.de preben.Joan.Cal.
17 hoc non ſequitur.¶ †Secundo principaliter oppono quod ſuffi-
ciat mentio generalis,ſcilicet Non obſtante quod alias beneficia-
tus exiſtat:quia tantum facit genus quo ad comprehenſa in gene
re,quantum ſpecies quo ad ſpeciem.de rebus eccle.non alienan.c.
nulli.de verbo.ſignifica.c.penul.cum ſi.ad hoc expreſſum de prebẽ.
non poteſt.eod.titu.in cui.ad hoc de offi.lega.c.penul.lib.vi.⁊ in.c.
pe.eo.tit.lib.vi.ſuper ver.expreſſe.¶ Compo.fatetur contrarium:
per hoc patet papam voluiſſe impetrationem valere:⁊ hoc tenet
Compo.Tene primum,ſecundum omnes alios.¶ Ad contraria,
vbi lex pro forma,⁊ ſignanter exigit expreſſionem probat an ſub
volutione verborum in genere,non ſufficit.ff.ſi quis cautionibus.
l.ſed ⁊ ſi q .is.§.queſitum.de procurato.qui ad agendum.libr.vi.in
cle.non poteſt.de preben.de procur.c.fin.libr.vi.cum caſibus ibi ſi-
gnatis.ſ.eo.nonnulli.Non obſtat decre.non poteſt.de prebẽ.quia
illa ſunt verba legis,non verba diſpẽſationis,ſeu impetrationis.
Non obſtat decre.in cui.eo.lib.quia ibi fiebat gratia conferenti,in
qua nec debuit,nec potuit beneficium nominari:ſed hodie eſt ve-
18 rum,vt in cle.ſi.de offi.ordi.¶ †Venio ad queſtiones.Primo,an
impetrans teneatur facere mentionem de beneficio,quo eſt ſpolia-
tus.Tenet quod ſic:⁊ idem Joan.and.de preben.quia in tantum.
Ratio,quia per ſpoliationem non perdit ius in re,nec ad rem,et
facilius eſt eius recuperatio,⁊ quia actionem habet,⁊c.⁊ de regu.
iur.qui actio.⁊.l.non videtur.Item alias parata eſſet fraus ad im
petrandum:quia faceret ſe ſpoliari:ergo,⁊c.de diuor.quanto.Ad
hoc,quia ſi ſpoliatus curato recipit ſecundum tale,vacat primũ:
vt patet de preben.de multa.⁊ ibi Jo.An.ſuper verbo Habebat.
ad decre.ſi tibi conceſſo.de preben.lib.vi.Reſponſio eſt ad priua-
tionem,q̃ de ſurgit ex incompaſſibilitate defectus fructuũ.In ſe-
cundo facit illam ceſſare:quia oportet quod ſecundi habeant ple-
nam,⁊ pinguem poſſeſſionem:ideo ſi econuerſo,vltimi habent poſ
ſeſſionem.⁊ non primi,ſecundi acceptatio excluderet primum:hic
autem vitium ſurgit ex tacere ius primi,quod datur,etiam ante
priuatione poſſeſſionis.¶ An econuerſo tenens beneficium vio-
lenter.ſi impetrat ſecundum,teneatur de illo facere mentionem:
tenet Joan.Andr.quod ſic de preben.cum qui.libro.vi.in gloſſa.
50 c.nonnulli.¶†Querit glo.vltima,quid ſi procurator commiſit al
teri poteſtatem impetrandi,an valeat impetratio.Uidetur quod
non:quia procurator ante litis conteſtationem nõ ſubſtituit pro-
curatorem.C.de procura.l.neqꝫ.⁊.l.nulla.Dic,ſi procurator habet
mandatum ad ſubſtituendum,tenet:ſi non habet mandatum ad
ſubſtituendum,in iudicialibus non ſubſtituit ante litis conteſta-
tionem,in extraiudicialibus bene ſubſtituit.C.eod.l.quod alias.ſi
quis.ff.man.ſi procurator.de neg.geſt.ſi quis mandato.¶Actus
tamen impetrationis eſt actus extraiudicialis.Quod intellige ſe
cundum glo.lite nondum cepta,vt dixi.

1 ☞Reſcripto impetrato contra hominem certe dioceſis,homo
eiuſdem

eiuſdem nominis alterius dioceſis conueniri non poteſt.
2 Opponendi practica que ſit contra literas.
3 Error nominis dioceſis vitiat reſcriptum.nu.7.
4 Iudex per proceſſum ad vlteriora,tacite pronontiat ſuper dila-
torijs.
5 Reſcriptum quo mandatur prouideri ſcholari Bononienſi qui
erat Paduanus,an valeat.
6 Reſcriptum quo mandatur prouideri in dioceſi,quid importet.
7 Error in nomine proprio non ſemper vitiat reſcriptum.8.9.

1 **Significante.** ¶ †Per reſcriptum im-
petratum contra hominē
certe dioceſis homo etiam eiuſdem nominis alterius
dioceſis conueniri non poteſt.h.d.In primo,appellan-
tis narratio.In ſecunda,appellationis commiſſio.Secunda ibi:
2 ideo.¶ †Not.primo practicam opponendi contra literas,vbi eſt
3 erratum in nomine dioceſis rei.¶ †Not.ſecundo qđ error nomi-
4 nis dioceſis eius,contra quem impetratur,vitiet literas.¶ †No.
tertio qđ per proceſſum ad vlteriora,tacite quis videtur ſuper di-
5 latorijs pronūtiare.¶ †Duas queſtiones expediam ſuper litera:
quarum prima eſt: Papa mandauit prouideri in dioceſi Bono.
B.ſcholari Bonon.qui B.erat Paduanus,licet eſſet ſtudens in
Bononia:an valeat reſcriptum.Compoſt.dicit,⁊ ei videtur quod
ſic:quia illud,Scholari Bononienſi,poteſt dupliciter intelligi.ſci-
licet vt reſpiciat illud nomen B.⁊ tunc non valeret:quia intellige-
retur B.Bononienſis.Alio modo poteſt referri ad illud nomen
Scholaris,vt dicatur Scholari Bononien.⁊ bene poteſt quis di-
ci ſic,licet ſit de alio loco.ſ.de fo.compe.qđ clerici.⁊ de procur.quia
in cauſis.Unde referendo ad nomen Bononienſi,redditur falſa:
ſed referendo ad illud Scholari,eſt valida:ergo in caſu dubij po-
tius debet fieri interpretatio vt res valeat,⁊c.argu.de verborum
ſig.abbate.Contrarium videtur ſentire,⁊ determinare Compoſt.
quia illa adiectio Bononienſi,poteſt aliquid operari reſpiciendo
nomen B.non reſpiciendo nomen Scholaris:⁊ reſcripta debent,
tanquam odioſa,ſtricte interpretari:vt de preben.quāuis.libr.vi.
Item pro hoc facit ſtylus curie,qui multum eſt attendendus: vt
c.nonnulli.⁊.ſ.de fil.presby.quam graui.Nam in beneficijs dandis
conſideramus nomen originis,non nomen ſtudij:quod pondera-
mus,cum ibi congruentius beneficietur.lxi.diſt.miſtius.Ad hoc
ff.de regu.iur.quoties.⁊ qđ not.ſ.eo.ſi proponente.in gl.ſi.Ad hoc
allegat hunc textum.ſic in reſcriptis,an quis ſit de tali loco,facit
quod habetur de offi.dele.c.i.Io.an.dicit quod hec ratio proce-
dit,ſi mandaſſet Bononie prouideri:ſed ſi extra beneficiandos eſ-
ſet,tunc iſta adiectio Bononi.nihil concluderet ad intentum,etiā
ſi reſpiceret:⁊ ideo reſcriptum debet valere,ar.prius alleg.Alij te-
nent oppoſitum.Alij faciunt differentiam an dicatur reuocatio
in irritum:an reuocetur in irritum.Sed Ioan.an.reprobat hanc:
6 ideo non teneo in ſermone.¶ †Quero,papa mandat prouideri in
dioceſi:quid comprehendat ſub iſta deciſa,⁊ cetera.Dicit hic Ho-
ſtien.⁊ Guido,attenta in negotio ratione preuia procedatur.Di-
cit hic Boati.quod illa deciſa hic congruit,quando commiſſio te-
nuit,⁊ poteſt conueniri reus,ſi iudices non grauaſſent: tunc reuo-
cato grauamine procederent iudices appellationis in principali.
Sed ſi iudices in principali non poterant cognoſcere,quia nō va-
lebat reſcriptum,vel quia non extendebatur ad illum,⁊ per hoc
fuit appellatum,pronūtiato quod bene fuit appellatum,vlterius
non procederent:⁊ ſic vtroque caſu facit iudex appellationis,quod
facere debebat iudex principalis:alias potius expediret reo non
appellare:⁊ tunc illud,⁊c.continet completionem mandati de reuo
catione,⁊ forte abſolutionem inſtantie,⁊ condemnationem expen-
ſarum.Dicit Io.an.audiuiſſe quoſdam dicentes quod cum poni-
tur in reſcripto reuocato,⁊c.ſubauditur quod dicit Hoſti.Secus
ſi dicat,Reuocetur.Quam diſtinctionem approbat Hoſti.de of-
fic.deleg.ſignificantibus.in fin.⁊ quia diſtinctionem reprobat hec
decre.cum gloſſ.i.oppo.quod ſi impetratur contra N.Remenſis
dioceſis,poſſit conueniri in Leodienſi.Primo quia ſi dixiſſet de
Leodienſi,ita habuiſſet literas,ſicut ſi dixiſſet de Remenſi:ergo
debet valere reſcriptum.ſ.eo.c.ſuper literis.Secūdo,quia extrin-
ſeca non expreſſa,non nocet,ſi conſtat de corpore.de conſang.⁊ affi
ni.tua nos.Tertio,quia quod dicitur certum,ſiue proprio nomi-
ne,ſiue alijs circunſtantijs declaretur,vel digito oſtendatur.ff.ſi
cer.peta.l.ſi certum.ff.de rei vendi.l.ſi rem.Sed hic perſonaliter
oſtenditur proprium nomen:ergo in nomine dioceſis error non vi-
tiat.Ad hoc,quia conſiſto de errore,error non vitiat,nec falſa cau
7 ſa.C.de iur.⁊ fac.igno l.error.ff.de condi.⁊ demon.l.falſa.¶ †Glo.
concludit quod error in dioceſi vitiat.vt hic.Ad.c.ſuper literis.
dicit qđ non ſemper procedit:alias ſi Titius appellaret ſe Seiū.
iam valerent litere.Quod ſi dixiſſet ſe Titium,papa literas dediſ
ſet.Aſſignat cauſam:quia ille,qui non eſt de Remenſi dioceſi,non
cadit ſub literis,⁊ intentioni pape non ſubmittitur:quia papa nō
intendit dare iuriſdictionem,niſi in hominem Remenſis dioceſis.
Item quia ſecundum hoc valerent litere incerte:⁊ poſſet B.Re-
mis,⁊ Leodio.conueniri:quod non eſt dicendum: contra id.ſ.eo-
dem ad hec.quia tales litere ſunt reſtringende.ſ.eodem nonnulli.
Dic reſpondendo clarius,vt dicunt doc.ſ.eodem.ſuper literis.
quod regula cap.ſuper literis.habet locum,quando verba reſcri-
pti poſſunt proportionari,⁊ proceſſus ſecundum veriſimilem in-
tentionem:hic autem non poſſunt proportionari.Vel dic qđ.c.ſu-
per literis.procedit quando opponitur vitium ſorrepti,⁊ quod
per hoc non valent litere:ſed hic quando opponitur defectus in-
tentionis,ita qđ papa alias eſſet conceſſurus,firmat gratiam con
tra vitium ſurrepti,vt ibi:ſed non contra vitium incomprehenſi-
bile,vt hic.Debet ergo opponens,vt dicūt doc.opponere qđ non
valet per literas conueniri:non autem debet opponere qđ non va
8 lent litere.¶ †Ad alia contraria non reſpondet gloſſ.que omnia
procedunt,quādo conſtat de corpore:quia vitium erroris ibidem
non vitiat.Sed hic non conſtat de corpore: quia licet non appareat
homo Remenſis dioceſis,non per hoc conſtat qđ contra hominē
Leodienſis dioceſis dederit,ex quo non expreſſit:⁊ nomē propriū
tantum non certificat perſonam,de qua dicitur papam certitudi-
9 naliter intellexiſſe.¶ †Sed pone qđ conſtaret de quo ſenſerit pa-
pa,id eſt,qđ non conſtaret pape certum fuiſſe de corpore,tales lite
re non vitiarentur: licet Abbas contra tempore lec.qđ conſtaret
de quo ſenſerit papa.Dubitant hic docto.an valeat reſcriptum.
Aliqui dicunt qđ ſic:Inſti.de lega.§.ſi quid in nomine.⁊.C.de te-
ſta.ſi quis in nomine.⁊ per iura allegata in glo.Et hoc tenent In-
no.Compo.⁊ Hoſti.Pet.de San.Abb.⁊ Vin.contra:quia reſcri
pta reſtringenda:⁊ quia non cadit ſub iuriſdictione eius,per Vin.
Bene facit de heredi.inſtitu.l.quoties.de rebus dubijs.l.in ambi-
guo.Gul.in Spe.tractat in tit.de reſcripti preſenta.§.vltimo.ver.
quid ſi indubitate.Dicit Io.an.qđ olim indiſtincte videbatur te-
nenda prima opi.ſed quia hodie dioceſis rei ponderatur per de-
cre.ſtatutum.eo.titu.lib.vi.videtur tenenda ſecunda opi.quia ho-
die non tranſirent litere expreſſa falſa dioceſi,vt quia extra dioce-
ſim non poterat impetrari:cum actor ⁊ reus eſſent eiuſdem dioce-
ſis,⁊ dabantur iudices extra veram dioceſim,vt ſi erant diverſa-
rum dioceſum in veritate,iudices a vera dioceſi dabantur vltra
dietam.¶ Adverte,quia per hoc ſentire videtur Io.and.qđ ſi eſ-
ſet alius error,quā dioceſis,hec decre.nō procederet,ſi de perſona
liter non conſtaret.Quod nota quia aliquando in reſcriptis er-
ratur in cognomine,vel appellatione:nomine,vel nomine proprio
ſi aliter poſſit certificari,litere non vitiarentur.Et hoc tenent do-
mini de Rota concluſi.xxix.Unde dicunt qđ etiam proceſſus ha
bitus non vitiatur,maxime ſi ſiat executio citationis ſub vero no
mine,vel cognomine.Alleg.Inſti.de leg.§.ſi quis in nomine.C.de
teſta.l.ſi quis.de teſti.licet ex quadam.de conſang.⁊ affi.tua.ad hec
not.de reſcript.cum in multis.in verbo Nomine.lib.vi.⁊ in Nouel-
la.Io.an.in addi.Spe.loco prealleg.tenet de iure idem:⁊ dicit hoc
remiſiſſe Hoſti.in Summa de reſcrip.§.pen.ad ſi.prime col.Reci-
tat Io.de Deo in queſtionibus ſuis.q.xli.alias.xli.tenet qđ ſi im-
petraui in certa eccleſia contra presbyterum,ſi errani in nomine
presbyteri,licet conſtet de eccleſia,non valet reſcriptum,quod eſt
ſtricti iuris:per hoc.c.⁊.c.ſeq.Et dicit Io.qđ de facto hec opinio
ſeruatur:quia ne ſtent in litibus,petere tur reformatio reſcripti.
Idem dicit ſi erratur in nomine iudicis.Vide dubium: ſi eccleſia
conferatur ſub alio nomine facti,⁊ ſic ſub eccleſie nomine fuit erra-
tum,alie tamen fuerunt poſite circunſtantie,quia non erat ibi alia
eccleſia:an valeret collatio.Et faciunt predicta quod ſic:tamen tu-
tius eſt quod ſiat reformatio.Et hoc tenent doc.de cenſ.venerabi
li.in verbo Intentionem.Et dicunt hic doc.quod ſi actor ignorat
dioceſim rei,exprimat caſtrum,vel villam domicilij ſui,pretermiſ-
ſa dioceſi:⁊ valet reſcriptum.lxiij.diſt.noſce.qđ non videtur hodie
ſufficiens conſilium,per illam decre.ſtatutum.ſecundum Io.and.
Certe non video qđ illa decre.hoc impugnet.cum aliter poſſit con
ſtare de dioceſi.Certe nec primum dictum procedit,quando ambe
dioceſes eſſent intra duas dietas,vel ſaltem dioceſis non expreſſa:
procedit autem quando expreſſum eſſet intra dioceſim,non expreſ
ſam autem vltra dietam.Vide de hoc quod plene ſcribit Hoſti.in
Summa iſtius titu.§.que poſſunt.ver.idem eſt ⁊ ſi erratur.Io.an.
de cenſ.venerabili.in verbo Intentionem.

1 ¶ Reſcripto contra dioceſanum non conuenitur ciuitatenſis.
2 Clauſula generalis,⁊ quidam alij:quid importet.
3 Clauſule generali poteſt per conuentum opponi.
4 Dioceſis appellatione quid veniat.
5 Clauſula Super decimis ⁊ alijs rebus,quid includat.
Decimale ius eſt vnum particulare iuris parochialis.
6 Decimale ius in iudicio poſtponitur parochiali.
7 Ciuitatenſis per reſcriptum contra dioceſanum an poſſit conue-
niri.

8 Reſcriptum vt quis poſſit conuenire pro minoribus rebus,non
poteſt conuenire ſuper eccleſia.
9 Clauſula ⁊ quidam alij dioceſani,non comprehendit ciuitatenſes.
10 Ciuitas in quibus comprehendatur appellatione dioceſis.
11 Reſcriptum de prouidẽdo ſuper beneficio primo vacaturo in dio-
ceſi,an comprehendat beneficium,quod eſt in ciuitate.
12 Reſcriptum cum clauſula quod poſſit cõueniri dioceſanus,⁊ qui-
dam alij ciuitatenſes,indifferenter comprehendit ciuitatenſes.
13 Clauſula contra epiſcopum Sagien.⁊ quoſdam alios,quos com-
prehendat.
14 Clauſula generalis an comprehendat res vel perſonas maiores
expreſſis.
Iudex delegatus non cognoſcit de rebus maioribus expreſſis.
15 Clauſula rerum comprehendit res maiores expreſſis.
16 Reſcriptum quo dioceſanus poſſit conueniri,ſi habeat res in ciui
tate,poteſt pro ea conueniri vt dioceſanus.

1 Rodulphus. †Per reſcriptum impetra-
tum contra dioceſanum non
poteſt conueniri ciuitatenſis.h.d.¶ Et diuiditur vt
2 proxima decretalis.Secunda ibi:ideoq;.Habetis hic
primo quod clauſula generalis in reſcripto enumerationem certa
rum ſpecierum ſubſequens,ita demum reſtringitur,⁊ ampliatur
ad qualitatem ſpecierum in precedentibus enumeratarum,ſi non
ſit appoſita aliqua adiectio clauſulam reſtringẽs:nam epiſcopus
eſt de ciuitate,tamen propter adiectionem in clauſula,Et quidam
3 alij Sagieñ.dioceſis,ciuitatenſis non conuenitur.¶ † Ho.ſecun-
do practicam opponendi per conuentum contra clauſulam,quan
4 do veriſimiliter in clauſula non concluditur.¶†Ho.quod in ſtri-
cta ſignificatione aliud eſt ciuitas,aliud dioceſis:⁊ appellatiõe dio
ceſis non comprehenditur ciuitas,ſed cõprehenditur locus extra
ambitum ciuitatis.¶ Or habetis notabilia.¶ Venio ad mate-
riam capituli:⁊ primo expediam duo dicta ſuper textu.Secundo
5 veniam ad glo.¶†Querunt docto.hic,quid iuris de hac clauſula
Super decimis,⁊ alijs rebus:an poterit quis veriſimiliter conue
niri ſuper iure parochiali,vel poſſit conueniri ſuper eccleſia.Vi-
detur quod ſic:quia decima eſt ius ſpirituale:⁊ ſimiliter eccleſia
eſt ius ſpirituale.alias parochiale:⁊ ſic ſunt eiuſdem qualitatis:
ergo conueniri debent poſſe:argu.no.s.eo.ſedes.Contrarium de-
terminant doct.quia ius parochiale eſt ius vniuerſale:⁊ ſic altio-
ris gradus,quam ius decimale,quod eſt particulare ius iuris pa
6 rochialis.¶†Ho.ecõtra:vnde de ipſo iure parochiali prius,quã
de ipſa decima,eſt agendũ.arg.l.iuſtiſſime.ff.de edilitio edicto.ff.
de except.l.fundi.cum ſimi.¶ Item ſuper eccleſia eſt res maior:
ergo ⁊c.vt.d.c.ſedes.Et ſic dicit Clementem quartum iudicaſſe.
7 †Sed an hec decret.procedat eodem modo in actore vt in reo:hic
dubitatur.Dicunt doct.quod ſic:quia qua ratione non valeret re
ſcriptum,ſeu non comprehenditur ciuitatenſis in reo ſub nomine
dioceſis,ſic erit in actore,⁊ multo fortius:quia tolerabilior eſt er-
ror in facto rei,quam in facto proprio:argu.j.eo.ab excommuni-
cato ⁊.C.de here.inſtitu.l.fin.¶ Veniamus ad gl.Et capio primo
8 vnam opi.que formatur in verſi.item alia ratione.in glo.†Et vi-
detur quod alia ratione hic non valerent litere:quia minora nego
tia exprimebantur,⁊ conueniri volebant ſuper eccleſia.s.eo.ſedes.
Glo.fatetur contrarium:ſed dicit quod hoc non fuit oppoſitum.
9 ¶†Quero quid ſi dixiſſet,Sagieñ,epiſcopus,⁊ quidam alij.glo.
dicit quod quandoq; dicit in clauſula.Sagieñ.epiſcopus,⁊ quidã
alij dioceſani:⁊ non poteſt ciuitatenſis,vt hic eſt caſus.Et hec eſt
ratio:quia illa clauſula.Quidam alij:reſtringitur,⁊ determinatur
10 per adiectionem ſequentem,ſcilicet dioceſis.¶†In glo.ibi:nul-
lus ciuis poterit conueniri.hec procedũt in reſcriptis ad lites,vt
per reſcriptum contra dioceſanum non comprehendantur ciuita-
tenſes.Ubi autem a iure,ſtatuto,vel priuilegio profertur verbum
Dioceſis,bene ligatur ciuitas:vt dicit Ioan.And.poſt Inno.de
offi.ordi.c.ij.⁊ ibi etiam ponit idem de re.permu.c.j.libr.vj.in glo.
11 ij.vide tex.lxiij.diſt.ſanctorum.¶†In beneficialibus autem tene
glo.de eta.⁊ qua.accepimus.quam tenet hic Ioan.And.⁊ idem de
cenſi.venerabili.in verſi.conuentus.Idem gl.de preben.c.ſi.Pau.
ſentit contrarium in clemen.ne Romani.de elect.quia in beneficia
libus adeſt donatio.de preben.relatum.⁊ in donationibus,⁊ priui
legijs verbum Dioceſis,comprehẽdit ciuitatem.Item licet ſint
odioſe reſpectu beneficij conferendi,de preben.quamuis.⁊.c.cui de
non.non reſpectu perſone:vt in.c.ei,cui.⁊.c.ſi a ſede.eo.lib.Ratio
ſua concludit quod ſi mandaretur de beneficio dioceſis,non inclu-
deretur ciuitatenſis:ſi tali de dioceſi comprehenderetur ciuitaten
ſis.Glo.in dicto.c.accepimus.communiter tenetur,⁊ ſentit Ioan.
And.niſi aliter certificetur.de cenſi.venerabili.in verbo Intentio
12 ne quandoq;.¶†Et proſequor glo.Clauſula quandoq; apponi-
tur explicite,vt contra quoſdam alios ciuitatenſes,⁊ dioceſanos:
⁊ tunc ſiue ciuitatenſis,ſiue dioceſanus ſit nominatus,poteſt ciui-
13 tatenſis ⁊ dioceſanus conueniri.⁊ hic eſt caſus planus.¶†Quan
doq; apponitur ſic clauſula:Contra Sagien.epiſcopum,⁊ quoſdã
alios:⁊ tunc dicit glo.quod videntur per clauſulam poſſe conueni
ri tantum illi de ciuitate quando illud verbum Sagien.⁊ illa qua-
litas intelligatur repetita ad illud verbum Quidam alij:vt ſit ſen
ſus,Quidam alij,ſcilicet Sagieñ.Simile.xxxij.q.vij.Apoſtolus.
ff.de verbo.oblig.l.Titia.pro hoc facit quod epiſcopus nomina-
tus eſt ciuitatenſis:ergo ſoli ciuitatenſes comprehenderentur in
illa clauſula,Et quidam alij.Glo.determinant quod dioceſani po
terant conueniri.Alleg.j.eo.ſignificauit.Et dic,quia clauſula illa
magna eſt,⁊ generalis,licet non extra dioceſim.s.eo.paſtoralis.§.
j.Ead.glo.ibi:Bonon.not.gl.qđ appellatione Sagienſis ⁊ appel-
latione Bononienſis,ſub nomine appellatiuo videntur compre-
hendi ciuitatenſes,⁊ etiam comprehenditur de dioceſi vel comita-
tu.Vide Bar.in.l.prouincialem.ff.de verbo.ſig.⁊.l.aſſumptio.ad
municipa.dixi in conſti.Ego.Unde concludit glo.differentiam
eſſe inter iſta Contra Titium,⁊ quoſdam alios Bononienſes:quo
caſu ciuitatenſis ⁊ de dioceſi comprehenditur.⁊ Contra Titium,
⁊ quoſdam Bononienſis dioceſis:tunc comprehenditur dioceſa-
nus,⁊ non de ciuitate.quod not.Nec obſtat ſi dicatur qđ in ſignifi-
catione ſua comprehendit dioceſis eos,qui ſunt de ciuitate.Nam
qui eſt de dioceſi,eſt de ciuitate.ff.ad municip.l.qui ex vico.ff.de te-
ſti.l.forma.§.ſi vero.C.de epiſco.⁊ cle.l.nulli.circa fin.xvj.q.vij.oẽs
baſilice.xxx.diſt.quoniam.de conſe.diſt.j.ſi quis etiam.Unde per
hec iura dixit hic gl.quod modicum rationis habet iſta decre.Di
cit qđ licet ciuitas comprehendatur in dioceſi tamẽ prout ſpecies
conſiderantur oppoſite,⁊ ciuitas eſt alia a dioceſi,⁊ dioceſis a ciui
tate.Ideo in materia ſtricta verbum,quod in genere poteſt intel-
ligi prolatum,⁊ in ſpecie,in dubio potius in ſignificatione ſpeciei
prolatum videtur,quã generis.Et cauſa eſt etiam in materia iſta:
quia non ſic de facili dantur litere contra ciues,ſicut contra comi-
tatenſes:⁊ forte in fraudem dioce.expreſſe,quod procurator eius
in curia erat paratus ad contradicendum.Eadem glo.ibi:ſubdi-
ti ipſius.quandoq; conceditur clauſula ſub hac forma:Cõtra Sa
gien.epiſcopum,⁊ quoſdam alios iuriſdictionis ipſius:vel quoſ-
dam alios ſubditos ipſius:⁊ tunc dicit gl.ꝙ ciuitatenſis ⁊ dioceſa
nus poterit conueniri:quia talis clauſula vaga eſt,⁊ generalis,et
ad omnes interius ⁊ exterius extenditur:intelligetur tamẽ de ſub
ditis ratione domicilij tantũ,⁊ non ratione delicti,vel contractus
vt no.glo.de reſcriptis.ſtatutum.In glo.olim dicebamus.in ſi.et
in cle.ſepe.j.de ver.ſig.⁊ de ſen.excom.nuper.in verbo.Abſolutio.
ea.glo.ibi:extenditur.Idem ſecundum Compo.ſi diceretur quod
quidam alij de regno,vel prouincia.vj.q.iij.ſcitote.de preben.quã-
14 uis.lib.vj.¶†Querit glo.ea.in verſi.item ex alia cauſa nos pote-
rat.quid ſi per clauſulam rerum,vel perſonarum agatur coram
delegato,ſuper re maiori expreſſis,vel perſona maiori expreſſis.
¶ Concludit gl.quod etiam in perſonis,⁊ rebus ipſo iure non va
let iudicium:quia illa maiora non includuntur ſub iuriſdictione.
Compo.s.eo.ſedes.tenuit quod proceſſus teneret,niſi opponere-
tur.In ea.glo.poſt illa verba Deficiente iuriſdictione:dic ſi deter
minatio clauſule non proportionatur ei,ſuper quo,vel contra quẽ
agitur,credo quod ipſo iure non includatur:⁊ tunc ipſo iure non
15 valet proceſſus:vt hic.¶†Si autem verba poſſunt proportiona
ri,tunc in clauſula rerum maiores res includuntur:ſed non poteſt
obuiante iure ſuper maioribus conuenire:quia circa clauſulam re
rum,non determinat ius non includi:ſed dicit qđ non poſſunt ſu-
per maioribus conueniri:licet de vi verbi includeret maiora,cum
vaga ſit clauſula:⁊ verbum Alie,non ſemper implicat.In clauſu-
lis autem perſonarum ius.s.eo.ſedes.dicit non includi digniores
perſonas,ipſo iure non datur iuriſdictio:⁊ ſic proceſſus eſt nullus.
Ad hoc ſimile qđ no.glo.s.eo.tit.c.ij.lib.vj.Et ſit ratio,quia iuriſ
dictio delegata plus extẽdibilis eſt quo ad res,quam quo ad per-
ſonas.de offi.dele.de cauſis.iuncto.c.P.⁊ G.Per hoc dicit Com
po.quod ſi datum eſſet reſcriptũ ſuper eccleſia ſancti Nicolai dio-
ceſis Sagienſis,⁊ datus eſſet libellus ſuper eccleſia ſancti Nicolai
de ciuitate,qđ ſi non fuiſſet exceptum,ſed lis conteſtata,qđ valuiſ-
ſet bene proceſſus.Et hanc opi.tenet hic glo.Io.An.hoc non pla
cet:quia tenendo qđ dioceſis ⁊ ciuitas ſint ſpecies ſeparate,prout
ſumitur verbum dioceſis,in ſtricta ſignificatione excludit ciuita-
tem:ergo appellatione rei dioceſis,non includitur vt ciuitatenſis
reus:⁊ ſic ſtat qđ ipſo iure non datur iuriſdictio.Sed in clauſulis
ſimplicibus,non determinatis,non:quia ſtricta eſt ſignificatio vo
cabuli,ex quo clauſula eſt vaga,nõ repugnat incluſioni.Per hoc
concludit gl.⁊ ita tene,quod quatenus eſt dictum,iuriſdictionem
non includi,ipſo iure non dari:quia talis iuriſdictio nõ poteſt per
conſenſus partium prorogari.Et in hoc gloſſ.dicit bene.j.de offi.
deleg.ſignificantibus.⁊.C.de iuriſdi.om.iudi.l.priuatorum conſen
16 ſus.¶†Ex his infertur,quid ſi iſte habuiſſet domicilium in ciui-
tate ⁊ dioceſi,an potuerit conueniri.Dicit Pe.⁊ Abbas quod ſic:
de foro compe.ex parte B.Quod non placet Vin.quia non cenſe-
tur eſſe

tur eſſe niſi de ciuitate reſpectu rei,pro qua conuenitur.Sed pri-
mum placet Joan.And.

1 ☞ Reſcripto contra predeceſſorem impetrato,non conuenitur
ſucceſſor,ſi contra predeceſſorem iudicium eſt ceptum.nu.7.
2 Femina ſuccedit in comitatu,⁊ in feudo,de conſuetudine,non de
iure.
3 Succeſſor in dignitate obligatur ad debita predeceſſoris.
4 Succeſſor non conuenitur per clauſulam generalem.
5 Clauſula quidam alij,comprehendit etiam feminas.
Maſculinum an concipiat femininum in materia ſtricta.
6 Reſcriptum contra predeceſſorem,citatione perpetuatur contra
ſucceſſorem.
8 Succeſſor rei ⁊ vitij ſurrogatur etiam in iuriſdictione delegata.
9 Reſcriptum contra predeceſſorem,quando tranſeat in ſucceſſo-
rem.
10 Succeſſor conuenitur ex reſcripto ſpecifice impetrato cōtra pre-
deceſſorem in actione reali.
11 Succeſſor ſingularis conuenitur ex actione perſonali contra de-
functum.
12 Succeſſor hereditatis,in quo differat a ſucceſſore dignitatis.
13 Reſcriptum quando tranſeat in ſucceſſorem.
14 Reſcriptum contra vices gerentem non tranſit in ſurrogatum.
15 Reſcriptum ſuper depoſitione ordinis non tranſit in ſucceſſo-
rem.
16 Succeſſor quando conueniatur ex reſcripto contra predeceſſorem.
17 Succeſſor in iuribus eccleſie non conuenitur ex clauſula generali
contra predeceſſorem virtute reſcripti.
18 Succeſſor in re ſingulari,ex reſcripto contra predeceſſorem poteſt
duobus caſibus conueniri.

1 SIgnificauit. ¶ † Per reſcriptum impe-
tratum contra predeceſſo-
rem non conuenitur ſucceſſor,ſi contra predeceſſorem
iudicium eſt ceptū.h.d. ¶ Diuiditur vt prohima de-
2 cre. ¶ † Not.quod femina ſuccedit in comitatu,⁊ in feudo.Quod
dicunt docto.verum de conſuetudine,non de iure:vt in libro feud.
3 Rubrica.i.c.i.§.hic autem.⁊ de ſucceſ.feu.c.filia. ¶ † No.quod ſuc-
ceſſor in dignitate obligatur ad debita predeceſſoris contempla-
4 tione dignitatis facta. ¶ † Not.quod per clauſulam generalem in
reſcripto appoſitam ex mente contra predeceſſorem,non extendi-
5 tur ad ſucceſſorem,etiam vniuerſalem. ¶ † Not.quod per clauſu-
lam Quidam alij:conueniri poſſunt femine.Et ſic in ſtricta etiam
materia videtur quod aliquando maſculinum comprehendat fe-
mininum.Vide.l.j.⁊ ibi Bar.ff.de ver.ſig.⁊ per Cy.in.l.quicunq.
C.de ſeruis fugi.⁊ per Archidi.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente.⁊ per
Pau.in cle.j.de elect.⁊ vide Specu.de reſcrip.preſentatione.§.fin.
6 in ver.ſi queritur.⁊ Jo.And.in.c.generali.de elect.lib.vi. ¶ † No.
vlterius quod ſola citatione,reſcriptum impetratum contra pre-
deceſſorem, perpetuatur contra ſucceſſorem. ¶ Or non habens
alia,que ſint vtilitatis,⁊ omnia,que hic tanguntur,ad glo.ſunt re-
7 ducibilia:ideo ad illas venio. ¶ † Et glo.illa in principio conclu-
dit ex textu quod reſcripta contra predeceſſorem,non tranſeunt
ad ſucceſſorem.Et allegat multas concor.⁊ ſimilia,que ſunt clara.
8 ¶ † Opp.in verſi.arg.contra de iudi.quia V.⁊ de conceſ.preben.
propoſuit.vbi tranſit ad alia iura.Non reſpondit glo.Dic ad illa
iura quod ibi ſucceſſor eſt rei,⁊ vitij:quo caſu ſurrogatur etiam in
iuriſdictione delegata.Ad hoc de alie.iudi.mu.cau.fac.c.j.hic lo-
quitur in ſucceſſore rei tantum.Et ſi dicatur,Sic eſt in herede:qui
ſucceſſor eſt vitij.ff.de diuer.⁊ tempo.preſcrip.l.cum heres.ff.de iu
9 reiuran.l.quod ſi iurauit.reſpondeo.patebit ſtatim. ¶ † Se.undo
opponit glo.quod tranſeat ad ſucceſſorem.de foro compet.dilecti.
¶ Sol. Dicit glo.quod quandoq; reſcriptum impetratur contra
predeceſſorem non ſpecifice,ſed comprehendi agitur ſub clauſula
generali:⁊ tūc per tale reſcriptum antequam ſit deuentum ad ſpe-
cificationem.vel citationem,non poteſt conueniri ſucceſſor:⁊ ſic lo-
10 quitur hic. ¶ † Quandoq; reſcriptum eſt ſpecifice impetratum
contra predeceſſorem:⁊ poteſt conueniri ſucceſſor,vt ibi.Unde di-
cit glo.qđ ſi in illo reſcripto eſſet dictum,Epiſcopum,⁊ comitem,
⁊c.⁊ commiſſa ſuccedens potuiſſet conueniri.Vel ſecundo dicit gl.
quod ibi predeceſſor fuit citatus:⁊ ſic concordat cum iſta.Sed non
placet hec glo.quia illud non colligitur ex litera capituli contra-
rij.Pet.⁊ Abb.⁊ Gul.in Specu.de reſcrip.preſentatione.§.ratio
ne etiam eius,contra quem.in principio.dicit quod ſi reſcriptum
eſt impetratum ſuper actione reali,tranſit ad ſucceſſorem.Si per-
ſonali.re integra non cōuenitur ſucceſſor:lite cepta ſic per citatio-
nem:vt hic.Et eſt cauſa in reali, quia delegatio ſequitur rem:de
pigno.ex literis. ¶ Iſtam materiam docto.ponunt de iudi.quia
V.⁊ plenius Jo.And.in regula,is qui.de regu.iur.lib.vi.Sic ple-
nam habes diſtinctionem in regula,is,qui in ius.de regu.iur.lib.
ſexto,quam pono ad literam,de iudi.quia V.ideo hic non recito
11 ¶ † Si reſcriptum eſt impetratum in reali,tranſit ad ſucceſſorem
in re etiam ſingulari.Si in perſonali:⁊ tunc ſi eſt ſucceſſor ſingula-
ris,⁊ res eſt affecta vitio litigioſi,tranſit ad ſucceſſorem:vt.c.j.de
alie.iud.mu.cauſa facta.Si non eſt affecta,⁊ ſucceſſor eſt rei,⁊ vitij,
tranſit:vt de iudi.quia V.Si non eſt ſucceſſor vitij,ſed rei tantū,
non tranſit.Si ſucceſſor eſt vniuerſalis,tunc ſi reſcriptum eſt per-
petuatum per ſolam citationem,tranſit,vt hic.Si non eſt perpe-
tuatum,tunc ſi ſucceſſor eſt per viam hereditatis,diſtinguendum
vt glo.quia ſi reſcriptum eſt ſpecifice impetratum contra predeceſ
ſorem,tranſit ad ſucceſſorem.Si vero nō eſt ſpecifice impetratum
contra predeceſſorem,ſed ſi agitur ſolum comprehendi ſub clauſu
la generali:⁊ tunc ſi eſt expreſſus predeceſſor ante mortem,tranſit
ad ſucceſſorem.Et ſubaudi hic ad tex.dum dicit ad iudicium euo-
catus:ſubaudi,⁊ antequam foret expreſſus.Arg.ad hoc.ſ.eo.pa-
ſtoralis.§.j.Si non eſt expreſſus ante mortem,non conuenitur ſuc-
12 ceſſor,ſicut dicit Inn.† Et eſt ratio inter ſucceſſorem hereditatis,
⁊ dignitatis:quia in ſucceſſione hereditatis reſcriptum dirigitur
ad perſonam:⁊ inſpecta veritate,alia eſt perſona heredis,alia de-
functi,licet eadem fingatur. ¶ Sed in dignitate reſcriptum fun-
datur ſuper dignitate,⁊ nomine dignitatis,que nunquam mori-
tur,nec reuocatur.vel mutatur ex mutatione perſone.ſed ſemper
13 remanet eadem.xij.q.ij.liberti.ſecundum Inno. ¶ † Aduerte ta-
men quod Hoſtien.in huius tituli ſumma.§.ad gratiam.ver.quid
ſi impetro.tenet quod eſt plus,quod per reſcriptum ſpecifice im-
petratum contra rectorē eccleſie,non conueniatur ſucceſſor,ſi pre-
deceſſor moritur ante citationem.Sed quod dictum eſt,procedit,
niſi ſalues dictum Hoſti.vt loquatur quando reſcriptum fuit im-
petratum contra predeceſſorem:⁊ tunc nō viuebat predeceſſor,nec
datus erat ſucceſſor:quo caſu.cum non recipiat perſonam,in qua
ſe fundat,valet:⁊ ſic non tranſit ad ſucceſſorem.Allegat Jo.And.
qui hoc tenet in regula,is,qui in ius.de regu.iur.lib.vi.ff.que ſent.
ſine app.reſcin.l.ij.dic vt ibi.Gl.vlti.eſt clara:vide eam per temet-
14 ipſum. ¶ † Idem ſi reſcriptum impetretur contra vices gerentē:
quia non tranſit ad ſubrogatum in dignitate:vt Inno.ſ.eod.cam
te.Jo.And.in regula,is,qui in ius.lib.vi.ſic diſtinguit in Mer-
cur.quod aut reſcriptum non poteſt reſpicere ſucceſſorem,aut po-
teſt.Primo caſu queſtio non habet dubium:quia non tranſit in
15 ſucceſſorem,ſiue ex parte rei,ſiue ex parte actoris. ¶ † Ex parte
actoris dat exemplum in eo,quod vendicat eccleſiam in titulum,
ad quod non poteſt ſucceſſor admitti:vt.viij.q.i.apoſtolicam.⁊ de
fil.preſbyt.ex tranſmiſſa.Ex parte rei dat exemplum, quando eſ-
ſet impetratum reſcriptum ſuper depoſitione ordinis,vel benefi-
cij,vel in cauſa criminis ad penam:vt de heredi.actio.C.ſi reus vel
16 accu.l.i.⁊.ff.no.ſ.de ſimo.per tuas.in pen.glo.† Secundo caſu,quā
do poteſt reſpicere ſucceſſorem,vel heredem:aut ſit mentio ſucceſ-
ſoris,vel heredis:⁊ tunc extenditur.ij.q.j.in primis.viij.q.j.preſen-
tium.de conceſ.preben.propoſuit.Aut non ſit mentio:⁊ tunc aut
res non eſt integra,aut integra.Primo caſu,ſi nō eſt integra per
citationem,tranſit cōtra ſucceſſorem,cum per illam ſit perpetua-
ta:vt hic,in tex.ibi:euocatus.multo fortius ſi per litis conteſtatio
17 nem,iuxta notata in.c.gratum.⁊ ſeq.de of.deleg.† Secundo caſu,
quando eſt integra:⁊ ſubdiſtinguendum,qđ aut is,de cuius ſucceſ
ſore,vel herede,agitur,erat comprehenſus in reſcripto ſub clauſu
la generali,aut erat ſpecifice nominatus.Primo caſu non poteſt
conueniri ſucceſſor.Quod eſt verum,niſi ſub clauſula comprehen-
deretur eccleſia,⁊ nomine ipſius ageretur:quo caſu conueniretur
etiam ſucceſſor prelatus creatus poſt impetrationem,iuxta nota-
ta hic per doc.Et ratio,quia conuenitur ipſa eccleſia,non prela-
tus.Secundo caſu,quādo erat nominatus in reſcripto:aut reſcri
ptum fuit impetratum ſub nomine dignitatis,vel contra digni-
tatem,aut contra certam perſonam.Primo caſu communiter te-
netur qđ tranſeat ad ſucceſſorem per.c.quoniam abbas.ſ.de offic.
18 dele.Quanquam Hoſti.hic fuit in contraria opi.† Secundo caſu.
quando cōtra certam perſonam:aut loquimur in ſingulari ſucceſ-
ſore:⁊ ad iſtum regulariter non tranſit.Fallit in duobus caſibus.
Primus in caſu.c.i.de ali.iud.mu.cau.fac.Secundus caſus,quan
do ſcienter ſuccedit in vitium:de quo dic vt in.c.quia V.ſ.de iudi.
Si loquimur in vniuerſali,tranſit in eum.Quod eſt verum,quan-
do tempore impetrationis reſcripti viuebat is,cōtra quem reſcri
ptum eſt impetratum:ſecus ſi non viueret:arg.l.ij.ff.que ſen.ſine
app.reſcin.De quo dic vt plene per eum in dicta regula.Et predi
cta procedunt,quando impetratio ſit principaliter contemplatio-
ne perſonarum:ſecus ſi contemplatione rerum,vel contra ipſas
res:iuxta not.hic per aliquos,per.c.ex literis.ſ.de pigno.⁊.c.pa-
ſtoralis.ſ.de decimis. Antonius de Butrio.

1 ☞ Reſcriptum executorium quo impetrans aſſerit falſo moni
torias deceſſiſſe,non valet.⁊.
2 Reſcripta tria pro beneficiandis olim dabantur.

4 Reſcriptum, quo mandatur, monitorijs omiſſis ſuperſedendum executorijs, an valeat.
5 Iudex delegatus ſi non procedat ratione preuia, an poſtea acta valeant.
6 Reſcriptum ex ſurreptione, quantumcunq; modica, vitiatur.
7 Papa in dubio non preſumitur grauare eccleſiam onere duplici.
8 Reſcripta pro beneficiandis neceſſaria quo ordine impetranda.
9 Inſtromenti verba enunciatiua non probant.

1 **Ex inſinuatione.** † Non valent executore, in quibus impetrans dixit falſo monitorias preceſſiſſe. h. d. ¶ In prima deciſa partis querela. In ſecunda ibi quo circa.
2 proniſio. ¶ † Nota quod ſecundum antiquꝰ tempora pro beneficiandis dabantur tria paria literarum. ſ. monitorie, preceptorie, ⁊
3 executorie. Ad hoc. ſ. eo. c. conſtitutus. ⁊ c. capitulum. ¶ † Not. ſecundo quod litere executorie narrãtes monitorias preceſſiſſe, ſunt inualide, eis non precedentibus: a contrario, quia ſi non fiat mentio de monitorijs, preceptorie, ⁊ executorie valent, dato quod non preceſſerint monitorie, vel ſi preceſſerint, fiat mentio: ⁊ hoc ſecun-
4 dum doct. hic ſuper verbo, alioqui. ¶ † Or ſaciam vnum contrarium literale: oppo. quod non tantum ſit literis ſuperſedendũ, ſed nec litere valent, tanquam ſurreptitie. Ad hoc. ſ. eod. ad audientiam. ij. cum ſimi. Solu. Dicit hic Io. And. quod ſuperſedendum eſt perpetuo. ſ. e. dilectus. ij. Hic enim non expectatur alius finis, vel euentus: ⁊ ſic improprie hic ſuperſedetur: vnde verbum Su-
5 perſedeatis, non ſtat proprie. ¶ † Quid ſi hi iudices, quibus eſt mandatum, non proceſſiſſent ratione preuia, an valeat quod agitur. Videtur quod non: quia venit contra formam mandati. Ad hoc. c. cum dilecta. ſ. eo. ⁊ l. diligenter. ff. mandati. Et per hoc non ſolum iubetur quod faciat ius, ſed prohibetur ne aliquid faciat contra rationem. In contrarium, quia ſententia cõtra ius litigatorum data tenet. de re iudi. cum inter cum ſimi. Dicit Io. And. quod quedam ſunt clauſule committentes iuriſdictionem, ⁊ modificantes eam, ſeu illi formam dantes: ⁊ in talibus procedit quod factum contra formam vitiat quod agitur. ¶ Quedam ſunt clauſule non committentes iuriſdictionem, ſed ſolum demonſtrationem facientes, ⁊ non arctantes eam: ⁊ tales non arctant, vt ſi omittant, nõ valeat quod agitur. ¶ Facit quod ſi delegetur cauſa alicui, vt pronuntietur pro Titio, ſi probauerit: quod ſi probat, ⁊ feratur ſententia contra eum, valeat ſententia: quia hic ſolum iuriſdictio excitatur, non autẽ arctatur. Et hoc tenet Inn. ſ. de offi. dele. prudentiam. ¶ Et faciunt ad illa, que Bar. dimiſit indeciſa. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. ſi compromittat in aliquem vt procedat, ⁊ determinet de iure: an ſi pronuntietur contra ius valeat pronũciatio. Et videtur quod ſic: quia hic videtur potius excitatio iuriſdictionis, quam noua commiſſio. Ad hoc quod no. in cle. i. de offi. iudi. delegati. per gl. ad hoc de offi. ord. graue. ⁊ c. irrefragabili. l. mutue. §. ſi ſub conditione. ff. de tutel. ¶ Nec obſtat ſi dicatur qđ id, quod inerat, expreſſum dat formam: quia inerat de iuſtitia: vt dixi. ſ. eodem cum dilecta. quia id, quod inerat, nõ erat ordo neceſſitatis: ideo expreſſum dat formam. ¶ Hic autem hoc inerat ex neceſſitate: ideo expreſſum potius ſonat in monitionem,
6 quam formam. † Querit glo. de ratione. Dicit glo. quod ſunt obtente litere per ſurreptionem, falſitate expreſſa, vt facilius literas obtineret, tali, quam ſi tacuiſſet, literas non habuiſſet: vt. ſ. eo. ſuper literis. Hoc dictum glo non placet. imo literas habuiſſet veriſimiliter, ſi monitorie non preceſſiſſent. Quod patet etiam, quia eis non precedẽtibus, valent executorie. Quod bene probatur hic in verbo, alioqui. Sed hoc ideo, quia ſcienter falſum expreſſit: vel quia in talibus literis quantũcunq; modica ſurreptio vitiat. Idẽ dixit glo. ſi tacuiſſent aliquem de mandato pape receptum in ea-
7 dem eccleſia. ſ. eodem mandatum. ¶ † Nota glo. que ſequitur opi. quod non ſit intentionis pape grauare eccleſiam de duobus, niſi
8 exprimat. ¶ † Glo. querit an tales litere ſint hodie de ſubſtantia, ac ſeparate emanant. Dicit glo. quod non. Vnde quandoq; executorie tantum prima vice dantur. Dicit tamen glo. quod ordo hodie, ⁊ ſtylus curie eſt, quod primo dentur monitorie. Secundo preceptorie. Tertio executorie. ſ. eodem conſtitutus. Et dicit Ioan. And. quod hodie ſtylus habet cõtrarium, ſaluo quam in receptio
9 nibus monialium. ¶ † Vltimo glo. inducit in arg. quod ſi in vno inſtrumento ſit mentio de alio inſtrumento, non creditur, niſi exhibeatur inſtrumentum, de quo ſit mentio. De hoc Ioan. And. remittit, de offi. deleg. cum in iure. de verbo. ſignifica. abbate. Et pleniſſime hoc ponit Ioan. Cal. in commento ſuper decre. poſt ceſſionem. dic vt ibi habetur, ⁊ ibi plene dixi. ¶ Ratio autem, quare nõ creditur inſtrumento enuntianti tenorem alterius: quia non atteſtatur de eo, quod ſuo ſenſu perceperit immediate, ſed de eo, quod perceperit mediante ſenſu alterius: vnde non creditur: ſicut nec atteſtanti de audito auditus. ſ. de teſti. veniens. ⁊ c. ex literis. ⁊ qđ no. de teſti. cauſam. ⁊ hoc teneas. Antonius de Butrio.

1 ¶ Papa non intendit in dubio grauare eccleſiam de duobus.
2 Clauſula conualidatiua, vel prelatiua, quid importet. 11.
3 Clauſula reſcripti inualidans que dicatur. 12.
4 Reſcriptum mandans quẽ in canonicum recipi, valet tacita prebenda.
5 Papa in dubio an preſumatur grauare velle eccleſiam de duobus. 7. 8.
6 Clauſula inualidans ſecundum reſcriptum, in dubio ſubintelligitur.
9 Reſcriptum ſecundum circa idem beneficium, an valeat.
10 Reſcripta gratiarum plura ſimul ⁊ in eadem eccleſia concurrentia cum clauſula non obſtante, qualiter intelligenda. 13.
14 Reſcripto gratie primo ſtante ſi emanet ſecundum totalis iuris collatiuum, ⁊ proprio motu, abſq; alia clauſula, an illud ſecundum deroget primo.
15 Beneficium collatum primo impetranti per capitulum, an poſſit ei auferri, ⁊ ſecundo conferri propter clauſulam, ſi pro alio, ⁊c.
16 Reſcriptum impetrans in primo loco an preferatur ſecundo.
17 Poſſeſſor tertius moleſtatus per ſecundum impetrantem, an poterit tertius opponere de iure primi.

Mandatum. Hec decre. eſt difficilis in ſuo intellectu, ⁊ eam commentauit Ioan. Cal. ⁊ ego eam ſecundum commune legere, ⁊ attingendo ſubſtantialia omiſſis alijs, ⁊ quibuſdam, que ſcribit Ioannes Andreas poſt Compo. poſt glo. quarum aliqua ſunt hodie deciſa, que ſunt in camera ſtudenda. ¶ Et habet hec decre. duos intellectus: ſecundum vnum hoc dicit. Non intendit papa eundem collatorem grauare de duobus, vbi pro ſecundo ſcribit cum clauſula, Si pro alio non eſt ſcriptum, qui huiuſmodi gratiam proſequatur, etiam primo tempore date vel preſentationis ſecundi gratiam aſſecuto hoc dicit. Secundum vnum intelle-
1 ctum, quem ſequitur Calde. ¶ † Vel ſecundum intellectum gloſſ. ceſſantibus clauſulis in dubio papa non intendit eccleſiam grauare de duobus: ideo ſecundus in data repellitur, ſiue primus expectat, ſiue ſit iam gratiam aſſecutus ante datam, vel preſentationem ſecundi. hoc dicit. ¶ In prima dictum. In ſecũda rationem
2 ponit, ibi: Cum. ¶ † Premitte pro euidentialibus, quod quedam ſunt clauſole conualidatiue, hoc eſt, firmantes gratiam cõtra grauamen: vt, Non obſtante quod pro alio ſcripſerimus in tali eccleſia. ¶ Quedam ſunt clauſule conualidatiue prelatiue: ⁊ iſte ſunt clauſule anteferri: ⁊ hodie tempore meo ſunt in vſu: puta, Non obſtante ſi pro alio ſcripſerimus, cui volumus te preferri. De quibus clauſulis habetur in. c. authoritate. de conceſſio. preben. libro
3 vi. ⁊ nota hic per docto. ¶ † Quedam ſunt clauſole inualidantes: vt, Si pro alio non ſcripſerimus, mandamus tibi prouideri in tali eccleſia: ⁊ tunc quedam ſunt, que ex ſola exiſtentia primo conditionant ſecundam, vt eſt iſta, Si pro alio nõ ſcripſerimus. ¶ Quedam, que conditionant ex pendentia, puta non obſtante ſi pro alio ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiam proſequatur: ⁊ de iſta ſpecie loquitur decre. noſtra. ¶ Item habetis ſcire quod in caſu dubij ſunt opi. quia quidam dicunt in dubio intentionis pape eſſe nõ grauare eccleſiam de duobus: ⁊ ſic in dubio intelligunt clauſulam inualidatiuam. ¶ Alij dicunt econtra: vnde in dubio ſubintelligunt conualidatiuam. ¶ Alij diſtinguunt, an gratia prima pendeat: ⁊ tunc non videtur intentionis pape, pendẽte prima gratia grauare ſecundo: ſecus ſi prima gratia iam executioni mandata, pro ſecundo ſcribit. ¶ His hic ſuppoſitis venio ad caſum: et ſequor lectio. quam ſequitur Ioannes Andreas ſecundum quem hoc intendit Executor, cui ſcribitur, vt in certa eccleſia faciat aliquem recipi, cum clauſula, Si ibidem pro alio non ſcripſerimus: qui huiuſmodi gratiam proſequatur, non debet mandatum eius exequi, ſi alius ibi receptus eſt de mandato ſcribentis. hoc dicit. et quam credo veram, ⁊ quam reperio quod domini de Rota mandauerunt ſeruari: non teneris. Videbatur contra: quia non erat aliquis, qui proſequeretur, ex quo iam erat proſecutus: ⁊ ſic non pendebat gratia, ad quem caſum videtur ſe papa retuliſſe: et ibi non teneris: imo non debes. Et poteſt intelligi quod vt collatori,
4 ⁊ vt executori fuit ſcriptum. ¶ † Nota ſecundum vtrunq; intellectum quod valent litere mandantes de canonicatu, licet nil dicant de prebenda: quia ſubintelligitur etiam mandatum prebende: de prebend. relatum. ⁊ eodem titu. ſi clericus. libro. vi. ⁊. ſ. queſtione. iij.
5 ſi quis obiecerit. ¶ † Nota ſecundum vnum intellectum, quod non videtur in dubio papa velle eccleſiam grauare pro duobus, vbi ponit clauſulam Si pro alio non ſcripſerimus: per quod a cõtrario colligitur quod nulla clauſola appoſita intendit eccleſiam grauare de duobus. Et ex hoc nota quod clauſola conditionans primam

primam gratiam propter pendentiam prime, extenditur etiam
ad caſum prime execute. ¶ Alia poſſunt colligi: ſed quia eſtis tar-
di in ſcribēdo, omitto. ¶ Uenio ad notabilia ſecundi intellectus.
6 †Et no. quod in dubio clauſula inualidans ſecundas literas ſub-
7 intelligitur. ¶ †Item not. quod in dubio non intendit papa ec-
cleſiam grauare de duobus, ⁊ ſic in caſu non expreſſe clauſule inua-
liditatis, illa clauſula ex mente pape ſubintelligitur. ¶ Omitta-
mus alia, que potius ſunt ad ornatum pro repetentibus. ¶ Ue-
niamus ad intellectum decre. ⁊ ingredior glo. quia nil dicitur non
reducibile ad glo. ⁊ ingredior glo. j. opponendo de. l. quod Labeo.
ff. de Carboniano edicto. vbi patet quod lex debet eſſe de dubita-
bilibus. quod hic non videtur. huius tituli facta eſt glo. aſſignans
rationem dubitandi, vt in eadem patet: ⁊ rationem decidendi aſſi-
gnat. ¶ Sed obuiat glo. quia ſecundum intellectum glo. videtur
a contrario, quod ſi non eſſent clauſule appoſite, ſecus eſſet. Sed
contra eſt. ſ. eo. c. capitulum. vbi non apparet de clauſula: ⁊ tamen
ibi dicit idem, quod hic propter hoc contrarium glo. ſecunda po-
nit duas opiniones, per quas duos infert intellectus ad decre.
¶ Prima, quod omnibus clauſulis ceſſantibus, non intendit pa-
pa grauare eccleſiam de duobus: ⁊ ſic hic appoſitio clauſule notat
factum, non quod ex ea ius ſumatur. Motiuum eius eſt prealleg.
c. capitulum. Etiam motiuum eius eſt hoc capitulum in ratione
fi.: nam papa hic dicit quod non eſt ſua intentio eccleſiam graua-
re de duobus. ¶ Tertio ſtylus curie etiam fundat hunc intellectū
quia papa in literis conſueuit clauſulam apponere validantem,
Non obſtante ſi pro aliquo ibidem ſcripſerimus. Per hoc decla-
rat quod niſi ſignum hoc apponat, per quod oſtendat ſe velle gra-
tiam ſecundam valere, in dubio declarat ipſam non valere, clauſu-
la non appoſita. Et ſi dicas, dicit Joannes Andreas ſic: ⁊ appo-
ſuit clauſulam inualidantem, Si pro alio: vt patet hic: ergo ⁊ per
conſequens arguam quod in dubio velit papa eccleſiam grauare
de duobus, niſi apponat inualiditatem. Dicit Joannes Andreas
hec non obſtat quia quod exprimatur quod ineſt, nullum eſt abſur-
dum: ergo tenendo quod in dubio non intendat valere ſecundam,
ſi exprimat hoc, quod ineſt ad maiorem declarationem, apponen-
do clauſulam inualidatiuam nullum inducit abſurdum: ſed quod
tollatur, vt obſtans quod non obſtat, abſurdiſſimum eſſet. Te-
nendo ergo opi. quod prime litere non obſtarent ſecundis, que eſt
oppoſita opi. prime, abſurdum eſſet, imo abſurdiſſimum appone-
re clauſulam Non obſtante: vt tolleretur quod nullo modo obſtat:
ſicut abſurdiſſimum foret dicere, Non obſtat quod habeat vel non
habeat flauos capillos: vel, Non obſtante quod ſit vel non ſit legi-
timus, vel legitime etatis: vel, Non obſtante quod ſit doctor in ſa-
cra pagina, ⁊ ſimilia ¶ Concluditur ergo quod curia in expreſ-
ſione clauſule, vt vitetur hoc abſurdum, habet pro conſtanti quod
clauſula inualidans ſubintelligatur, niſi apponat clauſulam, per
quam validet: ſed apponendo clauſulam Si pro alio, exprimit qđ
ineſt: ⁊ ſic hec opin. ex practica curie fouetur, quod non intendit
papa eccleſiam grauare de duobus. Per hoc allegat text. in capi.
penulti. de reſcriptis. libro. vi. ⁊ ibi fecit glo. per quam impugnat
hanc opinio. que fuit Goffre. hic, in principio. Applicando modo
opi. hanc ad text. hic eſt caſus pro ea, ſi papa exprimat conditio-
nem inualidantem ſecundas, Si pro alio non eſt ſcriptum: ⁊ inua-
lidantem ex pendentia. Uult textus quod prima gratia aſſecuta,
ſecunde litere repellantur. Motiuum: quia papa in tacito diſpo-
ſitionem ſuam tacitam relinquit regulandam iuri, ⁊ mentem ta-
citam cenſetur menſurare, ⁊ relinquere, ⁊ tenere mentem iuris: ſed
ius in dubio vult quod non intendat papa eccleſiam grauare de
duobus: ergo licet non diſpoſuerit in caſum gratie primo execute
ius prouidet: ⁊ ſic ipſe tacite prouidere videtur vt non valeat gra-
tia. Et ſic vbi homo diſponendo exprimit caſum prouiſum a iure,
in caſum tacitum, non per hoc cenſetur recedere a prouiſione iu-
ris, vbi prouiſio tangit commodum tertij: quam in dubio homo
tollere non videtur velle, etiam ſi poſſet. ¶ Secūda opinio in hac
materia eſt, quod in dubio papa velit eccleſiam grauare de duo-
bus: ⁊ hoc tenendo dicendum ad decre. iſtam quod ratio determi-
nandi hic procedit ex appoſitione clauſule: nam in dubio clauſula
conualidans intelligitur: ſed ex quo papa apponit clauſulam in-
ualidantem, per hoc declarat ſe velle innouare gratiam ipſam: er-
go ſic aliqualiter ledēdo in caſu pendētie hic ſua prouiſio ex mēte
eius a iure coniecturata extenditur ad caſum, vbi ipſa eſt effectua-
liter aſſecuta: quo caſu magis, aut ſaltem pariter, ratio diſponen-
di concluditur. Et per hoc ſatis eſt factum gloſſe. ¶ Tertia fuit
opi. media Hoſtien. in hac materia diſtinguens, quod ſi gratia ſe-
cunda emanat prima pendente, in dubio non ſit intentionis pape
eccleſiam grauare de duobus, ſicut loquitur prima opin. Uel ſi in-
telligatur quod ſi ſecunda emanat prima iam aſſecuta, tunc dici-
tur quod ſecunda valet, vbi nulla clauſula eſt appoſita. Ubi au-
tem eſt clauſula appoſita, dicit quod etiam ſi conſtaret, ſecundam
ex pendentia prime, non valeret ſecunda, ⁊ prima aſſecuta: ex quo
papa declarauit ſe ſemel velle gratiam innouare in caſu expreſſo: ⁊
ſic ex coniectura mentis intelligitur quod voluerit innouare in ca-
ſu tacito: et ſic tunc inualida eſt reſpectu gratie prime aſſecute.
¶ Ratio autem eſt ſecundum Hoſti. quoniam ceſſantibus clauſu-
lis ſecunda emanat poſt primam, ea pendēte neceſſario ambe gra-
tie referūtur ad idem beneficium: quia ad proximam vacaturam:
ergo ſecunda inualida: vt patet in. c. ex parte. j. de offi. dele. Item ⁊
tunc ſubeſt odium vacaturarum: qꝛ vbi plures ſunt expectantes, ⁊
multiplicantur in mortem alterius cogitantes, qđ exoſum eſt iuri
⁊ conſequēter pape. ſ. de conce. preben. c. ſi. Et pro hac parte opti-
me facit. c. preſenti. de offic. lega. lib. vi. vbi propter odium vacatu-
rarum legatus nō poteſt facere plures reſeruationes: ſic in dubio
papa plures facere non intelligitur, vbi quaſi videtur caſus. Hāc
opi. tenuit aliquando Joā. de Lig. reſpondens ad hanc decre. qđ
expreſſio clauſule hoc operabitur, vt prima aſſecuta, non valeat ſe-
cunda: dans ſimile de vulgari tacita, que expreſſa in vnum caſum,
intelligitur ex coniecturis in alium repetita: vt. l. ſi. C. de inſti. ⁊ ſub
ſti. ſub condi. fac. ¶ Jo. And. quid intendat hic, non bene patet:
tamen videtur velle ꝙ gratia ſecunda non valeat, etiam prima aſ-
ſecuta. Et allegat pro caſu. c. pen. de reſcriptis. lib. vj. vbi tangit in
glo. Et licet dicat Jo. Cald. ꝙ non eligat clare, an hoc intelligatur
prima aſſecuta, vel pendente: ⁊ ſic verum in gl. antiquiſſima. Certe
ſatis eligit in nouellis prout conatur reſpondere ad decre. preſen-
ti. ſuper quo fundatur opin. pendente tam inualiditate ſecunde
prima pendente, quam inualiditate ſecūde prima aſſecuta. Et hoc
fecit poſt commentum Cal. dum vidiſſet eius opi. Jo. Cal. videtur
hic hanc opi. amplecti: nulla alia facit fundamenta vltra Hoſtien.
ſed reſpondet ad decre. iſtam: vt. ſ. eſt reſponſum ad decre. pen. de
reſcrip. libro. vj. Dicit qđ ibi erat clauſula Non obſtante. Sed, vt
ipſemet dicit, hoc eſt diuinare. Ideo dicit ſecundo quod quandoqꝫ
plures litere emanant diſperſee in data: ⁊ tunc non eſt intentio-
nis, eccleſiam grauare de ſecundis: qꝛ non eſt eius intentionis da-
re duas preſentes: quia poteſt tunc apparere que litere ſint vitio-
ſe, ⁊ preter intentum, ſcilicet ſecunde, que emanant poſt graua-
8 men, que non valent, vt dixi. ¶ †Quandoqꝫ emanant due litere in
data pariles: ⁊ tunc ſicut non intendit papa eandem eccleſiam gra-
uare de duobus pendentibus ſucceſſiue, ita nec ſimul, niſi illud ex-
primat: vnde propter rigorē ambe debent vitiari: quia non inten-
dit papa alteras valere, ⁊ non apparet que ſint: ſed qꝛ non potuit
alicui parti imputari, quare non fecerit mentionem de eo, qđ non
erat in rerum natura: ⁊ par fuit intentio pape quod vni prouide-
retur. ¶ Ad hanc diſcordiam tollendam Innocen. eligit mediam
viam, vt hoc caſu inſpiciatur que pinguior: ⁊ ambabus paribus
attendatur prioritas preſentationis: omnibus paribus locus ſit
gratificationi capituli altero excluſo: quia reſpectu: ⁊ ſic ille, que
poſterior remanet, preſumitur in data poſterior: ⁊ ille repelletur.
Et hec ratio placet. Per hoc concludit ꝙ quandoqꝫ ſecunde ema-
nant poſt primas cum clauſula inualidatiua: ⁊ tunc ſolum annul-
9 lantur ex grauamine: qꝛ tunc papa ponderat grauamen. ¶ †Quā-
doqꝫ ſecunde emanant poſt primas, eis pendentibus: ⁊ ſi ambe re-
ſpiciant idem beneficium, annullantur ex defectu ſectionis impoſ-
ſibilis de iure: de preben. tue. ⁊ c. maioribus. ¶ Quandoqꝫ emanāt
poſt primas, ⁊ referuntur ad diuerſa beneficia: ⁊ tunc annullantur
propter odium vacaturarum, ⁊ multiplicationis expectantium,
per dictam decre. preſenti. alias prima aſſecuta ceſſantibus clauſu-
lis nullus eſt defectus. Ideo dicit quod ſi eſſent due electiones va-
cantium eccleſiarum, vel prebendarum in eadem eccleſia, ſi faceret
vnam papa poſt aliam, vel eodem inſtanti, quod ambe valerent,
vt. j. dicam. ¶ Jo. de Lig. indiſtincte tenet opi. glo. quod ſecunda
non valeat, ſiue emanat prima pendente, ſiue prima aſſecuta. Mo-
tiuum eius cauſa grauaminis eſt cauſa repellens: ſed, dicit ipſe,
non concipio ꝙ plus nō grauat gratia aſſecuta, quam gratia pen-
dens: quia primo caſu grauamen non poteſt ceſſare. Secundo ca-
ſu poteſt multis caſibus ceſſare. Dic quod non grauabitur in con-
ferendo: ergo ⁊c. ¶ Hanc opi. ſecutus ſum huculqꝫ in ſimili indu-
cendo. Primus caſus omiſſus remanet in diſpoſitione commu-
nis iuris: ſed hic omiſſus fuit caſus, quo ſecunde litere emanat pri-
ma aſſecuta: ergo quod diſponit hec decre. eſt ius. ff. de libe. ⁊ poſt-
hu. l. commodiſſime. ff. de condi. ob. can. l. ſi extraneus. Ius diſpo-
nit qđ prima aſſecuta, ſecundus repellatur: ergo hoc eſt de iure.
Secunda ratio grauaminis eſt cauſa proprie repellens: ſed hic pri-
ma aſſecuta dicatur eccleſia grauata: vt hic eſt tex. ergo repellitur
ſecunda, ⁊ prima aſſecuta. ¶ Preterea, ſi vbi papa prouidet inua-
lidando ſecundam, ⁊ ex pendentia prime ſecunda inualidatur pri-
ma aſſecuta, vt hic eſt caſus, multo fortius vbi papa nihil diſpo-
nit, inualidatur ſecunda prima aſſecuta: ideo procedit, qꝛ dictum
in vno, tacite negatur in tacito: ſed hic intelligit ius, vbi tacite cen-
ſetur negatum, ſi facta expreſſione, multo fortius vbi nihil cēſetur
negatum, quādo, ſcilicet nihil eſt expreſſum, id eſt, quādo clauſula
inualidans nullo modo eſt expreſſa propter datam dependet hoc

ex ratione,ex qua ſurgit nullitas.Quidam dicunt qđ ſi eſt ſciſſio prohibita per.c.maioribus.⁊.c.tue.de preben.ideo concludit quādo gratia poſtularetur ſuper eodem,non quando ſuper diuerſis. ¶ Alij dicunt qđ ratio eſt ſurreptio: quia ex quo non fit mentio qđ alias ſit ſcriptū,papa literas non eſſet cōceſſurus,ſi hoc ſciuiſſet.Et hoc tangit Inn.ſ.eo.capitulum.Alij dicunt qđ eſt odium vacaturarū.Et hoc ſentit dominus Cal.⁊ Hoſti.Tenendo qđ ſit odium ſolum vacaturarū,indubitanter procedit opi.Hoſt.⁊ Cal. ¶ Sed text.in hac materia loquentes ponderant grauamen,⁊ grauamen datur prima aſſecuta.Ergo ſaluando iſtam poſſes dicere quod eſt fatendum quod grauamen hoc operatur, nihilominus grauata non dicatur eccleſia,niſi quando pendent gratie.Nam naturaliter ſi fero pondus,donec pondus ſuper me pendet, grauor:quatenus depoſitum eſt,non grauor:ſic in propoſito,eccleſia grauata dicatur,quandiu pendeant ipſe: ſed eis depoſitis, non. Hoc quod dicitur eccleſia grauari ſolum quando pendent, vt ſentit.d.c.preſenti.hanc opinio.fouet equitas.Nam abſurdum eſt dicere quod ex quo ſemel papa ſcripſit in vna eccleſia. quod non ſit veriſimile,eum velle amplius eo viuo in eccleſia ſcribere:⁊ ſic nunquam in eccleſia illa amplius in vita pape valeat gratia, niſi hoc exprimat.⁊ ſi adſiſterem pape, determinarem, vel ſuaderem hoc terminari de iure.Tamen quelibet opi.poteſt defendi.Nam tenendo primam,ratio non obſtat:quia onerata poteſt dici eccleſia,etiā poſt collationem,vt hic eſt caſus:cui non eſt reſponſum.Et ſi dicatur, Pondus eſt depoſitum:ergo ceſſat grauamen.Id eſt verum, ſi poſt depoſitionem nil remanet vinculi grauans:quia grauamē attenditur reſpectu liberalitatis conferendi: que cauſa, ſeu ratio tollitur facta collatione,donec ille viuit,vel cedit,vel alias:aut beneficio excluditur:⁊ ſic poteſtas,⁊ voluntas ſunt diuerſa: vnde de vno non poteſt ad reliquum argui:cum de diuerſis non fiat bona illatio: vt.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſ.Ad.c. preſenti.dico quod ibi diſputatur de poteſtate: hic de voluntate. In dubio nō vult.Sed ſi diſputaretur an poſſet papa:dico quod poſſet:quia nō ligatur iure.Legati aūt poteſtas eſt reſtricta per illam decre.Non obſtat ratio:quia ibi ponderat grauamen: ergo habet eccleſiam pro grauata demum, quando gratie pendent, vt ibi dicit litera:quia dico quod ibi papa dicit quod ad reſtringenda grauamina,reſtringitur poteſtas,vt duas pendentes reſeruationes non faciat.Nota per hoc includens quod eccleſia non ſit grauata prima aſſecuta:ſed concludens quod ſi permittātur plures pendentes, plus poſſet, ⁊ poteſt grauare, quam non poſſet. quando vna eſt aſſecuta,ſi poteſt facere ſecundam:quia ibi non poterit accumulare tot grauamina.Et hec eſt mens iſtius decret. ¶ Unde adhereo opi.alterius per hanc decre.quam etiam ſequitur Ioan.And.in.c.prealle.⁊ penul.de reſcriptis.lib.vi.in Nouella.⁊ illam tenet ſtylus curie: ⁊ quando pro primo vel ſecundo eſſet reſcriptum in forma pauperum,vt ſcribunt domini de Rota deciſione.xl.allega.xxxix.Pro concordia tamen aliquorum iurium in hac materia imaginor duos caſus.Primus,quando litere emanant,⁊ diſpariles in data in eadem eccleſia.Secundus,quādo plures gratie emanant pariles in data.Primum proſequor per quatuor caſus.Primus,quando plures gratie emanant in eadem eccleſia cum clauſula Non obſtante.Secundus,quando emanant in eccleſia cum clauſula Anteferri.Tertius, quando emanant cum clauſula inualidatiua Si pro alio.Quartus,quando emanant ſine
10 aliqua clauſula. ¶ †Ad primum, quando gratie emanant cum clauſula Non obſtante:⁊ tunc ſi reflectuntur ſuper eodem beneficio,vt quia mandauit prouideri Titio de archidiaconatu in tali eccleſia.Secundo mandauit alteri prouideri de archidiaconatu eodem,non obſtante quod pro alio ſit ſcriptum:⁊ tunc ſecunda valet,⁊ prima cenſetur reuocata.Notat Ioan.Andr.de preben.ſi beneficium.lib.vi.Idem puto,ſi prime ſunt ad vacaturam,⁊ conferat.Secundo non obſtante quod pro alio ſcripſerit:quia tunc credo quod ſecūde valent,⁊ primus expectabit vacaturam:quia per ſecūdas literas apparet quod voluit ambas gratias valere,propter clauſulam Non obſtante:tamen modernus ſtylus curie obſeruat contrariū,vbi preſeruatur ius primo ad vacaturas. ¶ Quandoqꝫ reflectuntur ſuper diuerſis beneficijs: ⁊ hec clauſula poteſt multipliciter intelligi. ¶ Uno modo vt ſonet prelationem primi: ⁊ hic intellectus non eſt bonus,cum ſuperflua eſſet clauſula Anteferri.Secūdo,quod velit ſecundum coniungere primo: ⁊ adhuc hic non eſt bonus: quia ſic ſequeretur ſciſſio.quod eſt inhibitum. Dicendum eſt ergo qđ illa clauſula tollat ſolum grauamen:⁊ hoc caſu cōſonant omnes,qđ ſufficit clauſula generalis Non obſtante qđ pro alio ſcripſerimus.Non obſtat qđ dixi.ſ.c.in noſtra.⁊ de reſcrip.ſuſceptum.§.cū aliquibus.quia ibi ſcribitur in caſu magis exoſo iuri,ſcilicet pro beneficiato ad inducendā pluralitatē in.c.in noſtra.quo caſu notabilior exigitur expreſſio. Hec eſt communis opi. ¶ Hec eſt vera,qñ eſt ſcriptum pro vno: ſed eſt dubiū an hec clauſula perficiat reſcriptū quando eſt ſcriptū prius pro duobus.

Et aduerte:qꝛ hec clauſula pōt poni duobus modis,ſi dicat Non obſtante qđ pro alio.Tenet hic Io.An.⁊ doc.qđ non,cū papa declarauerit in ſingulari ſe velle eccleſiam grauare,vbi pro alio ſcriptū ſit:⁊ ſic voluit grauare de duobus tantū,non de tribus.Si autem dicitur Nō obſtante qđ pro alijs:⁊ tūc aut eccleſia eſt grauata de vno tantū,vel duobus:⁊ clauſula firmat ſecundā gratiam,vel tertiā:pro pluribus aūt eccleſia grauata exiſtente,clauſula nō firmat gratiā: qꝛ illa Si pro alijs,in plurali,verificatur de duobus tantum,⁊ non pluribus.Tollit ergo grauamē duorū tantū,⁊ non plurium, propter odium vacaturarū,⁊ propter odiū grauaminis: niſi diceretur Nō obſtante ſi pro alijs ſcripſerimus,quotcunqꝫ fuerunt:qꝛ tūc etiā contra vniuerſam pluralitatē expectantiū gratia
11 firmatur. ¶ †Scđs caſus principalis,qñ ſecunda gratia emanat cū clauſula anteferri:vt qꝛ dicit Non obſtante qđ pro alio ſcripſerimus,cui te volumus anteferri:⁊ hic operaꝛ duplicem effectum, ſecūde gratie validatiuū,⁊ etiā prime gratie quo ad primā prelaturā:qꝛ facit ſm̄ primo anteferri:⁊ de hoc nō eſt dubiū. ¶ Nūquid aūt primus tūc excludatur:tangit Io.An.eo.tit.c.pe.lib.vi.⁊ videtur velle qđ nō excluditur:qꝛ illa clauſula inducta ad minuendā gratiā primi in data,nō debet operari augmentū.Et pro hoc hodie eſt ſtylus curie,qui habet qđ appoſita clauſula illa ſubmittit, Nullā tamen volumus expectanti aliud beneficiū in expectatione
12 preiudiciū inferri. ¶ †Tertius caſus,qñ emanant ſecūde litere cū clauſula inualidatiua:⁊ hoc pōt eſſe multipliciter.Quādoqꝫ cum clauſula ſimpliciter cōditionante eſſe ſcđe ex exiſtētia prime,vt eſt hic:⁊ hec qñqꝫ in ſingulari,Si pro alio,⁊c.ſi pro alio nō ſcripſerimus:⁊ tūc dicit qđ hec clauſula operatur,qꝛ firmat gratiā contra vitiū ſurreptionis:quaſi per hoc ſatis faciat mentionē de prima: ſed nō tollit vitium grauaminis.Per qđ cōcludit Io.An.de reſcrip.c.pe.li.vi.⁊ hoc caſu ſecūda gratia nō eſt inualida,niſi opponatur.Hoc mihi nō placet:imo dico qđ gratia eſt nulla: qꝛ ex quo deficit,ꝑpter defectū conditionis,vbi pro alio eſt ſcriptū,⁊ deficit ex expreſſa volūtate:ſic cōditionata deficit ipſo iure gratia:nō defectus cōditionis expreſſe ipſo iure vitiat.Nec obſtat qđ exprimatur qđ ineſt:qꝛ aliter exprimitur quā inſit,cum primo caſu nō conditionet,ſed inſit reſolutiue:ſi opponat qđ capitulū de grauamine nō exprimiꝛ directe ⁊ principaliter reſpectu principij,gratiā reddit conditionalē:hoc qñ gratia emanat,ſi pro alio nō eſt ſcriptū:⁊ ſcriptū eſt pro vno. ¶ Alius enim eſt defectus conditionis reſoluens,⁊ alius ſuſpēdens.ff.de in diē addict.l.ij.⁊ de condi.appo.nullum.alias verū. ¶ Quandoqꝫ clauſula apponitur,ſi pro alijs non eſt ſcriptū:⁊ ſcriptū eſt pro vno.Et dicit hic Cal.Io.An.qđ excluditur ſecūdus,etiam ſi pro vno ſit ſcriptū:qꝛ illa pluralitas reſoluitur in ſingulares,propter odiū vacaturarū.Allegant de priui. vt priuilegia.ff.de ver.ſig.que ſinit. ad hoc de prebē.quāuis.li.vi.⁊ ſic tenet curia:⁊ hoc tenet Io.An.de preben.quāuis.li.vi. ¶ Quādoqꝫ apponitur clauſula inualidatiua cōditionans ſecundā ex ſola pendentia prime:vt ſi dicitur,Non obſtante ſi pro alio ſcripſerimus,qui huiuſmodi gratiam proſequatur:⁊ tunc ſecundū omnes non valent ſecunde,ſiue prima gratia pendeat: ⁊ tunc credo quod nō valent ipſo iure,ratione,qua.ſ.Item non valent ſecunde, niſi emanent prima gratia aſſecuta,vt hic: qꝛ clauſule appoſitione ſecundum aliquos, vt dixi.ſ.videtur gratiam innouare voluiſſe in caſu tacito.Sed tunc puto qđ in caſu tacito,an excludantur litere ipſo iure,an exceptionis ope,tangā ſtatim in ſequenti principali
13 caſu. ¶ †Quartus caſus,quando plures gratie accumulantur in eadē eccleſia,nulla ſubſiſtēte clauſula:⁊ hic aduertendū eſt. ¶ Quādoqꝫ ambe gratie reflectuntur ſuper eodem beneficio:⁊ oēs fatentur qđ ſecūda gratia nō valet:⁊ hoc propter ſurreptionē.Ex quo patet qđ ſecūde litere ſunt nulle per reſcripta in.c.ad audientiā.de reſcrip.Et hoc verū credo,ſiue reflectanꝛ expreſſe quo ad verba ⁊ mentē,vt qꝛ pro duobus ſcribiꝛ ſuper eodē archidiaconatu tali: ſiue reflectanꝛ ſuper eodē quo ad mentē,licet nō quo ad verba:vt qꝛ pro primo ſcribaꝛ pro archidiaconatu vacante morte talis:ſecūdo ſcribitur pro archidiaconatu proximo in tali eccleſia vacaturo vel vacanti:⁊ ibi nō eſt niſi vnus archidiaconatus:vt hic eſt caſus ⁊ in.c.ex parte.de offi.dele.⁊ hoc caſu habeo pro indubitato qđ inficiuntur ex vitio ſurreptionis. ¶ Qñqꝫ gratie pñt referri ad diuerſa bñficia:vt qꝛ vterqꝫ mandatur prouideri de proximo vacaturo,⁊ pro ſcđo ſcribitur de proximo vacaturo alteri nō debito,⁊ ſic gratia referꝛ ad diuerſa bñficia:⁊ tunc aut gratia ſcđa emanat prima pendēte:⁊ hic dicit Io.Cal.qđ ſecūda inficitur ex pendētia prime,⁊ ex vacaturarū odio,⁊ ꝑpter grauamē.An aūt tūc vitientur ſcđe ipſo iure,vel demū ſi opponatur:dubitat Io.An.in.c.pe. ⁊ qđ ipſo iure arguit,qꝛ ſurreptitie:ſurreptio aūt vitiat ipſo iure. Patet.ſ.⁊ in.c.ſi motu proprio.⁊ dixi.ſ.eod.in.c.ad audientiam. qđ exceptionis ope:qꝛ vitium literarum fundatur ex grauamine: ergo cum ſurgant grauamina ita demū ſi opponatur: qꝛ vbi lex inficit actū ex cauſa alterius cōcernente fauorē,intelligiꝛ.ſi opponatur.ff.de iniuſto teſta.l.filio preterito.cū ſi.dicit qđ in ignorante

videtur

videtur ſibi equa opi. quod annullentur ope exceptionis in ſcien te vero, ipſo iure. Et dicit, inſtantiam habes in. c. conſtitutus. ſ. e. vbi ſurgit vitium ex facto ignoranter: ⁊ cum annullanẗ litere ipſo iure vitio ſurreptionis a parte, quod non ſunt nulle: facit. c. tibi q. ⁊. c. ſi clericus. de preb. lib. vj. ¶ Ad quod reſpondet Cal. quod vel ibi clauſula debet intelligi appoſita: vel ibi debes intelligere queſitam preſuppoſita validitate literarum: quia ibi diſputatur ſolū de iure prelatino plurium expectantium in eadem eccleſia, ſuppoſita validitate lſarū. ⁊ ſic debent clauſule optime intelligi. ¶ Itē hanc partem ſonet quod non annullentur, niſi ex grauamine: ⁊ ſic ex vno vitio: quia ſi annullarentur ex pluribus, non ſufficeret vna clauſula Non obſtante, generali ad vtrunq̧ vitium tollendum. Et hoc videtur falſum, vt omnes tenent. Hoc patet de preben. non pōt. lib. vj. Sed non obſtat, quia vitia perpendiculariter ſurgunt ab vna radice grauaminis: vnde clauſula tollit grauamen, ⁊ ſurreptionem. Secus ſi clauſula tm̄ ſit potens ad tollendū vitiū ſuperficiale: quia illo ſublato remanet vitium radicis. ¶ Dicebam qꝺ quandoq̧ ſecunda gratia emanat, prima nondum preſentata, ea pendente: ⁊ ſecunde litere non ſunt ſurreptitie, cum nec illo vitio vitiantur, etiam ſi papa alias non eſſet conceſſurus: per. c. gratia. de reſcript. lib. vi. quia tunc ſurgit ſurreptio a facto probabiliter ignorato: quo caſu litera excuſatur a vitio ſurreptionis: ſed remanet impedimentum iuris. ſ. grauamen, quod papa non tollit, nec tollere intendit: opus ergo eſt tūc oppoſitione. Et ſic poteſt intelligi. c. tibi. qui, ⁊. c. ſi clericus. Et pro hoc eſt caſus in. c. gratia. de reſcr. lib. vj. Non obſtat. c. conſtitutus. quia tunc factum non eſt probabiliter ignoratum. ¶ Quādoq̧ ſecunde emanant poſt primas iam preſentatas: ⁊ dico quod ſecunde annullantur ipſo iure propter duplex vitium. Primo ex vitio ſurrepti: quia grauamen eſt tacitum, ex quo potuit ſe informare: vt in. c. cōſtitutus. ſ. eo. ⁊ etiā ex grauamine, Per quod concluditur quod litere nulle ſunt ipſo iure. Et ſic poſſunt hic opi. concordari: ⁊ hoc, quando ſecūda gratia emanat prima pendente. Ubi autem emanat prima iam effectualiter executa, dependet ab opi. ſ. poſita. Teneo opi. quod non valeat ſecunda impetratio ipſo iure, propter duplex vitium, vt. ſ. dixi. ſ. propter grauamen: ⁊ hoc non ſufficeret ad annullandū ipſo iure, ſed bene ꝑpter ſurreptionē ex taciturni grauaminis, p hanc decr. qꝛ non eſt intētionis pape eccleſiā grauare de duobus: ⁊ hoc tenendum eſt. ¶ Ultimus caſus, qn̄ duo ſunt pariles in data: proſequitur Io. Cal. hoc non proſequor, quia hoc eſſet plus gloſſare decre. pe. de reſcrip. li. vj. qꝛ iſtud repetentibus eſt relinquendum, ⁊ etiam legentibus ſextum. Audiēris cum hodie per illos de ſexto,

14 ſcꝫ dominum Alanum de Aldinariis, ⁊ do. Stephanum. ¶ † Ex his patet determinatio dubij, ſtante prima gratia in eccleſia, emanat ſecunda totalis iuris collatiua, ⁊ proprio motu abſq̧ alia clauſula: quid erit de his gratijs? Non poſſumus dicere ꝙ ſecunde obſtet ſurreptio, propter proprium motum: videtur tamen qꝺ obſtet grauamen. Aut enim diceremus primā gratiā extingui: ⁊ hoc durum eſt dicere: ⁊ hoc ipſo nō debent valere ſecunde ex defectu intentionis pape ratione preiudicij. Aut dicemus qꝺ prime valebunt, ⁊ expectabunt aliam vacaturam: ⁊ ſic erit eccleſia grauata de duobus eodem inſtanti, contra mentem pape, ex quo nullam clauſulā appoſuit. ¶ Si dicimus qꝺ ſecunde non valent, iam ſequitur abſurdum qꝺ plus poterit vnus ſimplex ordinarius, qui ceſſante affectione poteſt conferre alteri, quā papa, qui nō poteſt alteri cōferre: qꝺ nō eſt dicendū. Quid ergo? remanebit eccleſia de duob⁹ grauata? Dicendum qꝺ aut prima prebenda eſt affecta. de prebend. ſi poſtq̄. li. vj. determinat qꝺ nō valeat collatio. Non video qꝺ multum operetur affectio: quia non eſt intentionis pape ſibimet velle manus ligare. Aut non eſt affecta. Io. An. eligit qꝺ ſi beneficium vacet in curia, valebit iſtius collatio per papam: qꝛ excluditur a literis. de preben. c. ij. li. vj. Si nō vacat in curia, ⁊ confert: ⁊ ſi qua vacat in genere, dicit qꝺ non preiudicat: qꝛ videẗ in genere conferre velle alteri nō debitā. ¶ Si cōfert ſpecifice: ⁊ ad impetrationē nō vꝫ: qꝛ ſurreptitia. Si ꝓprio motu, eſt dubiū. Teneo qꝺ vꝫ: qꝛ ſi ordinarius pōt, fortius papa. Ioā. Cal. dicit qꝺ lꝫ forte curia hoc non admitteret, nihilo minus putat qꝺ non vꝫ collatio ex defectu intētionis pape: quia nō eſt intētio ei⁹ grauare eccleſiā de duobus, ex quo als nō exprimit: ⁊ primus etiā nō dꝫ excludi, ex quo aliter non exprimiẗ. Sꝫ hoc mihi plꝫ de iure, tenēdo quācunq̧ ex opi. hic poſitis, ꝑpter defectū intentionis pape, ex preiudicio alterius etiam in deferendo: ſed ex grauamine an annulleẗ, pendet ex opi. an eſſet intentionis pape ſolū nō grauare de pluribus pendentibus, an de pluribus etiā altera nō pendēte. Nec obſtat ꝙ iſto caſu, ex quo nō ſupponitur affectio, ordinarius poſſet conferre: quia in ordinario nō ceſſat defectus voluntatis, ex quo nō ſcit eccleſiā de aliquo grauatam, ordinarius conferens poteſt, ⁊ velle videtur ſe grauare alteri cōferendo, ⁊ ſibi imputet: ſed in papa ex quo grauauit ꝑ vno, cōferendo ſcꝺo ꝓprio motu, lꝫ ceſſet vitiū ſurreptionis, non ceſſat vitiū grauaminis, ex defectu intentionis. Et hoc plꝫ: ⁊ prima verba videnẗ mihi ꝙ ad literā ponit Io. An. in. d. c. ſi poſtq̄. de preb. li. vj. Si ergo petat ſe recipi de facto, opponeẗ ꝯ collationem exce-

15 ptio grauaminis, ⁊ repelleẗ. ¶ † Quero qd ſi prius impetrās habuit a caplo poſſeſſionē, an ſcꝺs impetrās abſq̧ cl'a pōt beneficiuꝫ cōſequi: vel vbi impetrauit cū cl'a. ſi pro alio. Dic aut caplm hoc fecit in fraudē, modicū dando, vt prim⁹, ⁊ ſcꝺs excludanẗ: ⁊ forte ꝑpter litē redemit primū in data ꝑ modico: ⁊ tunc ſcꝺs poterit obtinere: qꝛ talis titul⁹ habeẗ pro nō titulo, ex quo adhuc acceſſit mala fide. ff. de peti. here. l. nec vllam. ſ. qꝺ ſi qs. Itē ſi primus compulſus, ⁊ fatigatus ſua miſeria ceſſet, vel modicum quid accepit. Aid hoc. ſ. e. c. ſi. Als dicit ꝙ excluderet ſcꝺs, ſm Cōpo. qꝺ credo, qn̄ litere prime nō peccant in ſurreptione. Als quicqd cōtingat de primo, ſcꝺe nō validarenẗ, que ab initio forent nulle. de reg. iur. nō firmaẗ. lib. vj. Hoc ꝑſuppoſito qꝺ litere ſcꝺe ſint nulle: ⁊ etiā no. eſt. ſ. Multa hic tacta ꝑ Cōpo. ſunt ſuperflua: qꝛ dicta poſſent vendicare ſibi locum, vbi eſſet dare validitatem ipſarū literarum: ideo illa ſuccincte recitabo. ¶ Et primo, an aliquo caſu ꝑ negligētiaꝫ primi admittatur ſcꝺs. ſ. quo ad preſentationē. Dic vt in. c. tibi, q. eo.

16 ti. li. vj. ¶ † Secūdo quero, A. impetrans primo preſentauit literas ſuas. Secūdo comparet. B. ſecūdus impetrās, ⁊ ſecūdo p̄ſentat literas ſuas: nūquid dictus. A. cōtra. B. admittatur, vt impediat ipſius receptionem per viam receptionis? Dic ſm Cōpo. diſtinguendo ꝙ aut vterq̧ impetrauit ſuper diuerſo iure, aut ſuper eodē. Primo caſu vterq̧ eſt recipiendus virtute clauſule appoſite, Nō obſtāte ſi, ⁊c. ſm formā. c. pe. ad ſi. eo. ti. li. vj. ⁊ non eſt admittendus, vt impediat receptionem. B. quia ipſius nō intereſt: ⁊ hoc quando eſt receptus. Si aūt nondum eſſet receptus, forte rōne prerogatiue admitteretur: qꝛ forte de more eſt ꝙ primo receptus primo precedat. Ad hoc. ij. q. vj. ſolent. Reſpectu autem prebēde nullo modo audiretur: qꝛ ipſius non intereſt, ſiue ille prius recipiatur ſiue poſt: vt. c. tibi, qui. eo. ti. li. vj. Et predicta procedunt, niſi ſecundus haberet prerogatiuam, iuxta. c. penul. de conceſſio. preben. lib. vj. ¶ Secundo caſu quando ſuper eodem iure: quo caſu capitulū arctatur ſolum ad vnum recipiendum: dicendum, ſcꝺm eum, qꝺ poterit opponere: als ſibi ſcienti pareret preiudicium: arg. l. ſepe. ff. de re iudi. Et ſic poterit aſſiſtere capitulo, docendo de iure ſuo, ſi lo inuito: quo docente de iure ſuo, capitulum abſolueretur ab impetitione ſecundi impetrantis: vt de re iudica. cum ſuper. Subiūgit tamen quod iſto caſu ſecundus impetrans poterit contra primum opponere, vt impugnet ius illius, ⁊ etiam contra perſonam: puta quia erat excōmunicatus tempore impetratiōis, vel alio modo. Tamē ipſe primus impetrans contra ſecundum non admittetur ad impugnādum literas, vel perſonam, ſed ſolum ad docendū de iure ſuo. Et ratio, quia ipſe ſecundus non agit cōtra primū, ſed ſolū cōtra capitulū. Sed exceptio, eſt actionis excluſio: vt in. l. i. ff. de exceptio. ergo, ⁊c. qꝺ nō eſt reſpectu ſecundi impetrantis: tamen ipſe primus impetrās agat ius illius perimere: vnde nimirum ſi admittitur ſecundus ad opponendum ⁊ cōtra perſonam, ⁊ cōtra literas. ¶ Ex his infert quod vbi ſecundus impetrās ſe opponeret contra primū, ipſe primus poſſet opponere tam contra perſonam, quā cōtra literas, ſicut in caſu conuerſo. ¶ Queritur, pone quod capitulum recipit ſecūdum per literas, per quas poterat exceptionē elidere poſt receptionē primi, an ſi ſecundus in prebenda poſt vacante petat ſe admitti, poterit ipſe prim⁹ ſe opponere? Dicit Compoſt. quod ſic: imo ⁊ quilibet alius, qui ante receptionem predictam habuit ius in bn̄ficio, adeo quod poterit opponi de ſurreptione, cū capitulum nō potuerit preiudicare. Ubi autē volens opponere tempore receptionis ius non habebat, licet poſt receptionem ius habere incipiat, tamen non audietur, nec per viam exceptionis, nec replicationis contra literas, cuius authoritate petit, vel defendit beneficiū: cū exceptio bona fuerit, ⁊ ſine ei⁹ preiudicio. Tamē dicit quod poteſt quandoq̧ intereſſe excipientis: vt qꝛ excluſo eo, qui impetrauit literas ſurreptitias, remanet prebenda vacans, ⁊ quia ſecundo preſentanti poterit prouideri. Dicit finaliter Cōpo. qꝺ vbi capitulū literas non approbaſſet, locus nō eſſet

17 ꝑdictis. ¶ † Querit, pone qꝺ ſcꝺs impetrās moleſtat tertiū īpetrātē poſſeſſorē prebēde, aſſerēs illā fore ſibi debitā: terti⁹ opponit de iure primi, cui debeẗ: an ſit audiēdus? Ponit multas opi. Cōpoſ.

MAndatum. Summa vt in alia lectura. In primo ponit dictū. In ſcꝺo ei⁹ rationem. Scꝺa pars ibi: cum ſuper. Lego literā exponendo veram literam mandatum. Hic Cal. inſtituit de verbo Mandatū, in quo differat a precepto, ⁊ econuerſo: ⁊ quomō qn̄q̧ neceſſitat, qn̄q̧ nō. Hoc nō ꝑtinet ad intellectū cap. ⁊ ſpectat ad repetēdas: nō inſiſto. Ad archiepm fuit directū forte vt ad collatorē, vel ad ipm vt ad ipm ſpectabat collatio, vel ad ipm vt ad executorē, ⁊ ſpectabat ad caplm collatio: alias ſi ad ipſum vt epm, ⁊ collatorem fuiſſet directum ſpectante collatione ad caplm, an li-

gaſſet capitulum,hoc tactum fuit.§.c.eam te.⁊ conſecutiue ſtat:⁊
ponit hic Cal.de hac dictione:⁊ dic vt hic p eū.factū hoc ergo re-
cepto ſpectabit ad alium.Et per hoc apparet quod erat executor.
Vel loquitur de receptione facti,que etiam collatione ſpectāte ad
epm ſpectat ad capitulum:vt no.Inn.§.c.eam te.⁊ in fratrem.no.
quod contrahitur hic quedam fraternitas ſpiritualis.De multi-
plici fraternitate,per Io.an.de regn.Ioannes.Et no.qd valent li
tere mandantes prouideri de canonicatu,licet nihil diſponant de
prebenda:quia ſatis cenſentur diſponere tacite de prebenda, cum
hoc iuris ſit,quod canonicus non debet eſſe ſine prebenda.de pre-
ben.relatum.de preben.ſi clericus.lib.vi.eccleſie videtur confrater
nitas,etiam ſi ſit cum eccleſia,niſi ſumatur eccleſia pro canonicis,
⁊ ſic continens pro contento:ſi pro alio hic ſumunt quidam ratio-
ne capituli, quod ex appoſitione huius eccleſie declaretur pape
intentio in gratia minoranda,⁊ ad excluſionem ſecūdi ibidē.Sed
an illa eccleſia proſequatur,non faciebat dubium:quia gratiam ſe
cundi concordabat ex pendentia primi,ſi primus proſequeretur:⁊
tamen annullat eā,ea non pendente:ſed effectualiter aſſecuta pro-
ſequi non tenetur:nec debes,nec potes ſi es executor.Sed ſi fuiſſet
collator,poſſet receptus,cum non eſſet apoſtolicus, ſed receptus
authoritate capituli,vbi fuiſſet receptus ex certa ſcientia,ſecun-
dum ea,que dixi in.c.ad audientiam.§.eod.titu.ad quod de re-
ſcrip.cum aliquibus.lib.vi.Cum ſuper receptionem duorum hoc
caſu reſtringitur per hanc rationem,quando eſt appoſita clauſu-
la minorans gratiam,Si pro alio.Et ſecundum hunc intellectum
nota quod in dubio non intendit papa eccleſiam grauare in duo-
bus,vbi ponit clauſulam inualidātem Si pro alio quod relinqui-
tur,quod nulla clauſula in dubio appoſita intendit papa graua-
re collatorem de duobus.Ex quo ſequitur quod ex mente iuris, ⁊
pape clauſula validans ſecūdas literas in dubio intelligitur.Ex
hoc etiam no.quod clauſula conditionans non eſſe ſecunde litere
ex pendentia prime, non ſolum repellit ſecundam in caſu primo
pendente,ſed etiam ipſam nullam reddit prima effectualiter aſſe-
cuta:⁊ ſic ↄditio inualidans expreſſa in caſu pendente,⁊ ſic in vnū
caſum.ſ.pendentie habetur ex mente tacite pro repetita in caſum
tacitum.ſ.prima iam aſſecuta:⁊ ſic ex leſione⁊ minoratione gratie
in caſum expreſſum tacita arguitur voluntas pape in minorando
in tantum.Ex quo habes quod prouiſio hominis etiam ſtricta in
caſum expreſſum non videtur negata in tacitum,quando ex con-
iectura perpenditur voluntas pariter diſponendi in tacito ſicut
in expreſſo. Et ſic limita.c.nonne.de preſumptio.xxx.diſtinctio.
qualis.Hec omnia procedunt ſecundum vnam lectu.Secunda eſt
lectura,ſecundum quam ratio generaliter vt ſonat, ⁊ ſecundum
ſubaudi aggrauandi,ſcilicet in dubio.quaſi dicat,licet prouiſio ſit
ad excluſionem ſecunde gratie,quia mandatum apoſtolicum in ca
ſum pendentie prime,quod ſecunda excludatur,licet ſic caſus non
ſit promptus:quia caſus omiſſus ſtat in iure communi:⁊ ſic in ta-
cito mentem ſuam papa cenſetur relinquere diſponendam ⁊ regu
landam a limitibus iuris.Ius autem diſponit quod in dubio pa-
pa non intendit eccleſiam de duobus grauare.Igitur primo aſſe-
cuto,ſecundus excluditur ex mente iuris, ⁊ ex mente tacita pape,
qui limites iuris inſpicit.Et ex hoc nota quod non intendit papa
eccleſiam grauare de duobus,ſiue ſcribat prima gratia pendente,
ſiue ea iam effectualiter aſſecuta.Et ſic nota quod in dubio clauſu
la inualidans ſecundas literas, ſubintelligitur ſeu condemnans
ſecundam nullitatem ſecunde ex eſſe prime gratie:⁊ intelligitur o-
mni reſpectu.¶Secundo nota quod in caſu omiſſo hominis, di-
ſpoſitio iuris,vt tacitum velle,⁊ non prouiſum cenſeatur limitare
ad velle.Ad hoc.l.cōmodiſſime.ff.de liber.⁊ poſthu.l.ſi extraneus.
de condi.ob can.cum ſuii.Et ex hoc habes limitationem ad.c.nul
lum.quod prouiſio in vnum caſum,non videtur in tacitum nega-
ta,quando in tacita oppoſitum ab expreſſa reſponderi,iuri repu-
gnat:vel quando in caſu tacito ſubeſt par vel maior ratio reſpon-
dendi,vt reſponſum eſt in expreſſa. Hoc autem declarabitur cla-
rius in proſecutione materie. ¶Ioan. Cald.commentauit hanc
decr.⁊ facit quaſdam pueriles oppoſitiones,quas ſoluent:imo ali
quas,que tangunt medullam,quod tangit vtile,recitabo:de aliis
me non intromittam.¶Aduertatis ergo, vt aperiam vobis in-
tellectum adducendo materiam huius decre.declarando. Debe-
tis ſcire quod in materia curia vſitare conſueuit clauſulas diuerſi
generis.Et magiſtraliter loquendo dico quod quedam eſt clauſu-
la cōualidatiua inter plures expectantes,vt eſt hic. Non obſtante
quod pro alio ſcripſerimus, vel ſcribamus: quando ſcribent ſub
eadem data.Hec autem clauſula validat gratiam,⁊ contra graua
men,⁊ contra ſurreptionem,ſi qua ſurgeret ſurreptio ex primis li-
teris.Quedam eſt clauſula,quam communiter vocamus clauſu-
lam Anteferri,ſub hac forma,Non obſtante quod pro alio ſit ſcri-
ptum,cui te volumus anteferri.Iſta non recitabatur antiquitus,
ſed iure ſexti fuit cognita:vt patet in.c.authoritate Martini.de
conceſ.preben.⁊ in multis aliis locis.Quedam eſt clauſula inuali-
datiua, que inualidat ſecundam gratiam propter eſſe prime.Et
hec duplex.Quandoq; ex forma inualidat ſecundam propter ſo-
lam pendentiam prime.Exemplum in decre.Non obſtante, ſi pro
alio non ſcripſerimus,qui huius gratiam proſequatur.Quando-
q; ſecundam inualidat ex ſolo eſſe prime,⁊ ea aſſecuta: vel non eſt
hoc ſi pro alio non ſcripſerimus.¶Secūdo premitto quod ſuper
hoc puncto an velit papa eandem eccleſiam grauare de duobus,
vel non:ab olim ⁊ hodie ſunt opi.⁊ quidam quod nō:alii quod ſic:
alii mediam viam eligunt,an ſit appoſita clauſula inualidans vel
non:vt infra tangetur.Et quia opin.ſunt diuerſe, neceſſario hec
decre.que videtur quamlibet opin.decidere,variatur in ſuo intelle
ctu.Per cuius declarationem primo opponitur: Lex debet eſſe
de dubitabili.l.quod Labeō.ff.de Carb.edic.⁊ dubium debet fieri
vt propria cadat,⁊ probabilis dubitatio.§.c.cum cōtingat.Alias
dubitans de eo,quod eſt euidens,⁊ eius exequitur cauſam, non eſt
niſi debilitas intellectus,vt dicit Ariſtoteles. Sed quis dubitat
qd ſi papa dat gratiam ſecundam ſub cōditione,ſi pro alio etiam
in illa eccleſia non ſcripſit:quod hec dubitatio puerilis eſt, dubita
tur quod papa non velit prouidere ſecundo.Solu. Imo dubita-
tio fortiſſima erat:nam papa conditionauerat ſecundam gratiā,
eam excludendo ſola pendentia prime:ergo de eius mente videba-
tur tacite quod primo gratiam effectualiter aſſecuto tempore da-
te,vel preſentationis ipſam voluiſſe puram ⁊ validam relinquere:
quia per locum a contrario:quia in vno dictum,in alio videtur ne
gatum:quia prouiſio in vnum caſum,in alium eſt negata.Sed di-
cit gloſſ.non decidentibus eſt oppoſitum:quia ex quo papa inten-
debat gratiam ſecundam minorare,⁊ ſolum ex pendētia prime: ex
hoc oſtendit quod ſue intentionis non erat eccleſiam grauare de
duobus:fortius agendo a mente eius coniecturata intendebat ex-
cludere ſecundam gratiam,prima aſſecuta:q2 iam grauamen erat
perfectum,⁊ effectualiter aſſecutum : vnde ſenſus contrarius ceſ-
ſat contra mentem:in vno dictum,non eſt negatum in tacito, vbi
par,aut maior ſubeſt ratio diſponendi,quam in expreſſo.Ex con-
iectura ergo mentis diſpoſitio expreſſa in vnum caſum extenditur
ad alium caſum tacitum:⁊ hoc ſecundum vnum intellectum: ſecun
dum alium declarabo in tex.Et hoc de primo ſubſtantiali queſito.

1 ☞ Grauamen attribuitur literis monitoriis.
2 Papa quando intendat eccleſiam grauare de duobus.
3 Nos pronomen,reſpicit potius perſonam,quam dignitatem.
4 Operatum attribuitur principio mouenti,⁊ non fini.
5 Eccleſia non grauatur per receptionem factam mandato pape.
6 Eccleſia quando cenſeatur grauata.
7 Papa quando collatorem grauare dicatur.
8 Reſcriptum gratie monitorium tribuit ius perſonale impetrāti.
9 Collatio canonie ſeu receptio in canonicū tribuit ius ad rem.
10 Ius quod queratur recepto in canonicum.
11 Reſcriptum gratie an extinguatur morte pape reſcribentis.
12 Reſcriptum ſub hac forma,Mandamus talem recipi,ſi pro alio ⁊c.an valeat.
13 Beneficium conſecutus authoritate legati an excludatur papa pro alio reſcribente.

LIteris. Eccleſia,in qua primus papa literas
dederit monitorias,ſecundus eius ſuc
ceſſor preceptorias,per primum,non per ſecūdum cen
ſetur fore grauata.h.d. ¶Primo ponit mandatum,
quod exequi iubet.Secundo tollit exceptionem.Tertio exprimit
caſum.Secunda ibi,non obſtante.Tertia ibi:cum factum. ¶No.
quod ſecundum tempora iſta dabantur tria paria literarum, ſc;
monitorie,preceptorie,⁊ executorie.Sepius vidiſtis.§.c.eam te.c.
1 conſtitutus.⁊.c.ex inſinuatione.⁊ hic. ¶†Nota quod grauamen
attribuitur literis monitoriis,non preceptoriis,vel executoriis:⁊
ſic attribuitur literis,a quibus creatur principium iuris agendi:
non autem attribuitur literis illud principium exequentibus:ſi-
cut dicimus in executore exequente ſententiam iudicis: q2 graua-
men dicitur illatum a primo iudicante,dum tamen exequens exe-
quendi modum non excedat:arg.ʃ.de offic.deleg.ſuper queſtionū.
2 ⁊.ʃ.de re iud.quod ad conſultationem.¶†Nota qualiter intelliga
tur quod papa non intendit eccleſiam grauare de duobus:intelli-
gitur,vbi idem in ſubſtantia grauauit:⁊ quando idem vt hō,non
3 qū reſpectu dignitatis tantū.¶†No.quod iſtud pronomen Nos,
reſpicit potius ſubſtantiam perſone,q̄ contemplatur dignitatē:
4 de quo.ʃ.e.ſi gratioſe.lib.vi.¶†Not.qd operatum attribuit prin
cipio mouenti,non fini,etiam qū principiū nō neceſſitat finē ex iu-
ris neceſſitate,ſed ex quadam vrbanitate. ¶Habetis expeditam
5 decre.quo ad textum.Alia hic facio.¶†Opp.qd eccleſia non poſ-
ſet dici grauata:nā eccleſia nō dr grauata per receptionem factam
de mandato legati pape,quo ad hoc vt non preiudicetur patrono:
vt in.c.dilectus.ʃ.de offi.lega.multo minus ſi per papā,a quo etiā
quantumcunq;

6 ꝗtuncūq3 duorum ſupportandum eſt, vt.xix.di.in memoriā. ¶†So. Dicunt quidam qđ eccleſia in hoc grauatur: qꝛ non poterat ſerui re patrono vel parentibus vt prius, nec ſic clericos ſuos benefi ciare vt prius, contra id.lxj.di.nullus. Iſti vadūt hīi diuinando.
7 ¶†Io.An.dicit qđ ꝗtū ad ꝓpoſitū, grauamē dꝛ in eo, qđ papa grauat collatorē, ſiue ſit prelatus, ſiue capitulū, cōferēdo bñficiū3, qđ ſpectat ad illi9 collationē: non autē grauat reſpectu beneficij fu turi, qđ nō confertur, vel ſue collationi non reſeruat: vt in.c.dile ctus. ¶Oppo.etiam glo.contra tex.quod ſecundus actus potius deberet inſpici, quam prim9. Ad quod allegat multa iura: de quo vide plene not.in Mercu.in poſitione priorum ſuper regula, qui prior.de re.iur.lib.vj. ¶Uenio ad glo.hic agitur de virtute litera rum monitoriarum, executoriarum, quibus grauamen ex gratia
8 ſurgens attribuendum ſit. ¶†Oppo. quod nón debuit attribui monitorijs: qꝛ ex eis nullum queritur ius: vt fuit notatū.ſ.eo.con ſtitutus. Sol. Dicit.glo.quod imo queritur aliquod ius, ſaltem of ficium iudicis ad petendam gratie executionem: ꝛ appellatur hoc ius perſonale. Uide de renuntia. veniens. ꝛ de conceſ. preben.li.vj.
9 c.j.†Per receptiónem autem in canonicum queritur ius ad rem.
10 Ita dicit text.de preben.ſi poſtquam.lib.vj. ¶†Quale autem ſit hoc ius, an reale, vel perſonale. Io.And.in.c.mandatum.ſ.e. poſt Compoſt.dicit quod reale eſt ad rem competens. Per collationē autem queritur ius in re: vt in.c.pe.ꝛ fi.de preben.lib.vj. Sed tunc vltra videtur quod grauamen debeat attribui pape hic ſcriben ti: nam ex quo in primis nō erat datus executor, gratia prima nō erat perpetuata, ꝛ ſic morte pape extincta. Si ſic: ergo ſi quid erat datum, fuit ab iſto ſecundo: de reſcrip.cum aliquibus.lib.vj. Po tes dicere quod primo fuerat datus executor, qui mortuus erat, ꝛ gratiam perpetuauerat: poſtea papa hoc dedit ſecundum. Hoc eſt
11 diuinare. ¶†Uel potes dicere quod per mortem gratia nō extin guitur ipſo iure: de teſti.cum veniſſent: ſed bene repelli pōt, ex quo non eſt perpetuata: ideo papa in repellenda exceptione ſolum fati gatur. Remanet ergo habitus prime gratie attributus prio. Sed communiter tenetur, quod gratia extinguatur ipſo iure: de ꝓben. ſi cui.de off.dele.ſi ſuper gratia.li.vj. Dic ergo ꝙ licet ſit nulla, pa pa ex honeſtate illam reſuſcitat: ideo habet quandam neceſſitatem honeſtatis: attribuitur ergo principanti grauamen. Dicit tamen hic Io.And.quod licet hic grauamen attribuatur primo, non di cetur receptus authoritate primi, ſed authoritate ſecundi: de quo
12 in regula, qui prior.lib.vj. ¶†Quid ſi papa ſcribit ſub hac forma Mandamus vt talem recipias, ſi pro alio ſcriptum non eſt ibi au thoritate pape. Dicit glo.ij.quod idem, vt ſi authoritate predeceſ ſoris litere ibi monitorie fuerint, ſecunda gratia ſucceſſoris valeat. Quod placet Io.And.qꝛ aliud eſt dicere, ſi per papam eccleſia nō ſit grauata: quo caſu dignitas notatur. Aliud, ſi per nos: notatur perſona: arg.de reſcriptis.gratioſe.lib.vj.ꝛ quod ibi not. ¶Quid ſi aliquis eſt ibi expectans, vel beneficium conſecutus authoritate legati, an ſi papa ſecundo pro alio ſcribit cum clauſula. Niſi ꝓ alio: valeat huius gratia, an repellatur ex gratia legati. Uidetur quod repellatur: qꝛ legat9 habet poteſtatem a papa: igitur ibi expectās dicitur a papa grauatus. Eadem glo.dicit quod aut primus ob tinet beneficium, vel gratiam authoritate legati generalis: ꝛ non repellitur ſecundus: quia non videtur a papa grauatus. Aut ha bet gratiam mandato ſpeciali pape per legatum: ꝛ tunc videtur grauata eccleſia a papa mandante: ideo repellitur ſecundus: de pre bend.hi, qui.libro ſexto.

1 ☞Reſcriptum, quo mandatur dioceſano prouidere alicui, vbi ꝓ alio non eſt ſcriptum quomodo intelligendum.
2 Papam nolle grauare eccleſiam de duobus, vt intelligatur.
3 Ubi, dictio quandoq3 non denotat locum, ſed perſonam.
4 Executorum duplex eſt ſpecies.
5 Executor ad prouidendum qua clauſula dari ſoleat.
6 Preſentationis tempus attenditur, ad validitatem literarum plurium.
7 Reſcriptum ſecundum ſpeciale derogat primo generali.
8 Reſcriptum generale ꝛ ſpeciale quando ſimul valeant.
9 Prouiſio facta per abbatem mandato epiſcopi, an reuocetur pa pe mandato.
10 Eccleſia ſpectans ad collationem abbatis an poſſit conferri per epiſcopum.
11 Reſcriptum cum clauſula, facias prouideri in aliqua eccleſiarum tue dioceſis, an includat monaſteria ꝛ eccleſias exemptas.
12 Reſcriptum cum clauſula, facias prouideri de prima vacatura, an comprehendat prelaturam.
13 Executoris vel prouiſoris poteſtas que ſit.
14 Mandatum ſpeciale epiſcopi an preferatur mandato pape ge nerali.
15 Literas ſuas an quis cogatur exhibere per iudicem.

1 ABbatem. ¶†Dioceſanus, cui ſcribitur vt in dioceſi ſua, vbi pro alio non eſt ſcriptum, prouideat, vel faciat prouideri, non poteſt id exequi circa beneficium ad collationem ſpectans abba tis iam pro alio grauati.h.d. ¶Et non diuiditur: ꝛ incipe conſtru
2 ctum ibi: cogi iuris ratio. ¶†Nota primo quomodo debeat intel ligi regula, quod non eſt intentionis pape eccleſiam velle grauare de duobus: quia ad excludendum ſufficit identitas collatoris, licet non detur identitas eccleſie: imo procedit, etiam ſi fuit totaliter ſe parata: ꝛ ſic non attenditur grauamen in reditibus eccleſie, vt ali
3 q dixerūt hic: ſed attendiſ in libertate cōferendi. ¶†No.qđ dictio,
4 Ubi, quādoq3 non denotat locum, ſed pſonam. ¶†Not.hic dupli cem ſpeciem executorum: qꝛ quidam ſunt ad compellendū, ꝛ quidā ad ꝓuidendū. Ad cōpellendum cenſentur per hanc formam, Fa cias prouideri. Ad prouidendum per hanc formam, Prouideas. Uide de reſcrip.tibi, qui.lib.vj.ꝛ de conceſ. preben.ſi ſoli.eod. titu.
5 ¶†Nota quod per literas, Facias prouideri: non videtur quis datus executor ad prouidendum, ſed tantum ad compellendum: ꝛ ſic executor ad compellendum non poteſt etiam ſuppoſita negli gentia vel contumacia aſſumere partes executoris ad prouiden
6 dum. ¶†Nota vltimo, quod quo ad validitatem plurium litera rum attenditur tempus preſentationis: nam hic ponderat rece ptionis tempus. ¶Oꝛ expediamus decre.ꝛ facio duo dubia par ua. Ecce, quid ſi ſtantibus terminis decretalis abbas recipit pri mo mandatum epiſcopi antequam pape mandatum eſſet. Se
7 cundo mandatum pape, ꝛ illud primo erat in data. ¶†Dic quod ſecundo receptum preiudicat primo: quia mandatum ſpeciale de
8 rogat generali.ſ.eodem tit.c.j. ¶†Nec obſtat de offic.dele.ex par te quia ibi vtrunq3 erat ſpeciale quo ad mentem, licet quo ad ver ba vnum generale, ꝛ aliud ſpeciale, ꝛ reſpiciebant idem beneficiū3, hic diuerſa: vnde quia circa diuerſa poteſt vtrunq3 valere: vt.j.de
9 dona.cum dilectus ꝛ de verbo.ſig.olim. ¶†Quid ſi iam prouidiſ ſet abbas ad mandatum epiſcopi, antequam pape mādatum fuiſ ſet preſentatum. Dicendum videtur quod non mutabitur: qꝛ qđ legitime eſt factum, ꝛc.de reſti.ſpo.audita de ſi.preſby.ex tua. Sed contra, quia ſi papa ſciuiſſet, vel memor fuiſſet quod pro alio ſcri pſiſſet ad abbatem, ipſum excepiſſet: de offi.dele.ex parte. Hoſtiē. dicit papam conſulendum, qui mandabit primo vel ſecundo pro uideri, ne videatur fruſtratorie impetraſſe. ¶Credo quod non va leat prouiſio: qꝛ ex quo mandatum ſecundum erat generale, exclu debatur a literis generalibus primum ſpeciale: ꝛ ſic apparet pre ſentatis ſecundis, prouiſum de nō debito, maxime ſi non erat clau ſula ſi pro alio ſcriptum non eſt: vel qꝛ etiam ſubintelligitur: igitur prouiſio non valet authoritate illius mandati. ¶Quid ſi primo impetrans nolit ſuas literas oſtendere. Dic quod eſt cogendus per iudicem ad eas aſſignandas: ꝛ ſtatuet terminum, intra quē il las aſſignabit: vt in ſili notaſ.ſ.e.cū cōtingat. ¶Ol.hic examinat duo extrinſeca ad materiā cap. Primo inducendo ad opi.ſuā, an in iure preferendi plures expectantes attendatur tp̄s date, an pre ſentationis. Secūdo tractat de poteſtate executoris. Omitto iſta
10 vt extrinſeca, ꝛ examino.cap. ¶†Opp.ꝙ per reſcriptū ad dioceſa nū directum debuit poſſe conferri eccleſia ſpectās ad collationem abbatis. Nam ex quo abbas habebat plures eccleſias ſub ſe, ꝛ fuit quo ad vnam grauatus tantum, ꝛ fuerit mandatum factum gene rale, vt in aliqua eccleſiarum dioceſis, qua re non comprehenditur vna de eccleſijs ad abbatem ſpectātibus. Ex quo eñi in illa nō fuit grauatus, debeat comprehēdi: grauamē enim non poteſt repelle re ſecundum mandatum, niſi in eccleſia, in qua eſt grauat9 primo: vt probatur.ſ.c.mādatū. ¶Sol. Dic ſecūdum doc.qđ hec fuit cā dubitādi. Ideo aduerte, ꝙ qñq3 beneficia plura ſunt in eadem ec cleſia, ꝛ ſpectantia ad collationem eiuſdem: ꝛ planum qđ hoc caſu ſcđs impetrans in tali eccleſia excluditur, ꝛ in.c.ꝓcedēti, ſi habeat clām, Niſi ꝓ alio. vel ſi ſubintelligiſ. Qñq3 ſcribiſ ꝓ ſecundo: ꝛ cō prehēdi poteſt eccleſia ſpectās ad collationem eiuſdē collatoris: be neficia tamen non ſunt in eadem eccleſia: vt eſt quando ſpectāt plu res capelle extra corpus eccleſie ad collationem abbatis. Et tunc aduerte: Aut iſte capelle ſpectāt ad abbatē, ꝛ ſunt de menſa abba tis: ꝛ tunc planum quod non poteſt per ſecundas grauari. Quādo q3 collatio plurium capellarū extra corpus eccleſie ſpectant ad ab batem, non tamen ſunt de mēſa, ſ3 ſpectant ad eius collationem: et ſecundum veritatem idem eſt, vt non valeant ſecunde, nec per ſecū das poſſit grauari: qꝛ in materia iſta ponderamus plus idētitatē collatoris, ꝗ identitatē eccleſie: ꝛ ſic proprie loquitur hec decre. ad hoc de of.le.preſenti.li.vj. ¶Qñq3 h3 plures eccleſias, ꝛ in aliqui bus h3 ius conferendi, ꝛ in aliquib9 ius patronatus, vel in eiſdem ius patronatus: ꝛ tunc idem dicit Hoſti.quia ex quo ſemel eſt gra uatus in vna, non poſtea litere extēduntur ſcđi, vt ſcđs grauetur. Alleg.de of.leg.dilectus. ¶Compo.cōtra: qꝛ in eccleſia, in qua ha bet nudum ius patronatus, non comprehenditur: qꝛ per hoc non

dicitur grauatus:q2 illud,quod dicitur grauatus quis cẽſetur,vt
non poſſit grauari:procedit in collatione,nõ in preſentatione:imo
collatore grauato,iterato poteſt grauari in eccleſia, in qua habet
ius preſentandi:ꝛ econuerſo. Idem ſi in vtraq; haberet ius preſen
tandi. Et hoc dicit verum,dũmodo executor datus habeat ptãtẽ,
que ponderabitur ex literis. Aut enim habet formam iſtã, Facias
prouideri:ꝛ nõ poſſet compellere,niſi illos,qui ex ſuo iure poſſunt
conferre vel prouidere. Sed ſi habet hanc formam, Prouideas:ſe
cundum eam prouidere poſſet in eccleſia,in qua monaſterium ha/
bet nudum ius patronatus,non obſtante clauſula, Niſi ꝑ alio ꝛc.
11 ¶ † Quero ſecundo,an in hoc mandato, Facias prouideri in ali/
qua eccleſiarum tue diocefis:includatur monaſterium exemptuꝫ.
et eccleſie monaſterij exempti. Uin.quod non. Allegat de offic.or/
di.graue. Secus dicit,ſi eccleſie non eſſent exempte, monaſterium
eſſet exemptum:de priui.ex ore. ¶ Compo.dicit,ꝛ bene,quod pro/
cedit,quãdo papa ſcribit excitando officium ordinarij : ideo illud
mandatum,vt limitatum ad limites poteſtatis ordinarie non ex/
tenditur vltra limites poteſtatis ordinarie. ¶ Sed ſi ſcribat ei,
vel alteri executori ſuper prouiſione facienda,non vidit quare nõ
comprehendantur eccleſie exempte. Idem Pe. Ioan. And.remit
tit de exceſ.prelat.frequens.verſi.preterea.in cle.ꝛ quod dicit poſt
Archi.de reſcriptis ſi propter tua debita poſt prin.lib.vi.per illa
videtur quod comprehendatur:quia mandando prouideri in ali/
qua eccleſiarum in dioceſi,comprehenditur exempta : quia eſt in
dioceſi,licet non ſit de dioceſi. Et ſic videntur dicere illa iura:ꝛ di/
cit hic Abbas. Secus ſi mandaret prouideri in aliqua eccleſiaruꝫ
ſibi ſubiectarum:vt no.gl.in dicto.c.frequens in ver.preterea.ſu/
12 per gloſſ. pe. † Pro cuius quidem principij expeditione queritur
an per hanc formam poſſit prouideri in aliqua prelatura. Glo.de/
terminat quod non,per.c.fina.de preben.niſi hoc exprimatur in li
teris. An autem iſto caſu poterat prouideri in eccleſia cathedrali:
Dic quod non.vt habetur in.c.quamuis.ij.reſpon.de preb.lib.vi.
13 ¶ † Uenio ad poteſtatem executoris. Hic tãgitur duplex forma.
Una, Facias prouideri:ꝛ per hanc tantum videtur datus execu/
tor. Secunda, Prouideas,ꝛ videtur datus prouiſor. An per pri/
mam formam poſſet prouidere,vel excommunicare. Pe.glo.dicit
quod poteſt excommunicare,ſed non poteſt prouidere , conferen/
do,vel inſtituendo:quia non eſt datus executor ad prouidendum.
Idem dicit gloſ. quod non poſſit in poſſeſſionem mittere. Nec ob/
ſtat decr.pro illorũ. quia intelligenda eſt:vt ibi no. Sed per formã
iſtam, Prouideas,ꝛc.poterit excõmunicare,in poſſeſſionem mit/
tere,ꝛ conferre. Et ſic he forme differunt. De hac plenius dicam.ſ.
de preben.pro illorum. Nota tamen glo.iſtam , que eſt bona. Ulti/
mo gl.prima inducit decre.ad.q.quod in pluribus expectantibus
attenditur tẽpus preſentationis. Quod patet:quia papa hic pon
derat quod prius mandatum recepit:per quod apparet quod ſe/
cundo in data prouidere debuiſſet , dummodo mandatum primi
non recepiſſet. Hoc non placet Hoſtien . quia dicit quod attendi/
tur data,ꝛ non preſentatio. Quod probat per ſtylum curie. Non
obſtante ſi pro alio ſcripſerimus , cui volumus per hoc preiudi/
cium,ꝛc. Nec ſi dicat quod attenditur tempus ſcripture, vt ille ſit
potior,pro quo prius eſt ſcriptum,licet poſt preſentet. Fatetur ta/
men quod ſi primo impetrans fuerit negligens in proſequendo,
quod vſq; ad annum valebunt,poſtea ſecunde,ex quo nihil oppo/
nit,ꝛ patitur illum ius ſuum proſequi. De hoc dic : vt dixi ſupra
14 eodem.c. ¶ † Quid ſi ſtantibus terminis decre.abbas recepit pri
mo ad mandatum epiſcopi,ſecundo ad mandum pape,ꝛ ille prius
erat in data. Dic quod preualebit primus:quia habebat manda/
tum ſpeciale:ꝛ ſpeciale derogat generali.ſupra eodem.c.i. Nec ob/
ſtat de offic . delega.ex parte.quia ibi vtrunq; erat ſpeciale quo
ad mentem,licet quo ad verba vnum generale,ꝛ aliud ſpeciale : et
reſpiciebat idem beneficium,hic diuerſa. Quid ſi iam prouidiſſet
abbas ad mandatum epiſcopi,antequam pape mandatum fuiſſet
preſentatum. Dic,videtur quod non mutabitur quod legitime eſt
factum:de reſti.ſpo.audita.de ſi.preſby.ex tue. Sed quid ſi papa ſci
uiſſet,vel memor fuiſſet quod pro alio ſcripſiſſet ad abbatem,ipſuꝫ
excepiſſet beneficium:de offic.deleg.ex parte.dicit papam conſule
re,qui primo mandabit,vel ſecundo prouideri,ne videatur fruſtra
tozie impetraſſe. Credo quod non valeat prouiſio:quia ex quo mã
datum ſecundum erat generale , excludebatur a literis generali/
bus: primum ſpeciale.ꝛ ſic apparet preſentatis ſecundis prouiſuꝫ
de nos debito,maxime ſi erat clauſula , Si pro alio ſcriptum non
eſt.vel quia etiam ſubintelligitur:ꝛ ſic prouiſio non valet autori/
15 tate illius mandati. ¶ † Quid ſi primo impetrans nolit ſuas lite/
ras oſtendere:Dic quod eſt cogendus per iudicem ad eas aſſignã
das:vt in ſimili notatur.ſ.in.c.cum contingat. Ant.de Butrio.

1 ☞ Excommunicatio qua via petatur annullari.
2 Excommunicationis querela fundatur quandoq; contra parteꝫ,
vel iudicem.
3 Reſcriptum quo excommunicatori remittitur abſoluendus, nul/
lam tribuit iuriſdictionem.
4 Excõicatus põt in illis impetrare,in quibus põt eſſe in iudicio.
5 Sententia cenſure quando reddatur nulla.
6 Sententia lata contra ius ſolennitatem inducens an valeat.
7 Sententia lata contra ius quando valeat.
8 Snla lata cõtra ius de modo ꝛ forma cauſe diſponens , an valeat.
9 Abſolui ſimpliciter petens,fatetur ſe ligatum.
10 Reſcripta ad lites quando tribuant iuriſdictionem.
11 Sententia cenſure iniuſta non tranſit in rem iudicatam.
12 Iudex delegatus tanquam executor poteſt dari ordinario.
13 Iudex delegatus dicitur executor.
14 Reſcriptum quo cauſa remittitur primo cognoſcenti , an det co/
gnitionem.
Acta in vno iudicio faciunt fidem in alia inſtantia inter eaſdem
perſonas.
15 Snlam,que non tranſit in rem iudicatã an poſſit iudex reuocare.
16 Sciẽtia facti proprij preſumit,ꝛ ſic error non cadit in facto ꝓprio.
17 Cauſa non eſt committenda ei,qui ſemel grauauit.
Notorium dicitur iudici,quod ſibi iudicialiter conſtat.
18 Deferri dicitur inferiori quod reſidet in poteſtate ſuperioris.
19 Surrogat⁹ qñ nõ ſapit naturã eius,in cuius locũ fuit ſurrogat⁹.
20 Sententia cenſure an reuocari poſſit tanquam nulla.
21 Sententia,in qua due cauſe exprimuntur , non vitiatur vbi error
concernit cauſas ſeparatas.
22 Sentẽtia in qua vna tantũ cauſa falſa exprimit nõ iuuatur alijs.
23 Snla,in qua exprimitur vna cauſa vera,ꝛ altera falſa,an valeat.
24 Sententia quando poſſit nullitate impugnari.
25 Sententie quo iure poſſint tanquam nulle retractari.
26 Remiſſio ad abſoluendum an fiat iudici a quo ex neceſſitate.
27 Suſpicio non poteſt allegari:ꝛ opponi contra nudum executoreꝫ.
28 Iudex ad quem an debeat adiri via querele,vel reſtitutionis.
Querela quomodo infunditur contra ordinarium.
29 Papa iudex dicitur immediate inter oẽs ſuos ſibi ſubditos.
30 Remiſſio quo caſu fiat iudici ex neceſſitate.
31 Querela quomodo dicatur infuſa contra ſubdelegatum.
32 Abſolutio excommunicationis cuius ſit nature.
33 Tranſactio,ꝛ contractus reſolutio,cuius ſit nature.
34 Remiſſionem iudici a quo factam que cauſe impellant.
35 Excommunicatoris officium ex tribus conſiſtit.
36 Iudicis partes que ſint circa excommunicationem.40.
37 Dubium in facto proprio vel alieno quando ſit tolerabilis.
38 Ignorantia,ſiue error,an in facto proprio,vel alieno toleretur.
39 Ignoratia,ſeu error an ſit tolerabilis in facto miſto.
41 Excommunicatoris que ſint partes circa abſolutionem.
42 Abſolutoris partes que ſint ab ipſa excõcatione circa medium.
43 Abſolutoris partes que ſint circa tempus abſoluendi.
44 Mora non poteſt purgari,vbi executio eſt iam facta.
45 Excommunicatoris que ſint partes circa negotium principale.
46 Adiuncti poteſtas que ſit in abſoluendo ab excommunicatione.
47 Iudex delegatus poteſt a mandati ſui forma recedere.
48 Adiuncti que ſint partes circa excommunicationis cauſam.
49 Adiuncti que ſint partes circa ipſam excommunicationem.
50 Excõmunicatus an cogi poſſit ad abſolutionem.
51 Adiuncti excõicatoris,que ſint partes circa negotium principale.
52 Iudex competens dr ſuperior in oĩbus caſibus per viam querele.
53 Delegatus poteſt quandocunq; per delegantem reuocari.
Abſolutio cõtra partem cõtradicentẽ,ꝛ appellantem,non valet.
54 Abſolutio parte nondũ appellante valet,ꝗ̃q; poſt appellet.
Abſolutio eſt eiuſdem nature,cuius eſt condemnatio.
55 Excommunicator qñ cognoſcere poſſit de negotio principali.
56 Iuramentum an ſit de ſubſtantia abſolutionis ab excõicatione.
57 Excommunicatori qualiter deuoluatur poteſtas.
58 Adiuncti poſſunt ſtatuere excõicatori terminũ ad abſoluendum.
59 Adiunctus poteſtatem abſoluendi habet ſine principali.
60 Iudex ordinarius abſoluere põt ante adiũcti pronuntiationem.
61 Adiuncti an poſſint abſoluere ante lapſum termini.
62 Error in facto proprio an ſit tolerabilis.
63 Scientia quando preſumatur in facto alieno.
64 Excommunicatus iniuſte non auditur,niſi petat abſolui.
65 Iudex delegatus cum clauſula. Et decidas quicquid remanſerit
queſtionis,poteſt cognoſcere de cauſa principali.
66 Iudex delegatus quando poſſit de principali cognoſcere.
67 Adiuncti non habent cognoſcere de principali,ſed ſuperior.

AB excõicato. ¶ Decretalis hec breuis eſt,ꝛ hꝫ materiã vtilem:ꝛ
ab olim cõmẽtata fuit ꝑ bone memorie Jo.de Cald. ꝑ
1 cui⁹ euidẽtia premitto ꝗ q̃q; ſubiecti cõqueruntur
de excõicacione via querele ꝛ delata coram ſuperiore. ¶ Quandoq;
que via nullitatis.de ſent.excom.per tuas.de offi.dele.cum contin
gat.

ſtat.de offic.ordi.ad reprimendam.de ſenten.excommuni.ſolet.lib.
2 vi.¶ Quandoq; per viam appellationis:vt de ſenten.excommu-
re.inſti.in totum.ff.de admini.tuto.l.ſine herede.§.Lucius. Nam
ſi tractatur de onere,inſpicitur locus,vbi ſita eſt res.C.de predi.
mi.l.iij.⁊ vltima.lib.xi. Unde ſi litigatur Rauenne vſq; ad quam
altitudinem debeat edificari,inſpicitur ille locus:⁊ Bononie cõſi
derabitur locus Bononie.ſecundum Compoſt. An autem atten
datur altitudo loci domicilij,an loci teſtamenti. Uide in Spec.de
ſenten.prola.§.quid ergo.verſ.item ſane.⁊ de his in Spe.de ſerijs.
§.j.per Inno.⁊ plene per Barto.⁊ alios in.l.j.de ſum.trini.⁊.l.j.C.
15 de eman.li.¶ †Tractat tertio quid de delegato,an in ipſo ad iudi
candum attendatur locus delegantis:⁊ quis debeat attendi,glo.
tangit.j.diſt.conſuetudine.xij.diſt.illud.vbi plene per Jo.Com
po.hic multas recitat opi.dicit nullam fore differentiam inter de
legatum,⁊ ordinarium:ſed debet attẽdere aut locum litigantium,
vel contractus,aut locum iudicij,cum delegatur ſecundum diſtin
ctionem ſupra poſitam:locum autem delegantis non. Nec obſtat,
delegatum fungi vice delegantis:quia illud verum quo ad autho
ritatem,non quo ad conſuetudinem. Nam ipſe delegans non ſuã,
ſed loci,vbi mandat ſeruari conſuetudinem:de eo,qui mit.in poſ
16 ſeſſio.cum veniſſent.de in integ.reſtitu.conſtitutus. ¶ †Tractat
quarto vbi citius habemus recurſum,an ad cõſuetudinem,an ad
ius,an ad ſimile iuris. Dic primo attendendam conſuetudinem
loci,caſtri,vel ville.C.communia predi.vel venditor.§.ſi conſtat.
C.que ſit long.conſue.l.j.ff.de adminiſt.tuto.l.ſine here.§.Lucius,
⁊ in.§.conſtitutus. Si in loco non inuenitur,attenditur conſue
tudo dioceſis:de offi.archi.c.fi. Tertio,conſuetudo prouincie:vt
d.l.teſtamentum. Quarto cõſuetudo regni,vel vicinarum prouin
ciarum:infra.c.cum olim.de cenſi.ſuper eod.ff.de vſuris.l.prima.
Quinto conſuetudo Romana.ff.de legi.l.de quibus.xi.diſtin.ca.
17 fina.¶ †Tractat vltimo an propter conſuetudinem liceat venire

contra preceptum,ſicut contra ius. Si tale eſt preceptum,quod ex
conſuetudine appoſita non nutrit peccatum:⁊ poterit contra pre
ceptum,ſicut contra ius,ita contra conſuetudinem contrariam ſi
li,quam contra preceptum contrauenire,vel alteri de eius autho
ritate. Unde dicebat Pet.infra.c.fina.quod conſuetudo non poſ
ſet facere quod cum ſponſa fratris poſſit quis cõtrahere,propter
perpetuam prohibitionis cauſam,que ineſt. Et vide qđ not.infra
de treug.⁊ pa.c.j.in fin.de tempo.ordi.c.penulti.in glo.tuo iure.de
offi.ordi.inter cetera.in verbo Precipimus. Et vide quod dixi de
conſti.nam concupiſcentiam.

1 ☞ Conſuetudo inducens eccleſijs grauamen non valet.
2 Conſuetudo contra eccleſiam quare non valeat.c.
Lex dicitur in ſacerdotibus conſiſtere.
3 Conſuetudo quare annulletur quandoq;.
4 Conſuetudinem cõtra eccleſiarum libertatem tollere quis poſſit.
5 Conſuetudinem clericos grauantem tollere quis valeat.

Conſuetudines. ¶ Non ſummatur. Mutatis verbis di
1 cit:†Conſuetudo,que inducit grauamen eccleſije,vt
2 irrationabilis non valet.h.d.¶ †Not.quod conſuetu
dines contra eccleſias non valent. Et eſt ratio:quia non eſt ratio
nabilis reſpectu finis legis,cuius finis eſt nutrire publicam vtili
tatem,que conſiſtit in ſacris ſacerdotibus. Item non conuenit re
ligioni.j.diſtin.conſuetudo. Eſt enim conſuetudo intantum vali
da,inquantum dato diſcuſſu rationum conueniat religioni,⁊ diſci
pline,⁊ beatitudini:alias inquantum obuiat,irrationabilis eſt.
3 ¶ †Not.quod non ſolum annullant cõſuetudines,que detrahunt
circa priuilegia eccleſijs cõceſſa,ſed etiam que aliquod grauamen
illis inferant:quod late cõcernit etiam grauamina,que reſpiciunt
competentia de iure communi,contra Bar.in.l.omnes populi.ff.
4 de iuſti.⁊ iure.¶ †Nota quod ad iudicem eccleſiaſticum pertinet
tollere cõſuetudinem contra libertatẽ eccleſiarum. Ad eum ergo
fortius declarare conſuetudinem,vel ius,que reſtricte poſſunt in
5 telligi,quod non obuianit.no.de immu.eccle.c.fi.¶ †Quid ſi gra
uent clericos? Dic quod idem.de iudi.at ſi clerici. Idem puto qđ
ſicut non poteſt collectari clericus in bonis eccleſiaſticis,ita nec
collectari poſſit in bonis patrimonialibus:quia gaudent eodem
6 priuilegio.de pigno.ex literis.¶ †Querit gl.quare non valet con
ſuetudo. Reſpondit,⁊ clara eſt,quia irrationabilis eſt,obuians
bono principio,quod conſiſtit in ſacris.j.diſt.ius.

1 ☞ Conſuetudo nulla eſt,que eccleſijs grauamen inducit.2.
3 Conſuetudinem eccleſias grauantem quis tollere poſſit.
4 Conſuetudo grauans clericos quo ad patrimonia non valet.
5 Collectari an poſſint clerici per laicos pro eorum patrimonio.

Conſuetudines. ¶ Non ſummatur. Mutatis verbis.h.
1 d.†Conſuetudo grauamen eccleſije inducens,vt irra
tionabilis non valet.hoc dicit.⁊ commode diuidi non
2 poteſt.¶ †Not.quod conſuetudines eccleſias grauantes,vt irra
tionabiles non valent. Et pondera:quia litera dicit quod genera
liter grauantes. Non ſolum ergo annullantur,quando diſponunt
contra priuilegia eccleſiaſtica,vt ſentit Barto.in.l.j.C.de ſumma
trinitate.ſed etiam quando in aliquo grauant,⁊ ſic tollunt aliquid
3 vel minuunt de iure competenti eccleſie.¶ †No.quod ad officium
iudicis eccleſiaſtici ſpectat reuocare conſuetudines eccleſias gra
uantes. Et pro tanto dicit Joannes Andreas in capitu.fin.libro
ſexto.de immu.eccle.quod ſi ſtatutum aliquod eſt factum,quod ge
neraliter intimum poſſet comprehendere clericos,vel eccleſias,po
teſt ſuperior agere contra ſtatuentes,vt declarent clericos,vel ec
4 cleſias non comprehendi.¶ †Quero,quid ſi conſuetudo non gra
uat eccleſias,ſed clericos quo ad patrimonialia clericorum,an ha
beat locum diſpoſitio capituli. Doct.dicunt quod ſic:quia res cle
ricorum gaudent eodem priuilegio,quo res eccleſiarum:vt nota
5 j.de pignoribus ex literis.in gloſ.pro tanto.†Alias de facto dixi
quod ſicut per laicos non poſſunt eccleſie res collectari,ſic nec pa
trimonialia clericorum,quã reperiuntur incorporata in bonis cleri
corum tempore collecte imponende. Gl.j.ibi:debet eſſe rationabi
lis:⁊ de formalitate conſuetudinis eſt quod congruat vtilitati pu
blice,⁊ fini eterno.j.diſt.cõſuetudo,⁊ ibi tex.notabilis,quem omni
no vide modo:ſed quando eſt grauoſa eccleſie,tunc repugnat fini
eterno:ergo ⁊ cetera. Antonius de Butrio.

1 ☞ Conſuetudo valet,qua dominia rerum transferuntur ad ec
cleſiam.
2 Poſſeſſio quando legitime dicatur acquiſita.
3 Poſſeſſio ficta poteſt transferri ex actibus certis a iure determi

natis.
4 Dominium rei non dicitur tranſlatum ſine traditione.
5 Diſpoſitionum hominum viuentium due ſunt ſpecies.
6 Contractus vel quaſi, ex quibus in dubio preſumatur.
7 Uoluntatis vltime cauſa in dubio preſumitur geſtum in infirmitate.
8 Donationes facte eccleſijs proficiunt ad peccatorū remiſſionem.
9 Teſtis quando debeat deponere per vtrunqꝫ ſenſum.
10 Teſtimonium de auditu proprio ⁊ non alterius quando valeat.
11 Diſpoſitio ad pias cauſas valet cum duobus teſtibus.
12 Signum ſeparatum a traditione quando inducat tranſlationem.
13 Diſpoſitio quando potius applicetur contractui, quam legato.
14 Contractus an poſſit fieri in vltima voluntate.
15 Teſtis deponens de auditu auditus non probat.
16 Teſtis deponens de auditu alterius quando probet.
17 Teſtis qualiter deponat ſuper actu, qui ſolo viſu percipitur.
18 Teſtis qualiter deponat ſuper actu apprehenſibili ſenſu duplici.
19 Poſſeſſio an poſſit transferri in eccleſiam abſqꝫ traditione.
20 Poſſeſſio ex quibus actibus poſſit transferri.
21 Inueſtitura an ⁊ quando poſſeſſionem rei transferat.
22 Annulus ſignificat matrimonium.
23 Inſtrumentorum reſtitutio eſt ſignum renuntiationis.
24 Pignoris reſtitutio non inducit renuntiationem actionis.
25 Inſtrumenti donationis reſtitutio an inducat renuntiationem.
26 Clauium traditio eſt ſignum poſſeſſionis tranſlate.
27 Depoſita res vendi poteſt ipſi depoſitario.
28 Poſſeſſio tranſlata per precarium an videatur tranſlata per poſſidentem nomine alieno.
29 Precarij conſtitutio transfert poſſeſſionem abſqꝫ apprehenſione.
30 Emptores duo ſi ſint eiuſdem rei, vter preferetur.
31 Publiciana non transfertur in eccleſiam a non poſſidente.
32 Publiciana an tranſeat in eccleſiam eo titulo, quo rei vendicatio.
33 Uſucapiendi conditio non transfertur ſine poſſeſſione.
34 Poſſeſſio non transfertur in eccleſiam ſine actu vero vel ficto.

1 **Ex literis.** ¶ † Ualet conſuetudo, per quam
ſine ſolennitate legali dominia re-
rum, ⁊ ipſarum poſſeſſio, ad eccleſiam transferuntur.
hoc dicit. In prima conſultatio. In ſecunda manda-
2 tum, ibi: diſcretioni veſtre. ¶ † Pro euidentia premitte quod ad
acquirendam poſſeſſionem, regulariter requiratur animus, ⁊ cor-
pus: hoc eſt, quod interueniat actualis traditio rei: de conceſſione
3 prebende. cum noſtris. facit. l. iij. in princip. ff. de acqui. poſ. † Sunt
tamen a iure quidam actus terminati, qui vocantur actus ficti, ex
quibus transfertur artificialiter poſſeſſio: ⁊ de his videbitur in gl.
4 ¶ † Item premitto quod regulariter dominium non transfertur
ſine traditione, ⁊ ſine titulo: vt. l. traditionem. C. de pactis. Fallit in
eccleſia, vbi ſufficit titulus: vt. l. fin. C. de ſacroſanctis eccleſi. Hoc
5 preſuppoſito, ponam caſum. ¶ † Not. duas ſpecies hominum di-
ſpoſitionum: quia quedam in vltima voluntate, quedam inter vi-
6 uos. ¶ † Et not. argu. quod in dubio quod fit inter viuos, ⁊ in bona
7 valetudine, preſumitur contractus, vel quaſi: † quod autem geri-
tur in infirmitate, preſumitur geſtum cauſa vltime voluntatis con-
dende, vel cauſa mortis. Uide. j. de ſepulturis. c. de his. ⁊ ele. j. eod.
8 titulo ⁊ l. Titia. §. fin. ff. de dona. cauſa mor. ¶ † Nota quod dona-
tiones, que fiunt eccleſijs, proficiunt ad redemptiones peccatorū.
9 ¶ † Nota quod in actu perceptibili duplici ſenſu teſtis debet de-
ponere per vtrunqꝫ ſenſum. Hoc probat tex. ibi: videntium ⁊ au-
10 dientium. ¶ † Not. quod quandocunqꝫ res eſt incorporalis, ⁊ per-
ceptibilis auditu, valet teſtimonium de auditu proprio, non alte-
11 rius. j. de teſti. veniens. ⁊. c. cum cauſam. ¶ † Nota in actibus vlti-
me voluntatis ad pias cauſas, valet diſpoſitio cum duobus teſti-
bus, abſqꝫ alia ſolennitate legali. Uide. j. de teſta. cum eſſes. ⁊. c. re-
12 latum. ¶ † Not. quod ſignum omnino ſeparatum a traditione poſ-
ſeſſionis rei, ſi precedentis conſuetudinis deſtinatione determina-
tur vt ſignum tradite vel tradende poſſeſſionis, inducit tranſla-
13 tionem poſſeſſionis, ⁊ perficit dominium. ¶ † Nota quod vbi in
actu vltime voluntatis quis venit ad actum traditionis, diſpoſi-
tio illa potius applicatur ad contractum, quam ad legatum.
14 ¶ † An autem contractus poſſit celebrari in vltima voluntate: vi
de not. in. l. heredes palam. ad fi. ff. de teſta. Declaremus ordine con
15 ſueto. ¶ † Declaro primo quedam textualia: ⁊ oppo. quod non cre
datur teſtimonio de auditu. ff. de proba. ſi arbiter. de teſti. quoties.
⁊. c. licet. ¶ Dic quod teſtimonio de auditu auditus non creditur:
ſed teſtimonio de auditu proprio bene creditur. quaſi dicant doct.
teſtimonio de proprio auditu creditur: ſed teſtimonio de auditu
ab illo, qui ſuo ſenſu cepit, non creditur: quia per proprium ⁊ im-
mediatum ſenſum debet deponere teſtis, non per ſenſum media-
16 tum alterius. † Unde dicunt docto. hic, quod quidam ſunt actus
incorporales, ⁊ inuiſibiles, qui ſenſu viſus apprehēdi non poſſunt,
ſed ſenſu auditus: vt audire confeſſionem, vel audire verba dona-
tionis, vel legati, vel contractus: ⁊ in talibus valet teſtimonium de
auditu. Et dicunt docto: hoc in tantum verum, quod ſufficeret ſine
viſu tunc ſolus ſenſus auditus, dummodo voces forent note. De
quo vide de teſti. cum cauſam. ⁊. c. preterea. ſuper vltima gloſſ. Ad
quod vide not. in. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. ⁊ in. l. in ſententia. §. La-
17 beo. ff. de aqua. plu. arcen. ¶ † Quidam ſunt actus, qui ſolo capiū-
tur viſu: ⁊ debet teſtificari de ſenſu viſus. Si tamen alteraret ſen-
ſum, vt quia diceret in actu capeſcibili ſenſu auditus, Scio, quia
vidi: adhuc probaret: quia vidit large ille, qui audiuit viſu menta-
li: vt in illo Uoces videbant, id eſt, audiebant: in Exodo. Ad hoc
iij. q. 6. ix. c. teſtes. ⁊. c. quod duo. Ad hoc quod not. in. l. j. ff. de oper.
no. nuntia. ⁊ quia ſaltem deponit de preſentia: ⁊ hoc ſufficit, ſi di-
cat, Scio, quia preſens fui. Ad hoc de teſti. cogendis. peruenit. ⁊
quod not. de teſti. preſentium. libr. vi. Uber. in. l. j. in fi. ff. de author.
tuto. ¶ Idem econuerſo, ſi in re capeſcibili viſu teſtificaretur per
auditum, dummodo ſenſus omnino nō eſſet improportionabilis.
18 ¶ † Quedam ſunt apprehenſibilia duplici ſenſu: ⁊ cantum eſt quod
cauſam teſtimonij reddat per vtrunqꝫ ſenſum, vt ibi: videntium, ⁊
iſte audientium. Nam, vt dicit Inn. faciebant actū ſtatuitionis: et
actus repreſentabatur viſui teſtis: ⁊ faciebant verba dicēdo, Ego
talis dono talem rem pro remedio anime mee: ſecundum Innocē.
Puto tamen quod ſufficit, ſi reddat cauſam ſolo ſenſu altero: vt
19 dicit notabiliter tex. de ſucceſ. ab inteſta. c. fina. ¶ † Uenio ad glo. ⁊
oppo. quod non valuerit per hunc actum transferri poſſeſſio, nec
dominium in eccleſiam: quia certi ſunt actus, in quibus poſſeſſio
transfertur, inter quos non numeratur hic actus: ergo poſſeſſio
non transfertur. Actus autem numerat glo. ¶ Preterea regula
eſt, quod ad traditionem poſſeſſionis exigitur animus, ⁊ corpora-
lis apprehenſio rei: hic actus non proportionatur corporali appre-
henſioni rei: ergo. Patet in. l. j. ff. de acquiren. poſ. ⁊. l. quemadmo-
dum. eo. titu. de conceſſione prebende. cum noſtris. cum ſimilibus.
¶ Solu. Dicit gloſ. j. que voluit ſoluere: verum eſt quod ad perfi-
ciendam donationem, ⁊ transferendam poſſeſſionem, exigitur ani-
mus, ⁊ corpus, ⁊ certa ſolennitas legalis: ſed talis ſolennitas non
ligat in actibus pijs: quia ſufficit quod pateat de voluntate tra-
dentis, vel donare volentis, vt perficiatur. Hinc eſt quod in his,
que relinquuntur, non exigitur ſolennitas teſtamenti. Hinc eſt quod
alia ſpecialitas in eccleſia reperitur: quia licet dominium nō que-
ratur ſine poſſeſſione, nunc tamen acquirit dominium abſqꝫ poſ-
ſeſſione in eccleſia. l. fin. C. de ſacroſanctis eccleſijs. ¶ Not. quod ſi-
cut in actibus teſtamenti ad pias cauſas non exigitur ſolennitas
legalis, ita in actu inter viuos. Sed ſecūdum veritatem, vt ſtatim
patebit, puto quod nulla ſit ſpecialitas in eccleſia quo ad iſtum ca
ſum: quod apparebit infra. Ideo dic quod regulariter non tranſ-
fertur poſſeſſio, niſi intercedant duo, animus, ⁊ corpus: ⁊ regula-
riter non transfertur dominium abſqꝫ traditione habili alias ad
20 transferendam poſſeſſionem. ¶ † Sed eſt ſciendum quod quidam
ſunt actus ficti deſtinati a iure pro ſigno tradite poſſeſſionis: ⁊ ta-
les transferunt ipſas. Uidebimus in glo. Quidam autem actus
determinantur a conſuetudine, tanquam ſigna transferende poſ-
ſeſſionis: ⁊ tales adhuc transferunt. Et hoc eſt, quod vult notabi-
liter hec decre. Et quod operatur ius in determinando actum fi-
ctum ad ſignum transferende poſſeſſionis, illud operatur conſue-
tudo, maxime in rebus tradendis eccleſijs. Unde poſſet conſuetu-
do alios actus originare vltra ius, tanquam ſignum transferende
poſſeſſionis. Quod forte ita clare non eſt alibi. Unde hic nulla re-
peritur ſpecialitas in eccleſia, nec in trāſferendo dominio, nec poſ-
ſeſſione: quia poſſeſſio per actum fictum ex conſuetudine determi-
natum transfertur, ⁊ ipſa tranſlata, transfertur dominium. Actus
autem a iure determinatos numerat gloſſa primum inueſtitura:
nam annulus, ⁊ biretum, eſt ſignum inueſtiture: ⁊ hac inueſtitura
transfertur poſſeſſio. infra de donatio. per tuas. Nota gloſſ. quod
per inueſtituram transfertur poſſeſſio: contra not. glo. in dicto ca-
pitulo. per tuas. de prebend. pro illorum. ⁊ de prebend. accedens.
vide glo. de inſtitu. authoritate. Innocen. tangit de reſtitutio. ſpo-
lia. in literis. ⁊ capitu. cum ſuper. ⁊ Dynus in regula prima de re-
21 gulis iuris. libro ſexto. ¶ † Dic quod quandoqꝫ fit inueſtitura
ante ius tranſlatum: ⁊ ſatis fatigatur in iure transferendo: ⁊ non
transfertur poſſeſſio. Glo. de inſtitu. capitu. authoritate. Quod eſt
verum, niſi conſuetudo determinaret inueſtituram pro trāſlatio-
ne poſſeſſionis, ⁊ iuris, vt aliquando fit. Quandoqꝫ fit inueſtitura
poſt iam trāſlatum ius totale: ⁊ tunc aut poſſeſſio non eſt vacans:
⁊ non transfertur poſſeſſio: quia oportet prius tenentem priuari
poſſeſſione. Et hic eſt modus eum priuandi per ſolam inueſtiturā
alterius: quia per hoc non ſuſpicatur ſe poſſe repelli, niſi forte hic
actus fieret cum cauſe cognitione, ⁊ animo transferende poſſeſſio-
nis: vt. l. qui vniuerſas. §. j. ff. de acquir. poſſeſ. ¶ Quandoqꝫ fit in-
ueſtitura de re vacante: ⁊ tunc aut fit in preſentia rei: ⁊ transfertur
poſſeſſio: vt. l. j. C. de acquiren. poſſeſ. ¶ Quandoqꝫ fit de re vacan
te, reo

te,reo abſente:⁊ tunc non transfertur poſſeſſio, ſed datur licentia
de ingrediendo propria authoritate.Uerba ſunt Innoc.⁊ Com-
poſt.de elect.tranſmiſſam.vide per eum ibi.Puto tamen quod ſi
procederet conſuetudo, ⁊ hominis deſtinatio, quod inueſtitura
trāſfertur poſſeſſio,⁊ quod illud eſt ſignum tranſlate poſſeſſionis,
quod etiam in re abſenti transfertur poſſeſſio, per iſtam decreta-
lem:⁊ ſic per actum omnino remotum tunc tranſfertur poſſeſſio.
22 ¶ †Glo.dat ſimilia,in quibus ſignum aliquando ſupernaturali-
ter propter iuris artificium operatur in geſtis hominum alias
operationes:nam annulus ſignificat matrimonium,⁊ illud preſu
mit.de preſumpt.illud.Quod intellige vt ibi,quando annulus ex
23 conſuetudine non eſt ſignum alteri actui proportionabile.†Item
reſtitutio inſtrumentorum,eſt ſignum renūtiationis:de renun.ſa-
24 ne.de pactis.cum pridem.ff.de pactis.l.Labeo.¶ † Secus ſi re-
ſtituitur pignus.ff.eod.l.poſtquam,que ſit ratio:dic vt dicto.c.ſa-
25 ne ⁊ glo.reddit.ſ.vt lite penden.eccleſia ſancte Marie.†Item per
traditionem inſtrumenti, in quo apparet donatio ſerui, donatio
preſumitur:vt.l.j.C.de dona.quod intellige vt dixi in dicto.c.eccle
26 ſia.†Secundum ſignum eſt traditio clauium.ff.de contrahen.em.
l.clauibus.Quod intellige,quando fit in re preſenti:vt ibi no.⁊ in
27 l.iij.ff.de acquiren.poſſeſ.†Traditur poſſeſſio,ſi rem penes te de-
poſitam tibi vendidi.Inſti.de re.diui.§.interdum.nam illa deten-
28 tio ſumitur pro corporali apprehenſione.¶ † Alius eſt actus,
quando quis ſe conſtituit nomine alterius poſſidere.¶ Aduerte
Canoniſta, quia non habes de iſto contractu conſtituti, eo ipſo
quod conſtituo me nomine alterius poſſidere,transfero poſſeſſio-
nem quam in me habeo,⁊ quam volo transferre in eum,cuius no-
mine conſtituo me poſſidere.Et ſic dicit de alio,cuius nomine etiā
transfertur ciuilis:⁊ ita demum ſi ille,qui ſic ſe conſtituit, poſſide-
bat.Nam per iſtos actus fictos detinens nomine alieno poſſeſſio-
nem in alium poſſidentem non transfert:vt not.in.l.interdum.⁊.l.
quamuis.ff.de acquirenda poſſeſſione.Illam ergo ,quam habet,
per contractum conſtituti transfert:⁊ ſi haberet naturalem, ⁊ ciui
lem,⁊ conſtitueret ſe nomine illius poſſidere , animo transferendi
totam poſſeſſionem , ſola detentatione retenta , transfert.Si ani-
mo retinendi ſolam ciuilem,illam trāſfert:⁊ is,cuius nomine poſ-
ſideret,poſſidere diceretur:vt de reſtitutio.ſpoliato.olim.A non
poſſidente autem talis actus nil operaē in poſſeſſione:vt in.l.quā-
uis.§.i.⁊ in.l.interdum.ff.de acquirenda poſſeſſione.quod eſt ve-
rum,etiam ſi tempore conſtituti actualiter conſtituens ſe poſſide-
re nomine alieno nō ingrediatur poſſeſſionem:quia primus actus
ingreſſus,quo antea acquiſiui poſſeſſionē,coniungitur huic actui
conſtituti,⁊ ſubrogatur loco corporalis actus,qui requiritur ad
transferendam poſſeſſionem:vt not.ſ.de reſtitutione ſpoliatorum.
cum veniſſent.licet alij teneant contrarium:vt ibi tempore lect.ita
29 dixi.¶ †Unum tamen aduerte,quod aliqui voluerunt tenere,qđ
per actum conſtituti non transfertur poſſeſſio,niſi ſaltem tempo-
re conſtituti ingrederetur poſſeſſionem actualiter nomine abſen-
tis.Et hoc tenent quidam : vt not.ff.de acquirenda poſſeſſione.l.
quod meo.Et hoc ibi ſequitur Franciſcus de Aretio.Communi-
ter tenetur quod trāſfertur abſq; alia apprehenſione noua,etiam
in abſentia rei:quia primus actus corporeus ſufficit pro actu in
transferenda poſſeſſione,vt ille fingitur actus domini : vt notan-
ter dicit Innocen.qui has opinio.tangit ſummatim.ſ.de reſtitu-
tione ſpoliatorum.cum veniſſent.Ideo eſt per hoc deciſa queſtio,
quam poſuit Joannes Andreas in addi.Specu.in titu.de emp.
30 ⁊ vendi.§.j.verſicu.hoc etiam ſcias. ¶ †Si aliquis vendens pri-
mo nomine vnius conſtituat ſe poſſidere,⁊ ſecundo alteri vendat,
⁊ actualiter tradat:quis ſit potior ? Et tenet quod primus:quic-
quid ibi ſentiant aliqui.Et tangitur etiam in.l.quoties.C.de rei
vendi.per Cynum.¶ Teneas quod primus preualet,⁊ habet dire
ctum,non vtile dominium:quia per actum conſtituti transfertur
vera poſſeſſio,non ficta,⁊ verum,⁊ directum dominium.l.certe.§.
j.ff.de precario.⁊ transfertur per actum fictum.Idem not.in.l.ab
emptore.ff.de pactis.per Barto.⁊ tangitur in.l.ſi is,qui pro em-
ptore.ff.de vſucap.et vide.l.certe.§.j.ff.de precario.vbi eſt caſus.
Alium actum aſſignant hic docto.quando quis vendendo ſibi re-
tinet vſumfructum:⁊ tunc transfertur poſſeſſio.C.de dona.l.quiſ-
31 quis.¶ †Aduerte tamen quod id,quod dicitur,quod transfer-
tur in eccleſiam dominium ſine traditione,non extenditur ad Pu
blicianam.Dicit hic Joannes Andreas.⁊ allegat dictum Spec.
in titu.de loca.§.nunc aliqua.verſicu.homi.alias.lviij.qui ibi aſſi-
gnant cauſam:quia id,quod dicitur in.l.fina.C.de ſacroſanctis ec-
cleſijs.eſt exorbitans,⁊ ſic non debet extendi extra ſuum caſum:
non ergo trahi debet ad Publicianam.¶ Tamen poſtea limitat,
⁊ dicit quod hoc eſt verum,quando quis habet titulum a non poſ
ſidente:ſecus ſi haberet titulum a poſſidente.Tene indiſtincte pri
mum:quia licet ſolo titulo transferatur dominium, non tamen
transfertur poſſeſſio,vt ſtatim dicam.Nec obſtat regula.l.claui-
bus.ff.de contrahenda emptione.quia verum eſt,quando eo caſu,
quo transfertur dominium a domino,transfertur ⁊ vſucapiendi
conditio a non domino,⁊ conſequenter Publiciana:quia illa ſunt
vera,quando intercedunt ſubſtantialia ad Publicianam ⁊ vſuca
piendi conditionem. Tempore lectionis ita dixit : quia tunc de
equitate forte haberet Publicianam.Quod bene nota,⁊ non me-
32 mini me audiuiſſe illud dictum.¶ †Ad hoc vide not.per Innoc.
in.c.in preſentia.ſ.de proba.vbi tenet expreſſe quod Publiciana
transfertur in eccleſiam,ſicut ⁊ rei vendicatio. Tamen puto con-
tra:quia regula iſta eſt conuertibilis,vbi dominus per actum ſuū
transfert dominium,⁊ vſucapiendi conditionem.l.clauibus.ff.de
contrahenda emptione.⁊ hec conuertibilis,Ubi eſt vſucapiendi
conditio,eſt ⁊ Publiciana.ff.de Publiciana.l.traditionem . In
talibus autem procedit extenſio:vt in regula,que contra.de regu-
33 lis iuris.⁊ not.ff.de furtis.ſi quis ſeruo.¶ †Contrarium eſt ve-
rum:quia ſine poſſeſſione non transfertur vſucapiendi conditio.
Ad hoc regula,ſine poſſeſſione.de regulis iuris.libro ſexto.⁊ re-
gula.l.clauibus.procedit,quando iure communi transfertur do-
minium vigore traditionis:quia in re fit traditio clauium,et ſic
transfertur dominium.Sic in propoſito,eſt neceſſe cōcurrant re-
quiſita ad preſcriptionem.De hoc tamen dic vt not.in.l.ſecunda.
in fine.⁊.l.cum ſponſus.§.primo.ff.de Publiciana.Nam his caſi-
bus,quibus transfertur dominium ſine traditione,ſi is,in quem
transfertur dominium, vult vti Publiciana ex perſona transfe-
rentis,certe hoc poteſt : ſi ex perſona propria, tunc hoc non po-
teſt,niſi tradito interuallo.De quo dic vt nota.in dictis iuribus.
34 Et ſic debes intelligere,⁊ concordare dicta ſupra.¶ †Quero,vi-
di quod dominium in eccleſiam abſq; traditione transfertur:quid
de poſſeſſione?Uide glo.que tangit.C.de non numerata pecunia.
l.ſi ex cautione.Innocen.hic tenet,quod poſſeſſio non transfertur
in eccleſiam,niſi alius actus verus,vel fictus interueniat.Idem
ſentit infra de reſtitutione ſpoliatorum.cum veniſſent.⁊ ibi caſus:
⁊ idem de priuilegijs.c.paſtoralis.⁊ ibidem not.Joannes Mona.
⁊ Archidiaco.xvj.queſtione prima.moderamine.diſputat,⁊ poſt
multa concludit contrarium,ſcilicet quod in eccleſiam transfer-
tur poſſeſſio abſq; traditione.Allegat.xix.queſtione vltima.ſi qua
mulier. xvj. queſtione.vij.ſi quis deinceps.in gloſſ.vltima.Dic,ſi
actus aliquis a lege,vel conſuetudine preceſſit determinatus ad
transferendam poſſeſſionem, transfertur,licet natura ſui non ſit
proportionabilis. Et hic eſt caſus notabilis,de reſtitutione ſpo-
liatorum.cum veniſſent.Si nullus actus interceſſit,ſi in inſtrumē
to dictum fuit,Dedit,vēdidit,⁊ tradidit:ita quod adſit illud ver-
bum,probatur tranſlata poſſeſſio,ſi in re,preſenti:ſi in re abſenti,
ſola data licentia ingrediendi propria authoritate.l.ſecunda.C.de
acquirenda poſſeſſione.⁊.l.predia.ff.eodem.Dicit Cal.quod ſi eſt
res mobilis,etiam ſi non probetur preſentia rei,probatur tradi-
ta,etiam in eccleſia:vt eſt caſus in dicto.c.paſtoralis. Si non ap-
paret verbum Tradidit,nec aliud verbum,vel actus ſignificans
tranſlationem poſſeſſionis,tunc principaliter ſi habetur titulus a
tertio non poſſidente,non transfertur poſſeſſio : vt dicto.c.paſto-
ralis.de priuileg.de prebend.licet epiſcopus.libro ſexto.Si a poſ-
ſidente,adhuc non transfertur poſſeſſio in eccleſiam,ſed bene ſolo
titulo,⁊ ſuppoſitione perſone transfertur poſſeſſio in conſequen-
tiam rerum. Sic debet intelligi dictum Innocen.in capitulo.in
preſentia.infra de probatio. vt in adoptate cum bonis.ff.de pre-
ca.ſi cum adoptauero.⁊ monachatione:vt not.in illa authentica,ſi
qua mulier.nam tunc is,qui poſſidet,videtur ſe conſtituere poſſi-
dere nomine illius,a quo poſſidetur. Antonius de Butrio.

1 ☞ Conſuetudo non valet vt in cauſis eccleſiaſticis populi dictū
pro ſententia teneatur.
2 Sententia non eſt dictanda in cauſis eccleſiaſticis ad conſilium ſa-
pientum ⁊ inſipientum.
3 Conſilium indeliberatum nemo ſequi tenetur.
4 Conſilium deliberatum ſequi quis tenetur pacto.
5 Compromiſſum quod quis ad nutum alterius iudicet,non va-
let.
6 In,dictio ſtat quandoq; priuatiue.
7 Statutum arctans iudicem eccleſiaſticum,quod in cauſis eccleſia
ſticis ſequi omnino teneatur conſilium laici,non valet.
8 Conſuetudo repugnans canonicis ſtatutis,non valet.
9 Sententia a iudice incompetenti lata,non valet.
10 Iudicandum an ſit exemplis peritorum in conſuetudine eo-
rum.
11 Conſuetudo dat iuriſdictionem.
12 Conſuetudo non poteſt operari quod incepax iudicet.
13 Inſipientium conſilium ſciſcitari non eſt incongruum.
Deus aliquando reuelat inſipientibus,⁊ non ſapientibus.
14 Fatui quandoq; dant bonas rationes.
15 Sapiens non habet magnum ingenium ſine miſtura dementie.
16 Conſuetudo contra ius valet.

17 Sententia lata per iudicem incompetentem quando valeat.

1 AD noſtram. ¶ †Non valet cõſuetudo vt in cauſis eccleſiaſticis dictũ
populi pro ſententia teneatur. hoc dicit. ¶ Et ſunt
due partes. Secunda ibi: nos igitur. Abuſiua conſue-
tudo, ⁊ ipſius reprobatio. Et incipientibus hic erit vna noua mi-
2 ſtura. ¶ †Nota primo quod ſententia non eſt dictanda in cauſis
eccleſiaſticis ad conſilium ſapientum ⁊ inſipientum, vel votum,
3 alias nutum indeliberatum eorum. ¶ †Et ſic nota quod non va-
let ſtatutum, vel conſuetudo, qua cauetur quod conſilium indelibe-
4 ratum, etiam ſapientum cõſulentium, quis ſequi teneatur. ¶ †A
contrario, quod ſecus eſſet, ſi conſilium eſſet ſapientum, et delibe-
5 ratum. Vide quod not. j. de offi. delega. ſi pro debilitate. ¶ †Nota
quod non valet ſtatutum, per quod vni tribuitur cognitio, alteri
facultas iudicandi, ⁊ per quod auffertur libertas ſententie ei, qui
de cauſa cognouit: ſic nec valet compromiſſum vt quis iudicet ad
6 nutũ alterius. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. queſitum. ¶ †No.
de dictione In, que quandoq; ſtat priuatiue, vt inſipientibus, id
eſt non ſapientibus. De quo dic vt per Barto. in l. Gallus. §. ille
caſus. ff. de liberis ⁊ poſthumis. in Specu. de diſputatio. ⁊ allegat.
7 §. poſt hec. ver. vel ibi imponitur. ¶ †Nota argu. quod non valet
ſtatutum arctans iudicem eccleſiaſticum in cauſis eccleſiaſticis
omnino ſequi conſilium laici: cum talia non debeant tractari iudi-
8 cio ſecularium: vt de iudi. c. ij. ⁊ iij. ¶ †Nota quod non valet con-
ſuetudo repugnans canonicis ſtatutis, quando eſt irrationabi-
9 lis. ¶ †Nota regulam quod non valet ſententia a non ſuo iudice
10 lata. ¶ †Nunquid autem exemplis peritorum, ⁊ conſuetudine eo-
11 rum iudicandum ſit: vide. xx. diſtinctione in ſumma. ¶ †Oppo.
quod imo poſſet operari conſuetudo quod valeat ſententia lata a
non ſuo iudice: quia conſuetudo dat iuriſdictionem: de offic. ordi.
12 cum ab eccleſiarum. de foro competen. cum contingat. †Solu. Hec
non tollitur hic: ſed ſolum hic diſponitur quod non poteſt opera-
ri vt valeat ſententia non iudicis. Quando autem conſuetudo de-
dit iuriſdictionem, non eſt verum dicere quod ſit non iudex, vel quod
hoc non poteſt operari conſuetudo, quod incapax iuriſdictionis
13 iuriſdictionem nanciſcatur. ¶ †Opp. quod non ſit abſonum que-
rere ab inſipientibus: quia Deus aliquãdo reuelat inſipientibus,
quod non ſapientibus. C. de officio rectoris prouincie. l. potioris.
xcv. diſtinctio. eſto. ſic quod ⁊ a pluribus queritur, facilius inueni-
14 tur. xx. diſtinctione. de quibus. cum ſimilibus. ¶ †Solu. Quod ab
illis querat ad ſe informandum, non eſt hoc damnatum: ſed quod
eorum dictum neceſſitet pronuntiari habentem, vel non ſecuta
pronuntiatione habeatur pro ſententia, hoc eſt damnatum hic.
Unde dicit Ioannes Andreas quod fatuus Pariſien. ſonum
vnius Turonen. pro odore aſſati tabernario compenſando alter-
cationem ipſius cum paupere, qui ad odorem illum panem vnum
comederat, diffiniuit: quod forſan Catoni vel Gratiano reuelatũ
15 non fuiſſet. ¶ †Unde Seneca de trãquilli. animi, in fine: Nullum
magnum ingenium ſine miſtura dementie. Facit in Specu. de ar-
16 bitro. §. fina. ¶ †Oppo. quod conſuetudo valet contra ius. ff. de
admini. tuto. ſine herede. §. penulti. Gloſſ. remittit ad capi. fina.
17 ¶ †Opp. quod ſententia valet a non ſuo iudice. iij. queſtione. viij.
cuius in agendo. Glo. excipit duos caſus, qui incongrue excipiun-
tur: quia dato quod origine non ſit iudex, efficitur iudex proroga-
tionis, vel hominis, ſecundum Hoſtienſem. bene excipitur ſecun-
dum eum: de foro competen. c. ſi diligenti. verſi. cum igitur. xi. que-
ſtione. j. inolita. ⁊ c. placuit. de renuntia. quod in dubijs. de appel. ſi
duobus. Antonius de Butrio.

1 ☞ Conſuetudo non habilitat presbyteros ad ea, que ſunt ordi-
nis epiſcopalis.
2 Presbyter non extendit manum ad reſeruata epiſcopo.
3 Abſolutio per presbyterũ ſuper caſibus epiſcopo reſeruatis duo-
bus caſibus non valet.
4 Presbyteralis ordinis character innexus dignitati pontificali
eſt maioris virtutis, ⁊ potentie in epiſcopo.
5 Presbyteralis characteris virtutem reſtringit ius poſitiuum.
Presbyteri ſecundum primeuam eccleſiam ordinabant.
6 Confirmatio in fronte eſt de caſibus epiſcopo reſeruatis.
7 Conſuetudo non tribuit poteſtatem inferioribus circa ſacerdo-
talia.
8 Conſuetudo quid poſſit circa authoritatem pontificalem.
9 Conſuetudo quid poſſit circa reſeruata principi.
10 Sacramenta neceſſitatis omittere, eſt illicitum.
11 Neceſſitate conceſſa, ea ceſſante non ſunt trahenda in conſequen-
tiam.
12 Conſuetudo in his, que ſunt ordinis, nil poteſt.
13 Presbyteri quid poſſint circa ſacramentalia.
14 Sacramẽta poſſunt reiterari, vbi ſunt collata defectu poteſtatis.
15 Sacramenta epiſcopalia an poſſint presbyteri conferre.
16 Sacramenti effectus an impediatur pape prohibitione. 22.
17 Presbyter ſuſpenſus non confert ſacramenta.
18 Papa nil poteſt conſtituere contra fidem.
Papa quando poſſit impedire ne ſacramenta conferantur.
19 Statuere non poteſt papa contra generalem eccleſie conſuetudi-
nem.
20 Papa omnia poteſt, preterquam ſpecifice illi prohibita.
21 Papa poteſt diſpenſare ſine clerici conſenſu in poſitiuis.
23 Inferiores a papa quid poſſint.
24 Presbyter non poteſt alteri ad tempus curam committere.
25 Sacramenta que poſſint laici conſuetudine conferre.
26 Laicus poteſt penitentes reconciliare.

1 QUanto. Forte capitulum eſt in materia ſua: ⁊ breuiter dicit: †Conſuetudo non ha-
bilitat presbyteros ad ea, que ſunt ordinis epiſcopa-
lis, et que epiſcopo reſeruata ſunt. hoc dicit. Et ſunt
due partes. In prima conſuetudinis tenor. In ſecunda reproba-
2 tio, ibi: diſcretioni tue. ¶ †Nota principale dictum huius decre.
quod non poteſt presbyter extendere manum ad reſeruata in pri-
3 uilegium epiſcopo: ⁊ ſi mittat manum, nihil operatur. †Vide per
hoc duo, quod ſi abſolueret presbyter in caſibus epiſcopo reſerua-
4 tis, de peniten. c. j. libro. vj. quod non valeret abſolutio. ¶ †Nota
quod licet ſecundum theologos non ſit dare ordinem vltra presby-
teralem, tamen ex ritu apoſtolorum character ordinis presbytera-
lis iunctus dignitati pontificali eſt maioris virtutis, ⁊ potentie.
Et ſic vnus ⁊ idem character ordinis presbyteralis eſt maioris au-
thoritatis in epiſcopo, quam in ſimplici ſacerdote. De quo dic vt
5 in proemio ſexti. ¶ †Nota ex hoc quod licet ius poſitiuum quan-
tum ad habitum characteris non reſtringat, tamen virtutem cha-
racteris reſtringit, cum ritus Apoſtolorum reſtringit virtutem
characteris, vt potentior, quam ſit ius poſitiuum. Nam etiam ſe-
cundum primeuam eccleſiam presbyteri ordinabant. xxi. diſtinctio-
ne. in nouo. Ad hoc. xciij. diſtinctio. legimus. Et hac poteſtate ex
ritu Apoſtolorum ad pontifices reſtricta, vt dicto capitulo legi-
mus. ſimplices ſacerdotes cõferendo nil imprimunt, niſi vmbram
6 quandam: ⁊ ſic nec imprimunt characterem. ¶ †Nota hic vnum
de reſeruatis pontificalibus, ſcilicet conferre ſacramẽtum in fron-
7 te. ¶ †Nota quod circa poteſtatem attribuendam inferioribus
circa ſacerdotalia nil poteſt conſuetudo, ſed bene operatur circa
ea, que iuriſdictionis ſunt. j. de iudi. ceterum. ⁊ de foro compe. cum
8 cõtingat. †An autem poſſit aliquid conſuetudo circa ea, que ſunt
pontificalis authoritatis, non dico circa ſacramentalia: recurren-
9 dum eſt ad no. in c. accedentibus: de exceſſibus prelatorũ. ¶ †An
autem circa ea, que ſunt reſeruata in priuilegium principis poſſit
aliquid cõſuetudo, recurrendum eſt ad notata per Innocentiũ. j.
10 titu. j. bone. ij. de offi. lega. quod tranſlationem. ¶ †Not. quod que-
dam ſunt ſacramenta neceſſitatis, que omittere omnino eſt illici-
tum, ſi ex contemptu omittantur. Et nota quod neceſſitas non ha-
bet legem: ita quod melius eſt non habere, quam inaniter habere.
11 Ad hoc de confir. vti. vel inuti. bone. ¶ †Ultimo not. quod ex ne-
ceſſitate conceſſa, non ſunt ad conſequentiam trahenda, neceſſita-
12 te ceſſante. Or habetis notabilia. ¶ †Venio ad materiam decre.
quod in hac decreta. agitur de vi conſuetudinis in tribuenda po-
teſtate non habenti: ⁊ habes hic quod conſuetudo in his, que ſunt
ordinis, nihil operatur: in his autem, que ſunt iuriſdictionis, plu-
rimum operatur. Et an poſſit tribuere poteſtatem excommuni-
candi. vide de foro competenti cum contingat. de reſtitutione ſpo-
liatorum. olim. ij. de his, que fiunt a prelato ſine conſenſu capituli.
peruenit. Et an poſſit inferiori tribuere iuriſdictionem in graui-
bus, ibidem: ⁊ in reſeruatis epiſcopo. An autem poſſit tribuere
poteſtatem in reſeruatis principi: dicit Innocentius quod non, in
c. bone. ij. j. de poſtulatione prelatorum. de officio lega. quod tranſ-
lationem. de preſcrip. auditis. ⁊ c. ad aures. Hec non proſequun-
tur hic glo. nec docto. ⁊ an poſſit tribuere poteſtatem, quo ad ea,
que ſunt meri imperij: per Cyn. de emancipa. lib. l. j. ⁊ c. cum contin-
gat. de foro compe. ¶ Secundo in hac decre. agitur de poteſtate
erga ſacramentalia: ⁊ hic tanguntur aliqua. Primo an ſacerdo-
tes poſſint ſacramentalia epiſcopo reſeruata conferre, vt confir-
matio in fronte. Secundo an poſſint conferre alias habentes po-
teſtatem, papa prohibente, vel ſuperiore. Tertio an inferiores pa-
pa poteſtatẽ erga ſacramentalia poſſint alijs delegando tribuere.
Quarto an laici etiã alias extra eccleſiam, aliq̃ retineant erga ſa-
13 cramẽtalia poteſtatẽ. ¶ †Venio ad primũ: ⁊ pro eius expeditione
vna cũ glo. j. opp. quod presbyteri ſacramentalia cõferant. xcv. alias.
lxxv. diſt. peruenit. Dic, quãq; presbyteri conferunt ex ſe poteſta-
tem, quia presbyteri cauſantes: ⁊ non poſſunt, vt hic: quia hoc epi-
ſcopis eſt reſeruatum: ⁊ ſic poteſtate carent: ergo pro non dato ha-
14 betur: vt. j. queſtione. vij. Daybertum. † Nec obſtat de ſacra. non
ite. pa

15 ite.paſtoralis.quia ibi non erat defectus poteſtatis.† Quandoq;
conferre intendunt cauſantes a conſuetudine poteſtatem: ⁊ idem
caſus eſt hic,qui in hoc non ſupplet defectum. Quandoq; cauſant
poteſtatem ex delegatione pape,⁊ commiſſione: ⁊ an hoc poſſint:
Glo.diſputat hic,⁊ de conſecra.diſtictione.v.manus. Videtur qđ
non,vt hic. In cõtrarium videtur:vnde in dicto.c.peruenit.alias
illi fuiſſent decepti authoritate pape. Contrarium gloſſ.determi-
nat vt poſſit delegare epiſcopalia ſimplici ſacerdoti,imo plus cle-
rico,vt illa,que habet in ſe,alteri conferre poſſit. Quaſi velit ſenti-
re id,quod dicit glo.in dicto.c.peruenit.vt ſi ſit preſbyter,preſby-
teratum:ſi diaconus,diaconatum,⁊ inferiores ordines,⁊ omnia ſa-
cramenta,que habet. Idem ⁊ in alio clerico:ſed quod poſſit confer-
re illa,que non habet,non,etiam ex delegatione pape: vt ſi ſit ſub-
diaconus,non poſſit conferre preſbyteratum. Poteſt ergo quod
habet conferre,⁊ que non habet,non. Et hoc tenet gloſ.in dicto.c.
peruenit. ¶ Thomas tamen in quarto Sententiarum,diſtinctio
ne.vij.q.iij.ar.primo.tenet quod non habet papa poteſtatem con-
cedendi preſbytero vt conferat ordines ſacros,nec confirmationẽ.
De quo dic vt hic habetur per Ioan.Calde. Dicit tamen Hoſt.
ibi,quod non poſſit papa preſbytero concedere vt chriſma confi-
ceret,⁊ non preſbytero vt cõficiat euchariſtiam:quia fundatur po
teſtas eorum ex plenitudine poteſtatis pape,iuncto adminiculo
habiti ſacramenti. Per quod apparet quod iſto adminiculo ceſ-
ſante,nullo modo alter dex eis deficiente hoc poteſt alter ipſorum.
Aduerte quod glo.dicit de clerico,hec fuit opin.Syluestri:⁊ plus
etiam dixit de laico,vt ⁊ illa poſſet. Glo.hic non videtur fateri de
laico,fatetur tamen de clerico:⁊ Compo.hoc fatetur de preſbyte-
ro:per quod videtur negare,vel ſaltem non ſecure dicere in infe-
rioribus. Inn.⁊ alij ſtant cum glo. Et ſic teneamus quod clericus
hoc poſſit:quia ille tanquam capax ſpiritualium hoc poterit,ſed
laicus non. Et ſic patet quod papa non poteſt habilitare laicum,
vt poſſit ſpiritualia,que non ſunt ſibi conceſſa ex lege diuina,ſal-
tem quo ad ſacramentalia. Quandoq; preſbyter cauſat poteſta-
tem ex delegatione epiſcopi:⁊ omnes fatẽtur,vt videbitis ſtatim,
quod non poſſit talia preſbyter: quia nõ poteſt epiſcopus eum ad
16 hoc habilitare. ¶ † Ad ſecundum,an ſacramentalia,que conferre
alias poteſt preſbyter,vel epiſcopus,ſi papa ipſum prohibet,im-
pediatur effectus ſacramenti,ſeu ſubſtantia eius. Glo.tangit hic,
⁊ vera. Docto.hoc dicunt de conſe.diſti.v.manus.per Ioan.⁊ hic
in verſi.ſed ſi papa prohibet.⁊ concludit quod ſi conceſſis per de-
legatum preſbytero,ſi prohibet papa,nihil agit. ¶ Conclude de
epiſcopo,aut prohibet epiſcopus quo ad ſacerdotem collationem
eorum,que ſpectant ad ſacerdotem:⁊ tunc characterem non poſſet
inhibere,nec effectum,reputa in ſacramentis neceſſitatis omnino,
vt eſt baptiſmus. Ad hoc glo.de cle.excommunica.mi.ſi celebrat.
Et dicunt hic docto.quia epiſcopus non habet poteſtatem ſuper
hoc conſtituendi,ſicut papa in alijs ſacramentis,vt penitentia,et
17 ordine.† Unde ex cauſa,que in dubio preſumeretur,poſſet,vt pu-
to,effectum tollere:vt ſi ſuſpenſus eſſet ſacerdos a collatione ſacra
mentorum:vel ſi epiſcopus aliquod peccatum ſibi reſeruaret: hic
abſolutus a tali non eſſet effectualiter abſolutus. Et hec vera vbi
recipiunt ab illo,qui ſuſpenſus eſt notorius:de coha.cle.⁊ mu.ve-
ſtra.⁊.c.innotuit.xxxij.diſtinctio.§.verum. ¶ Item quando reci-
piuntur ab illo,qui ſuſpenſus eſt,⁊ non toleratus ſcienter,vt in di
ctis iuribus. Et clare hoc ſcribit Inno.de here.fraternitatis. Se-
cus ſi ignoranter aſſumerentur:quia tũc fides ſuppleret:vt notat
glo.j.de electio.dudum. Ad hoc quod no.Inno.de cle.excommu-
18 nica.mi.ſi celebrat.in fin.ad hoc.50.diſt.in.qui ſub gradu. ¶ † Aut
papa prohibet epiſcopum,vel preſbyterum facere erga ſacramen
talia,que ſui ordinis ſunt. Et hic glo.dicit quod non comprehen-
dit. Quidam ſunt habentes ab eo poteſtatem accidentalem dele-
gationis,vt preſbyteri in ſacramentis epiſcopo reſeruatis:⁊ taliũ
poteſtas tollitur ex ſola delegationis reuocatione:quia ſicut ex ac
cidenti datur,ita ⁊ tollitur:vt in regula prima de regu.iuris libro
vi.⁊ in hoc omnes concordant. Aut hec poteſtas competit ex po-
teſtate naturali,⁊ ordinaria:⁊ tunc opi.ſunt: tamen concordantur
per Inno.quod ſi papa velit tollere poteſtatem eis ſtatuendo per
viam ſtatuti generalis in aliquo caſu,⁊ poſſet:quia ad eum ſpectat
in ſacramentalibus diſponere de perſonis,de diebus,⁊ modis,et
forma ſacramentorum conferendorum: vt patet de baptiſmo.c.i.
Unde epiſcopo poſſet auferre poteſtatẽ chriſmandi:⁊ poſſet preſ-
bytero auferre poteſtatem baptizandi. Hoc vltimum non placet
Hoſti.quia papa,etiam per cõſtitutionem,non poſſet facere quin
baptizatus ſecundum formã eccleſie ſit baptizatus:eſſet enim hoc
contra fidem,contra quã papa nĩſ põt:de conceſ.prebẽ.propoſuit.
Item puto qđ ſacramentalia nõ impediret quo ad characterem,
ſed bene quo ad executionem,etiam ſi apponeret decretum. Dicit
glo.in ver.ſcribentes.in cle.in plerisq;.de elec.ad hoc qđ no.de elec.
prudentiam.lib.vi.glo.de pen.prouide. Dicit tamen Inn.qđ non
eſſet hoc tolerandum,niſi ex cauſa faceret:quia hoc eſſet contra ge

19 neralem ſtatum eccleſie. ¶ † Not.hinc quod contra generalem ſta-
tum eccleſie,non poteſt ſtatuere papa Dicam.ſ.aliquid. Sed ſi vel
let hoc facere per viam ſimplicis prohibitionis,dicit quod hec nõ
poſſet,quia ex ordinaria poteſtate conferret illa,que ſunt ſacra-
20 mentalia,ſecũdum Inn.† Hoc autem,vbi dixit poſſe papam,fun-
datur ſuper plenitudine poteſtatis,in qua dicit Inn.quod omnia
poteſt,preterquam ſpecifice prohibita ei,vel q̃ faceret ↄtra fidem,
vel contra generalem ſtatum eccleſie:quod dicit ipſe poſſe,ſed non
eſt in hoc permittendus. Idem dicit Io.gloſſator decretorũ.xxv.
q.i.que ad perpetuam.ideo exigitur cõſilium tunc cleri,vt ibi no.
Unde dicunt doct.de ſen.excom.nolli.quod non poſſet tollere quo
ad clericos concilium,ſi quis ſuadente.xvij.q.i.niſi hoc faceret cũ
concilio. Et idem Io.viij.q.i.in his.i.q.iij.ex multis de temp.ord.
21 cum dilectus. ¶ † Dicit tamen Inn.quod in poſitiuis poteſt di-
ſpenſare contra ea,que tangunt ſtatum eccleſie. Quod credo in ali
22 quo,ſed nõ ſimpliciter. ¶ † Dic quod quedam ſunt epiſcopis,vel
preſbyteris competentia ex accidentali poteſtate delegata:⁊ in ta-
libus ſimplex ꝓhibitio non vitiat poſt factum:vt dicit gl.ad hoc
de reſti.ſpo.audita. Idem in excommunicatione:quia prohibitus
excommunicando ligat.de offic.or.c.i.lib.vi.in verb.attentet. Idẽ
in dependentia ab officio:vt in cle.i.de regul.in verbo Irritum.
¶ Quedam ſunt competentia ex poteſtate ordinaria:⁊ non video
differentiam,an ſtatuendo,vel cum cauſe cognitione prohibendo
inhibeatur. Unde dico quod in ſacramentalibus imprimentibus
characterẽ geſtũ valet quo ad habitum ⁊ characterẽ,etiam ſi eſſet
decretum appoſitum. No.glo.de peni.ex eo.gl.de electio.prouida.
lib.vi.tex.cum gl.de ele.in cle.in plerisq; ⁊ ideo ſi ꝓhibetur qđ re-
ligioſus non poſſit promoueri ad dignitatem epiſcopalem,que ca
reat clero,⁊ populo,vel patrono,etiam ſi ſit appoſitum decretum,
ſi promoueretur nihilo minus imprimitur character:vt dicta cle.
in plerisq;. Si eſt actus ſacramẽtalis imprimens gratiam,nõ cha-
racterem,vt eſt ſacramentum euchariſtie,penitentia,⁊ ſimilia,gra
tia impeditur in ſciẽtem,maxime ſi defectus eſt notorius.xxxij.di
ſtin.§.verum. Idem in ſciente inhabilicatem ⁊ prohibitionem:vt
no.Inn.de here.fraternitatis.⁊ dixi de ſchiſma.c.i. Hec procedũt
ſaluo ſacramento omnino neceſſitatis,vt baptiſmi: quia ab eccle-
ſia propter neceſſitatem permittitur recipi a quocũq; prohibito.
Et tenet Hoſt.quod etiam ſi ſpecifice aliquis ab iſto prohiberet,⁊
quo ad gratiam,⁊ characterẽ reciperetur. ¶ Quedam ſunt com-
petentia ex poteſtate ordinaria in ſpiritualibus,nõ ſacramentali-
bus:⁊ in iſtis recurrẽdum ad gl.in cle.i.de iure pa.ſi tempore date
poteſtatis alioqua eſt appoſita limitatio,factum contra prohibi-
tionem non valet. Si ex poſt facto poteſtas inhibeatur,⁊ cum de-
creto,non valet quod agit: ſi ſine decreto,valet,niſi fiat inhibitio
ad conſeruandum ius alicuius priuati,vt in inhibitionibus con-
ferendis:de conceſſio.preben.c.i.⁊.c.ſi ſoli.⁊.c.ſi capitulo.libro.vi.
23 ¶ † Ad tertium cum eadem gloſ.in verſi.epiſcopi vero licet ipſi.
Nunquid poteſt inferior a papa alteri delegare que ſunt ſue pote-
ſtatis,vt preſbyter que ſunt ordinis preſbyteralis: ⁊ epiſcopus,
que ſunt ordinis epiſcopalis. ¶ Hic aut vult tribuere hanc po-
teſtatem alias non habenti:⁊ non põt. Aut vult tribuere alias ha
benti non dando poteſtatem,ſed ipſam ampliando ad locum ſuũ:
⁊ poteſt. Unde preſbyter preſbyterum,⁊ epiſcopus epiſcopum po
teſt alterum inuitare ad illa,que ſpectant ad eius officium in ſua
dioceſi,vel parochia: vt patet de conſe.eccle.vel alta.aqua. Idem
dicit Ioan.qui ponit hec verba de his,que non ſunt ordinis,ſed
egent adminiculo ordinis,vt deponere,⁊ verberare clericum:quia
talia demandare non poteſt ordinem non habenti.hoc ponit in.d.
24 c.peruenit.hic allegato. ¶ † Aduerte tamen quod licet poſſit ſic
inuitare,non tamen poſſunt etiam ad tempus rectores curati cu-
ram alteri committere:ar.dicti.c.peruenit. Et hoc tenet Archi.de
elec.ex eo,libro.vi.⁊ Ray.in ſumma,de peniten.§.item poſito. An
autem illa,que iuriſdictionis ſunt,deleget,vide quod ſcribitur per
doctores,de officio ordinarij quod ſedem. Tene hec menti: quia
hic habes ſpecialiter de his,que ſunt ordinis: vt in dicto capitu-
lo aqua.⁊ capi.peruenit.an tunc deleget laico,habes glo.de iudi-
25 ciis.decernimus.in dicto.c.peruenit. ¶ † Venio ad quartum cum
vltimo glo.an laicus poſſit aliqua ſacramentalia conferre,vel ex-
tra eccleſiam poſitus de extra eccleſiam poſito: dic quod quedam
ſunt ſacramenta omnino ſumme neceſſitatis.vt baptiſmus: ⁊ ta-
lia poſſunt conferri,etiam a poſitis extra eccleſiam,dum tamen in
forma eccleſie.xxiij.queſtione prima.c.ſi quem.⁊ hic dicit glo. Aut
ſunt alia ſacramenta,vt penitentie,⁊ corpus Chriſti:⁊ talia a ſepa
ratis ab eccleſia non licite recipiuntur.xxiij.queſtione prima ce-
pit. Quod dicit hic Inno.verum,quando ſunt ſeparati,heretici,
aut excõmunicati. Secus ſi aliter. Declaro,vt quia ſunt aliter ſu-
ſpenſi. Ad hoc de coha.cleri.veſtra. Vel dicit quod ab aliis in ne-
ceſſitate poſſent ſumi,ſecundum eum. Allegat.xxxij.diſtin.§.ve-
rum.not.dic in neceſſitate:alias autem non poſſunt ſumi. Ratio-
nes autem differentie,quare ſacramẽtum euchariſtie,⁊ alia ſacra-

menta non recipiantur a ſeparatis ab eccleſia,ſed ſic recipitur ba
ptiſmus,aſſignantur per gloſſam in capitu.cepit.melius in.§.ſed
illud.⁊ ibi glo.ad quem remittit in dicto capitulo.cepit.Et magi-
me hec diuerſitas videtur extranea: quia eadem videtur fieri re-
miſſio in eucbariſtia,que fit in baptiſmo:cum contritio illa,que ha
betur in corpore Chriſti aſſumendo,ſit loco baptiſmi:de conſecra.
diſtinctio.ij.vt quid panis.¶ Glo.aſſignat cauſas: quia plenior
eſt gratia baptiſmi,quam ſit remiſſio,que fit ex aſſumptione cor-
poris:quia per baptiſmum etiam tolluntur pene purgatorij: de
penit.diſtinctione.vij.nullus.Ideo cum non ſint paris effectus,
non ſequeretur,poteſt conferre baptiſmum,ergo ⁊ poteſt conferre
corpus Chriſti non baptizato.¶ Item ſecundo, quia ſufficit ſic
ſcriptum:⁊ alia conſideratio habetur in baptiſmo,⁊ alia in ſacra-
mento corporis Chriſti.¶ Tertia ratio,quia circa ſacramentum
corporis Chriſti ſolent heretici peruertere formam eccleſie: vt in-
fra de here.cum ex iniuncto.ſed non ſic in ſacramento baptiſmi.
¶ Item quia qui accipit baptiſmum,accipit corpus Chriſti: ſed
non conuertitur:de conſe.diſtinctione.iiij.nullus.Dic quod ratio
nem aſſignat hic text.quia talia ſacramenta non ſunt ſumme ne-
ceſſitatis:ſed neceſſitatis,quia non cōtemnenda:ideo potius omit
tenda,quam recipienda ab his,qui conferre non poſſunt,vt hic.
Unde hoc eſt permiſſum a quocunque recipere vt maioris virtutis,
⁊ conſequenter maioris neceſſitatis.An autem a laico poſſint reci
pi ſacramenta talia in neceſſitate:de ſacramēto baptiſmi planum
eſt:de ſacramento eucbariſtie iam confecto,quidam dicunt quod
poteſt ſuſcipi:imo ipſemet in neceſſitate ſumere poſſet ſibi,ſecun-
dum Inno.qui dat pro regula,quod de omnibus,que ad officium
preſbyteri ſpectant,ad tantum poſſit laicus:quod apparet ab ec-
cleſia permiſſum,⁊ non plus.Et ſunt verba Ioan.in dicto.c.ſepe.
alias,cepit.Allegat.xxxii.diſtinctione.§.verum.ſed ſecundum ve-
ritatem ille.§.loquitur,quando quis ſuſcipit a ſuſpenſo.¶ De ſa
cramēto penitentie,dic quod in neceſſitate laico quis confiteri po-
26 teſt:de pen.diſtinctione.i.quem penitet.† Item ⁊ penitentes recon
ciliare poteſt:de conſe.diſtinctio.iiij.ſanctum.quod quidam etiam
intelligunt de excommunicato. Abſoluere tamen non poteſt,nec
reconciliare abſoluendo ab excommunicatione excommunicatum
⁊ in veritate,quia illa aut preſbytero,aut epiſcopo eſt reſeruata,et
pendet a poteſtate clauium:de ſentē.excommunicationis.nuper.⁊
c.de cetero.Idem de abſolutione quacunque,vel reconciliatione pec-
cati,⁊ alia ſpecialia,alias ſpiritualia,cum hoc pertineat ad pote-
ſtatem clauium,que non cadit in laicum: vt.ſ.de pen.noue quedā.
xx.diſtinctione.§.i.xxvi.diſtinc.cum ad verum.De hoc per glo.et
docto.de offic.ordi.paſtoralis.in glo.Quo caſu dat Innocen.pro
regula,quod de omnibus,que ad officium preſbyteri ſpectant,id
tantum poſſet laicus,quod apparet ab eccleſia permiſſum,⁊ a iu-
re.Et ſunt verba Ioannis.xxiiij.q.i.cepit.per quod concludere
videtur quod datio olei non poterit fieri a laico:quia hoc non re-
peritur conceſſum.¶ Fatetur tamen quod concedendo baptiſmū
laicus abſoluit.xxxij.diſtinctio.verum.⁊ idem Compoſt. propter
neceſſitatem ſacramenti. Eſt tamen differentia quare baptizare
non poteſt ſolenniter laicus,licet preſbyter poſſit:vt patet.50.di-
ſtin.qui ſub gradu.Item quia vnus in neceſſitate,⁊ alter in non
neceſſitate:vt patet de conſe.diſtin.i.qui conſtat.⁊.c.ſanctum.i.que
ſtione.j. alias.v.quod quidam.circa princip.⁊ ver.ſeq.ver.degra-
datus. Antonius de Butrio.

1 ☞ Conſuetudine non celebratur licite in loco exempto tempo-
re interdicti.
2 Interdictum generale dicitur,quod reſpicit ciuitatem tantum.
3 Interdictum generale indicendi poteſtatem quis habeat.
4 Exemptionis ius quando creari poſſit.
Epiſcopus an poſſit eximere eccleſiam in preiudicium archiepi-
ſcopi.
5 Conſuetudo contra vires ſententiarum cenſure nil poteſt.
Excommunicato non poteſt communicari per conſuetudinem.
6 Conſuetudine non conceditur,quod priuilegio conceditur.
7 Interdicto generali an poſſit ligari exemptus ſententia ordi-
narij.
8 Sententiam ferre poteſt papa ſuper non petito ex ſuo officio.n.
9 Sententia poteſt ad petita extendi,quando fertur ſuper cauſa.
10 Interdicti effectus quis.
12 Agere quando quis poſſit ſine mandato.
13 Capitulum poteſt agere ſine mandato ad tuendum iuriſdictio-
nem epiſcopi.
14 Capitulum non poteſt interdicere ſine epiſcopo.
15 Conſuetudo capitulo tribuere quid poſſit.
16 Interdictum ab ordinario latum,non ligat exemptos.
17 Interdicere ſpecialiter eccleſiam exemptam non poteſt epiſco-
pus.
18 Conſuetudinem poteſt ex officio papa caſſare,ex grauitia ortun-
tur.
Papa eſt ſuper ius,cuius proprium eſt vitia extirpare.
19 Neruus quid ſit.
20 Preſcribi qualiter poſſit contra obedientiam.

1 Cum inter. † Conſuetudine induci non po-
teſt,vt tempore generalis inter-
dicti licitum ſit in loco exempto publice celebrare.hoc
dicit.¶ In prima,querela. In ſecunda,exceptio.In
tertia,ſententia.Secunda ibi:procurator. Tertia ibi: nos ergo.
Not.quod epiſcopus ⁊ capitulum poſſunt agere ſuper conſerua-
tione generalis interdicti,quaſi actio ſit publica,ſiue interdictum
2 ſit poſitum a capitulo tantum,ſiue ab epiſcopo tantum. ¶ † Not.
quod generale dicitur interdictum,quod reſpicit ciuitatem tan-
3 tum.De hoc.ſ.de verborum ſignifica.cum in partibus.¶ † Nota
quod epiſcopus tantum,vel capitulum tantum,vel ambo ſimul,
habent poteſtatem generale interdictum indicendi in eccleſia.
Quod intellige,quādo epiſcopus tantum,vel capitulum tantum
indicere vellet,ſi hoc habeat conſuetudo,ſecundum docto.de quo
de verborum ſignifica.cum in partibus.ſ.de his,que fiunt a ma.
4 parte ca.queſiuit.¶ † Not.quod ius exemptionis poteſt a princi-
pio creari,ſecundum tempus,fundationis eccleſie. Et cum hic
nō ſit mentio de authoritate pape,patet hic apertum,quod ex ſta-
tuto tempore fundationis eccleſie eccleſia poteſt naſci libera.Et
ſic hic videtur caſus,quod epiſcopus eccleſiam ſibi ſubiectam a
ſui poteſtate a principio tempore originis eccleſie eximere poſſit.
De hoc recurre ad cap.paſtoralis.ſ.de dona.⁊ ibi per docto.⁊.ſ.de
cenſi.cum venerabilis.Habetur ergo exemptio aliter, quam per
pape priuilegium.¶ Attende tamen quod non puto quod ex hac
exemptione ſimpliciter ſubmittatur pape:quia hoc non poſſet epi
ſcopus ad preiudicium archiepiſcopi.ſ.de iureiurand.venientes.
ſed erit exempta ab epiſcopo eximente,⁊ ſubmittetur proximo ſu-
periori.Et ſic licet epiſcopus in fundatione dictam eccleſiam li-
beram,⁊ exemptam fecerit,non per hoc erit tamen ſubiecta imme
diate pape,imo archiepiſcopo,in cuius preiudicium non potuit
libertatem dare.Et ſic erit mirabile:⁊ erit dare eccleſiam exemptā
⁊ tamen non ſubiectam pape immediate.Et ſic non concluditur,
5 Locus eſt exemptus: ergo immediate ſubiectus pape.¶ † Nota
quod contra vires interdicti.⁊ ſententiarum cenſure conſuetudo
nil poteſt.Ex hoc credo quod conſuetudine nō poſſit induci quod
excommunicato poſſit communicari extra caſus a iure expreſſos.
6 Et ſic † nota quod conceſſibile priuilegio,non eſt conceſſibile con-
ſuetudine.A quo etiam inferri poteſt quod conſuetudine non po-
tuerit induci,vt pulſatis campanis,⁊ alta voce potuerit celebrari.
Sed hoc non credo hodie de iure ſeruandum:de ſenten.excommu
7 nica.c.fina.libro.vi.¶ † Not.caſum,in quo exemptus ſententia or-
dinarij ligatur,ſcilicet quando interdictum eſt generale: ſed non
puto quod vinculum inficiatur immediate ab homine,ſed ex iure
propter ſententiam hominis.Et forte poteſt eſſe vna cauſa, quia
ex oppoſito non ſeruationis interdicti non ſolum factum ſe exten-
dit ad locum exemptum,ſed etiam ad locum nō exemptum,vt pu-
blice celebrando,⁊ campanas pulſando:vt dixi de priuile.ex tua-
rum.Ex quo dabitur tibi pro regula,quod vbicunque factum dam
natum conſtitutione epiſcopi,ſi fiat ab exempto,protendit effectū
extra locum exemptum,tunc non exemptus ligetur: de priuileg.
capitulo primo.Et per hoc concluditur quod ſi celebraretur oc-
culte,non haberet locum decreta.Sed text.ponderat illam: quia
rumpetur neruus eccleſiaſtice diſcipline,que habet vt ſententia vt
vinculo ſit indiuidua quo ad omnia loca:vnde ratione indiuidui-
tatis ex poteſtate iuris extenditur ad loca exempta.Secus ſi ſen-
tentia eſſet ſpecialis a contrario:quia non valeret.Et ſic habes qđ
ſententia,⁊ actus dependens a poteſtate,valeret,⁊ ligat non pote-
ſtate ſuppoſitos in genere,vbi nō ligaret in ſpecie.Quod facit pro
opinio.Barto.vt conſtitutio laicorum liget clericos, quando in
genere eſt prolata: vbi non ligaret,ſi foret in ſpecie:vt dixi in.c.ec-
cleſia.Sed dic quod iſta non imprimitur ex poteſtate hominis,ſed
ex poteſtate iuris,ad conſequentiam neceſſariam promiſſi:qđ non
eſſet in caſu illo:quia nulla neceſſitas impellit quod ſtatuto laico-
8 rum ligentur clerici.† Not.qđ papa ſuper non petito pronuntiat,
⁊ non ſuper petito:de electio.cum nobis.⁊.c.cum inter R.⁊ de ac-
cuſa.ad petitionem.⁊ quod ibi not.in iudice.Aliud eſt in arbitra-
tore,quod pronuntiat ſuper non petito quandoque.habes decreta.
de religi.domi.conſtitutus.pro quibus caſus bonus in.c.niſi cum
pridem.de renuntia.quod limita.vt ibi,⁊ per Barto.ff.de tranſa-
9 ctio.l.cum Aquiliana.† Et not.quod ſufficit pronuntiare ſuper
cauſa,licet non pronuntietur ſuper principali petito,vt ſententia
extendatur ad petitum:⁊ ſufficit quod plus eſt pronuntiare ſuper
cauſa infringendo cauſam,ſuper qua fundatur ius excipiendi,li-
10 cet de iure actoris nihil dicatur.quod bene nota.¶ † Nota vnum
effectum interdicti,quia tollit poteſtatem dicēdi miſſam pulſatis
campa

11 campanis,⁊ publice,non autem occulte,⁊ ſuppreſſa voce.¶†Not.
quod papa ex officio ſuo aliquando pronunciat ſuper non petito,
quando illud pendet a iure,quod non poteſt non eſſe pape noto-
12 rium.¶†Venio ad materiam capitu.⁊ oppo.quod non debuerit
admitti capitulum,inquantum agebat pro epiſcopo:quia ſine
mandato nullus admittitur.s.titulo.j.nonnulli.de procura.cap.j.
¶Solu.Dic quod admittitur capitulum pro interdicto ſeruan-
do ab epiſcopo lato:quia actio ſuper illa eſt publica,ideo quili-
bet de populo admittitur.Vel dic quod aduerſarij reſpondere vo
13 luerant:vnde eis imputandum.¶†Vel dic quod vacabat eccle-
ſia:⁊ admittitur capitulum ad litigandum,⁊ tuendum iuriſdictio
nem epiſcopi,ſicut ſuccedit in iuriſdictionali poteſtate.de maiori-
tate ⁊ obedientia.his que ⁊.c.cum olim.Et per hoc habes limita-
tionem ad.c.j.ne ſede vacante.quod capitulum vacante ſede po-
teſt tractare cauſam ſuper tuendo iuriſdictionis exercitio lato,⁊
14 per epiſcopum exercito.¶†Opp.ſecundo,quod capitulum non
interdicat:de his,que fiunt a maiori parte capi.c.queſiuit.de exce.
prela.capitu.j.¶Solu.Epiſcopus ſine capitulo hoc non poteſt
de iure,nec etiam capitulum,ſed hoc habebant ex conſuetudine:
nam de iure nõ poſſent.xv.queſtione.vij.epiſcopus nullus.de his
15 que fiunt a prela.quanto.¶†Nota quod conſuetudo capitulo po
teſt tribuere poteſtatem interdicendi.De poteſtate ſuſpendendi
a diuinis,non eſt tantum dubium,per.c.irrefragabili.de offi.or-
16 dina.⁊ per.c.ſi canonici.eodem titulo libro.vj.¶†Oppo.quod in
interdictum latum ab ordinario non liget exemptos,cum in eo
17 deficiat poteſtas:de priuileg.c.tuarum.†Solu.Dic quod epiſco-
pus ſpecialiter non poſſet interdicere eccleſiam exemptam,lato
tamen generali interdicto ex diſpoſitione iuris ſeruare tenentur,
quod ius ligat propter interdictum:⁊ hoc,ne neruus eccleſiaſtice
diſcipline rumpatur.Ad hoc dictum.c.tuarũ.vnde hodie excom-
municati ſunt etiam exempti,non ſeruantes interdictum genera-
le,vel quod ſeruat matrix,⁊ cathedralis eccleſia:vt in cle.ex fre-
quentibus.de ſententia excommunicationis.¶Hodie autem iſta
intellige ſecundum tempora decre.alma.de ſententia excommuni
18 cationis.libro.vj.¶†Opp.quod non debuerit papa caſſare con-
ſuetudinem:quia ad hoc non agebatur:de ſimo.licet Heli.de accu
ſa.qualiter ⁊ quando.agebatur enim ſolum ſuper obſeruantia in-
terdicti,⁊ pronunciat ſuper conſuetudine.¶Solut.Dicit Joan.
Andre.quod papa fecit hoc ex officio ſuo,ad quem ſpectat vitia
extirpare.j.capi.ij.de fil.preſbyte.quoniam.de accuſa.ad petitio-
nem.ſecundum Innocen.Hoſtie.dicit quod cum eſſet hic dubita-
tio iuris,an valeret conſuetudo,vel non conſuetudo:⁊ ius non po
teſt non eſſe notorium pape:quare etiam hoc non petito poteſt de-
clarare quid ſit iuris,non obſtante quod ſuper hoc inter par-
tes queſtio non verteretur.Et dicit Compoſtel.quod hoc forte ſo
li pape licet:quia papa eſt ſuper ius.De hoc.s.de reſcri.cauſam.
⁊.c.mandatum.poſt gloſſ.⁊ vide.j.de accuſa.ad petitionem.⁊.j.de
elect.cum inter.reſcript.⁊ no.aliquid.j.eod.cum dilectus.aliquid
etiam.j.de teſti.per tuas.Vel dic,hic pronunciat ſuper cauſa alias
exemptionis rei,ideo ſatis pronunciat ſuper petito.Facit quod ſi
peto decem,oppo.pactum de nõ petendo,ſufficit pronunciare ex-
ceptionem pacti non competere,abſq; alia condemnatione ſuper
19 debito.¶†Quero quid velit dicere,neruus.Dicit Joannes An
dreas.quod dicitur ad ſimilitudinem:quia fortitudo conſiſtit in
his ſententijs,ſicut in neruis:⁊ quia neruus flectitur,ſed non de
facili frangitur:⁊ dicit Pe.id eſt,rigor,vel iuſtitia.¶Glo.ij.col-
20 ligit multa,in quibus non operatur conſuetudo.†Oppo.quod
preſcribatur contra obedientiam:de priuileg.cum olim.de capel.
mona.cum dilectus.Soluit quod ibi non preſcribitur obedientia
extinctiue,ſed tranſlatiue:quia de vno ad alium transferri poteſt,
vt de inferiori ad papam:⁊ tunc non dicitur preſcribere,ſed po-
tius preſcribi.

1 ☞Conſuetudo vicinarum ſimilium dignitatum attenditur in
attribuendis officijs noue dignitatis.
2 Dignitatem nouam in ſua eccleſia non poteſt epiſcopus propria
authoritate creare.
3 Conſenſu requiſito per modum licentie,debet licentia actum pre-
cedere.
4 Dignitatem inſtituendo epiſcopus non poteſt priuatis preiudi-
care.
5 Epiſcopus in leuibus poteſt preiudicare priuatis.
6 Dignitas qualiter in beneficialibus cognoſci debeat.
7 Conſuetudo loci extendit vires licite extra locum.
8 Dignitatis diminutio non attenditur,ſed intereſſe redituum.
9 Epiſcopus poteſt nouas creare dignitates ſine preiudicio alte-
rius.
10 Beneficium quando in dignitatem ſonat.
11 Relatiuum quis vel qui,qualem faciat relationem.
12 Faciendum ad inſtar alterius,qualiter fieri debeat.
Inſtrumentum abbreuiatum qualiter extendendum.
13 Dignitas eccleſie,non ciuitati,debet attribui.
14 Dignitatem oneroſam poteſt epiſcopus cum capitulo remo-
uere.
15 Dignitatem nouam poteſt epiſcopus inſtituere ſine conſenſu ca-
pituli.
16 Dignitati,que nondum eſt,non datur priuilegium.
17 Dignitatem poteſt epiſcopus conſtituere in leue alterius preiu-
dicium.
Epiſcopus ſine cauſa preiudicat iuribus ſuis in leuibus.
18 Conſuetudo metropolitana eſt ſeruanda in ſacramentis.
19 Dignitas minor vel mediocris ex quo debeat conſiderari.
Legatis pluribus alternatiue,in dubio preſumitur mediocre.
20 Statutum dictans recurrendum ad conſuetudinem viciniarum,
quomodo intelligatur.
Conſuetudinem viciniarum quando quis teneatur imitari.

CUm olim.†In attribuendis officijs no-
ue dignitati,attenditur conſue-
tudo vicinarum ſimilium dignitatum:que ſi diuerſe
fuerint,ſeruabitur rationabilior,⁊ alteri minus preiu
dicans.hoc dicit.Communis diuiſio.Primo conſultatio,et reſ-
2 ponſio.Secunda ibi:circa.¶†Not.argumentum,epiſcopum non
poſſe nouam dignitatem in eccleſia creare,ſine ſedis apoſtolice au
3 thoritate.Sed dic de hoc vt ſupra de conſtit.cum acceſſiſſent.†Et
nota quod vbi conſenſus requiritur ad actum per modum licen-
tie,oportet quod licentia precedat actum.Ad hoc de regulari.li-
4 cet.vt dicam.j.eodem cum conſuetudinis.†Et nota quod ſi ſit con
ceſſum,vel etiam habeat epiſcopus a iure poteſtatem inſtituendi
dignitatem in eccleſia,non poteſt per hoc inſtituendo preiudicare
priuatis in reditibus proprijs,vel alias ibi beneficiatis.Quod
intellige,niſi illa dignitas multum eſſet neceſſaria.Quod no.quia
limitat illa,que ſunt notata de conſtitu.cum acceſſiſſent.Quod ta
men tempera,vt hic dicit glo.dummodo preiudicium ſit enorme:
5 nam pro leui non impediretur.†Et not.bene illam glo.quia quod
dicit regulariter epiſcopum ſine cauſa non preiudicare,eſt verum
quando preiudicium eſt enorme:ſecus ſi leue.Nota bene glo.etiam
intelligit de leui.Et nota quod detractio honoris in talibus non
6 conſideratur,vt dicit gloſſ.†Nota ſecundo hic text.apertum do-
centem te qualiter cognoſcere debes dignitatem:quia quando ha
bet aliquam prerogatiuam in ſeſſionibus,⁊ proceſſionibus,⁊ alijs
eo quod datur quantuncunq; modico,etiam in ſolo honore,bene-
ficium ſonare in nomen dignitatis:vide de conſuetudi.capi.finali
libro.vj.docto.ibi.de cle.non reſi.quia nonnulli.⁊ dixi de preben.
7 de multa.†Nota caſum,in quo conſuetudo loci extendit vires ex-
tra locum conſuetudinis,non vt liget,ſed vt exemplum trahat.
8 †Glo.ij.ibi:minuatur.nota quod intereſſe diminutionis digni-
tatis non attenditur in impediendo actus per epiſcopum,ſed be-
ne intereſſe redituum,quantumcunq; modicum.¶Gloſ.preiudi-
cium.in fin.Nota bene iſtam glo.quia vtilis eſt.Primo tangitur
poteſtas in danda dignitate.Secundo modus.Et ad iſta reuerti-
9 tur quicquid dicitur.¶†Nota quod licet conceſſum ſit epiſcopo
vt hoc habeat ex poteſtate ſua,vt nouam dignitatem creare poſ-
ſit in eccleſia,hoc tamen intelligitur vt poſſit ſine alterius preiu-
10 dicio in reditibus.¶†Nota hic optimum tex.ad cognoſcendum
quando beneficium ſonat in dignitatem:quia quando beneficia-
tus ratione beneficij habet aliquam preeminẽtiam in ſeſſionibus,
vel proceſſionibus,vel alijs actibus,vltra alios eiuſdem ordinis:
vide docto.in cap.quia nonnulli.de cle.non reſiden.⁊ de conſue.ca-
11 pit.j.libro.vj.⁊ dixi de preben.de multa.¶†Nota quod relatiuum
quis vel qui,facit quandoq; relationem ſimilitudinariam,nõ pro-
12 priam.¶†Nota quod vbi aliquid eſt faciendum ad inſtar alte-
rius,ſi illud inſtar reperitur diuerſum,rationabilius eſt eligen-
dum,⁊ minus alteri preiudiciale.Facit ſi inſtrumentum debet ex-
tendi ad inſtar conſuetudinis notariorum,⁊ reperiantur inſtru-
mẽta diuerſa in ritu in diuerſis notarijs,vt inſpiciatur ritus ra-
13 tionabilior,⁊ minus preiudicialis alteri.¶†Vt declaremus de-
cretalem,⁊ opponitur quod debeat dignitas attribui eccleſie,et
non ciuitati,prout diſponit epiſcopus,⁊ capitulum in fundatio-
ne.xi.diſtinctione.catholica.¶Solu.Si epiſcopus,⁊ capitulum
poſſunt concordare in fundatione,non expedit recurrere ad cõſue
tudinem:alias ſi non poſſunt cõcordare,tunc oportet q recurrant
ad conſuetudines:vt dicit decre.cuius eſt intentio,qđ ſi conſuetu-
dines ſunt diuerſe,non habita diſtinctione maioris partis eccle-
ſiarũ,nec minoris,attenditur cõſuetudo,per quã nulli ſit preiudi-
cium ex aſſignatione,⁊ per quã non derogatur cõſuetudini eccle-
14 ſie.ad hoc de cenſib.venerabilis.de cõdi.appo.verum.¶†Quero
cũ gl.an poſſit epiſcopus cũ capitulo remouere oneroſam digni-

tatem de eccleſia. Dic quod ſic, duobus intercedentibus, conſenſu
capituli, et pape confirmatione. Sed de hoc vide de conſtitu. cum
15 acceſſiſſent. ¶ † Opp. Innuit quod noua dignitas non poſſit con
ſtitui abſq; pape licentia: contra de eccle. edifi. ad audientiam. cum
ſimilibus. Solu. Dicit ſecunda gloſſ. quidam hoc dicunt quod ex
conſtitutione noue dignitatis altera minuitur. xxx. diſtin. nullus.
et capi. ſequenti. quod declarant docto. ſaltem in ſeſſionibus, et iuriſ
dictionalibus, quanquam de reditibus non detrahatur. Glo. di
cit quod hoc non eſt verum, ſcilicet quod noua nõ poſſit dignitas
conſtitui in eccleſia abſq; licentia pape. Allegat de eccleſie edifi. ad
audientiam. xii. queſtione. ii. hone. ¶ Vides, ſi neceſſitas ſubeſt ec
cleſiam edificandi in parochia aliena, vel dignitatem in propria,
poteſt epiſcopus nõ attenta diminutione vetiti honoris alterius:
quia honor eſt cuiq;, vt cultus diuinus augmentetur: vt dicto. c.
ad audientiam. Si nulla cauſa ſubeſt, niſi augmentum diuini cul
tus: ſi ponderas ſemper text. in impedienda edificatione, ponde
rant vt non fiat cum preiudicio alterius ſi hoc concurrat. Un
non volunt quod fiat cum preiudicio alterius ſi hoc concurrat.
cio ſic: per quod relinquitur quod eſt poſſibile quod fiat ſine pre
iudicio: vt dicit tex. de no. ope. nun. c. i. et ſimilia iura. Per quod ne
ceſſario volunt non ponderari ſimplicem detractionem honoris.
Et mihi videtur quod non deſtruendo literam, etiam nulla alia
cauſa ſubſiſtente, poſſit epiſcopus edificare eccleſiam, vel dignita
tem de nouo in eccleſia conſtituere, dummodo non preiudicetur in
reditibus: de eccle. edifica. ad audientiam. et clarior eſt tex. xvi. q. i.
eccleſie. et etiam docto. hoc hic velle videntur adherendo glo. ¶ Et
cum de facto ſic reſpondiſſem cuidam abbati in Tuſcia, ipſe reſcri
pſit vnam literam, in qua valde ſe moleſtum oſtendit ſcriptorem,
et conſulentem: ſed ad ſic ſcribendum me induxit augmentatio di
uini cultus. Si tamen velles tenere contrarium: ad. c. illa dicen. quod
preiudicium eſt eo quod edificatur, quia detrahitur honori: quia non
ſic ſua eccleſia frequentabitur. Et ad. c. eccleſie. reſponde, quia lo
quitur ſecundum tempora ſua, ſecundum que non erant tot eccle
ſie: vnde maior ſuberat tunc neceſſitas. ¶ Sed primum credo ve
rius, et equius, et iuſtius, cũ per hoc non ſubtrahantur parochiani
quin debeant viſitare eccleſias ſuis diebus: et quia iura ponderant
preiudicium in reditibus, ſcio quod de facto ſeruaretur contrarium.
16 ¶ † Oppo. quod dignitati, que nondum eſt, non debeat dari priui
legium: ſicut ſeruitus non datur rei, que nondum eſt. ff. de ſerui. l.
Labeo. ff. de ſerui. vr. pre. l. ſi ſeruitus. §. futuro. ¶ Sol. Dic quod
dignitati, que nondum eſt, non datur priuilegium: ſed hic preſta
tur authoritas conſtituendi dignitatem, et declarandi que priuile
17 gia debeat habere in conſtitutionis actu. ¶ † Cum glo. ſeq. oppo.
quod ad preiudicium poſſit epiſcopus cum capitulo conſtituere
nouam dignitatẽ in eccleſia. xii. queſtione. ii. hone rei. de dona. apo
ſtolice. ¶ Sol. Sine preiudicio enormi poteſt epiſcopus cum capi
tulo: ſed cum enormi non poteſt. Vel dic, epiſcopus ad preiudiciũ
rerum epiſcopalium bene poteſt aliquid edificare, vel conficere,
quando eſt leue, non quãdo eſt enorme. ¶ Ad preiudicium autem
alterius inferioris non poteſt, etiam cum leui, niſi iuſta cauſa in
teruenientе. quod not. ¶ Poteſt ergo cum cauſa ad preiudicium
leue, ſine cauſa poteſt, dum tamen abſq; preiudicio. Per quod iſti
ſemper preſupponunt poſſibile fore creationem dignitatis abſq;
preiudicio: non attendunt ergo preiudicium honoris: quia non fo
18 ret poſſibile illam creari abſq; alicuius preiudicio. ¶ † Oppo. ſer
uandam conſuetudinem metropolitanam. xii. diſt. de his. ¶ Sol.
Si conſuetudines ſint in aliis eccleſiis propinquis, ſeruande ſunt
ille: alias recurritur ad metropoliticam. Dic quod imo ad illas,
per quas melius poteſt abſq; preiudicio: vt dicit tex. et contrarium
19 loquitur in ſacramentis miniſtrandis. ¶ † Oppo. quod debeat at
tendi quod dignitas ſit mediocris, vel minor. ff. de edil. edi. ſciendum.
§. illud. Sol. Talia attenduntur, quando aliter non certificatur ex
mente ſcribentis: igitur cum de mente non ſit alteri preiudicare,
20 potius illa attenditur, per quam minus preiudicatur. ¶ † Glo. vl
tima colligit notabilia, inquantum dicit recurrendum ad conſue
tudinem generalem vicinarum. ¶ Dicit Vin. ſ. c. fin. quod prius
recurritur ad ius commune. Secundo ad conſuetudinem genera
lem, vel ſpecialem illius loci. Tertio ad conſuetudinem vicinorum
locorum, ſi eſt vniformis. ſ. de cenſ. eccleſiis. Alias ſequenda eſt cõ
ſuetudo loci, que minus nocet, vt hic, et de cenſi. ex parte. Omnibus
deficientibus, locum habet. xx. diſt. de quibus. ſecundum Vin.
Antonius de Butrio.

1 ☞ Conſuetudo qua prelatus ſine ſuperioris licẽtia prelaturam
dimittere poteſt, non valet.
2 Exemptio monaſterii quibus verbis inducatur.
3 Exemptus non poteſt propria authoritate ad aliam dignitatem
tranſire.
4 Legatus de latere poteſt dare licentiam in aliud monaſterium
tranſeundi.
5 Delinquere proprie quando quis temeritate dicatur.
6 Licentia quando debeat precedere conſenſum.
Licentiam petere, licet non obtentam, quando ſufficiat.
7 Electio, et confirmatio, ad que ſe habeant, et quis poſſit eligere.
8 Eligi an poſſit ad aliam eccleſiam pape immediate ſubiectus.
9 Pronuntiatus quomodo ſe poteſt excuſare.
10 Conſuetudo non poteſt quod licentiatus poſſit tranſire abſq; li
centia, nec ſupplet licentie defectum. nu. 11.
12 Ius declaratorium habens conſuetudinem oppoſitam non trahi
tur ad preterita.
13 Conſuetudo in peccatis non excuſat, inducit tamen faciliorem po
teſtatem diſpenſandi. nu. 19.
14 Conſenſus vbi per modum licentie exigitur, oportet etiam cõſen
ſum ſuper actu procedere.
15 Eligi poteſt alligatus inferiori dignitati, etiam exemptus. 20.
Matrimoniale vinculum eſt proprie inter epiſcopum et eccleſiam.
16 Conſuetudo, qua quis de vna eccleſia ad aliam tranſit, reproba
tur.
17 Electus non poteſt ante confirmationem adminiſtrare.
18 Conſuetudo antiqui iuris declaratoria an trahatur ad preterita.
21 Conſuetudo contra iura non valet.
22 Epiſcopus tranſiens ad aliam eccleſiam propria authoritate, ca
ret vtraq;.
23 Conſtitutio iuris antiqui declaratoria non trahitur ad prete
rita.
24 Epiſcopus quando poſſit ante confirmationem adminiſtrare.

1 **Cum venerabilis.** † Non valet con
ſuetudo, per quã
prelatus ſine ſuperioris licentia prelaturam dimitte
re poteſt. hoc dicit. ¶ In prima ponit temerariam
tranſlationem tranſlati. In ſecunda tranſlati excuſationem. In
tertia excuſationis reprobationem. Secunda ibi: poſtmodum.
2 Tertia ibi: cum igitur. ¶ † Not. quod per hec verba Recipimus
tale monaſterium vt Romane eccleſie ſpeciale, inducitur exem
ptio: de his, et ſimilibus verbis. ſ. de priuileg. ſi papa. libro ſexto.
3 ¶ † Secundo nota exemptum etiam vltramontanum ad aliam di
gnitatem propria authoritate tranſire non poſſe, quando in illis
partibus eſt generalis legatus de latere, a quo poteſt licentiam
tranſeundi petere. nec etiam poteſt in dignitate, ad quam eſt ele
ctus, ante confirmationem adminiſtrare: vt ſit limitatio. c. nihil.
4 infra de electi. ¶ † Tertio nota legatum de latere poſſe confirma
re, et dare licentiam in aliud monaſterium trãſeundi inferiori pre
lato epiſcopo etiam exempto. Ad hoc ſupra eodem. quãto. ad hoc
5 de electi. ſi abbatem. libro ſexto. ¶ † Nota quarto, quando quis di
citur proprie delinquere ex temeritate: quia quando aliquid agit,
quod non poteſt, et ſic delinquit vltra limites poteſtatis licentia
nõ petita, poteſtatem, et operationem vltra limites poteſtatis ex
tendendo, imo et ex preſumptione tunc delinquere dicitur. ſupra ca
pitulo quanto. quando agit quod nullo modo poteſt, et quod ad ſu
6 periorem ſpectat. ¶ † Item not. quod vbi exigitur conſenſus per
modum licentie, oportet quod licentia precedat. Et pondera, quia
vt tranſeat electus ad aliam dignitatem, non ſufficit petitio licen
tie niſi obtineatur, licet quandoq; ſufficiat petere. de regu. licet.
7 ¶ † Nota ex forma et verbo Confirmatur, quod alligatus inferiori
dignitati epiſcopali poteſt eligere: nam electio ſe habet ad confir
mationem, et confirmatio ad eccleſiam, non proprie ad poſtulatio
8 nem: vt notatur de poſtul. gratum. et capit. bone. primo. † Et quod
immediate ſubiectus pape etiam poteſt ad aliam eccleſiam eligi:
licet Hoſtien. teneat contra, in Summa, de poſtula. prela. §. ſit po
ſtulandum. verſicu. ſi queras. alleg. de poſtula. prela. capitulo fina.
9 ¶ † Nota quomodo poteſt ſe excuſare pronuntiatus. † Et nota
10 quod conſuetudo non poteſt quod licentiatus trãſire poſſit abſq;
licentia: et ſic non ſupplet defectum licentie in poteſtate tranſeun
di, nec defectum confirmationis in poteſtate adminiſtrandi. Ad
11 hoc quod not. de electi. tranſmiſſam. ¶ † Nota quod conſuetudo
dans poteſtatem ſubiecto in his, in quibus expectatur ſuperioris
licentia, quaſi irrationabilis, velut obedientiam infringens, non
12 valet, nec eſt ſeruanda. ¶ † Nota hic apertum, quod ius declara
torium habens conſuetudinem oppoſitam, et irrationabilem, non
trahitur ad preterita. Dixi de conſtitu. capitu. fina. Sed hec eſt
ratio: quia papa ſic exprimit, eo quia cum preteritis ex gratia diſ
penſauit. Ad hoc de. ſ. de elect. et vide quod dixi de conſtitu. capit.
13 fina. ¶ † Not. glo. ſecundam quod licet conſuetudo non excuſet in
peccatis, inducit tamen faciliorem poteſtatem diſpenſandi. Ad
hoc de diuor. gaudemus et de conſang. et affini. c. a. quod ſuper his.
14 ¶ † Not. quinto, quod vbi conſenſus exigitur per modum licen
tie ad actum, oportet conſenſum ſuper actu precedere. Vide quod
15 not. in. c. cum conſuetudinis. ¶ † Not. quod alligatus inferiori di
gnitati epiſcopali, etiam exẽptus, poteſt eligi, et ex neceſſitate non
debet

debet poſtulari. Patet hoc in verbo Uel cõfirmationem: quia con
firmatio ſe habet proprie ad electum: vt no. ſ. de electio. cum terra.
⁊ c. cum monaſterium de Pellicia. ⁊ not. de poſtu. prela. gratum.
quod eſt contra Hoſtien. in Summa de poſtula. prela. §. ſi quis ſit
poſtulandus. ver. ſed queras. Tene menti iſtum tex. Et ſic modus
procedendi eccleſie pro poſtulatione ſolum habet locum in alliga
tis dignitati epiſcopali: vt not. ſ. tien. ſ. c. fin. ſed modus prouiden
di per electionem habet locum in alijs inferioribus eccleſie alliga
tis, etiam ſi ſit pape immediate ſubiectus: licet Hoſti. in hoc con
tra in loco preallega. Et eſt ratio, quia proprie inter epiſcopum, et
eccleſiam, eſt vinculum matrimoniale, quod non eſt proprie in in
16 ferioribus: vt not. in dicto. c. fin. ſ. titu. i. ¶ †Nota quod reproba
tur conſuetudo, per quam conceditur quod ſine licentia quis poſ
ſit de vna eccleſia ad aliam tranſire: quia talis conſuetudo, vt ſol
17 uens obedientiam, eſt irrationabilis. †Item conſuetudine induci
non poteſt, vt electus ante cõfirmationem poſſit adminiſtrare. Et
18 ſic hic eſt caſus quod not. ſ. de electio. tranſmiſſam. ¶ †Nota quod
conſuetudo antiqui iuris declaratoria habens cõſuetudinem etiã
irrationabilem appoſitam, non trahitur ad preterita, quando in
conſtitutione aliquod verbum apponitur reſpiciens futura, vt eſt
19 verbũ De cetero. Ad hoc de ſponſa. duorum. c. ſi. ¶ †Not. glo. ij.
quod licet conſuetudo non excuſet in peccatio, inducit tamen faci
liorem poteſtatem diſpenſandi. Ad hoc de diuor. gaudemus. de
conſang. ⁊ affi. quod ſuper his. ¶ Oi habetis declaratam iſtam
20 decre. quantum ad literam. ¶ †Uenio ad alia, ⁊ oppo. quod non
tranſeat abſq; licentia pape. de tranſla. prela. per totum. ¶ Solu.
Dic quod alligatus dignitati epiſcopali non poteſt tranſire ſine
licentia pape, vt in contrario. Uel dic quod legatus habebat ad
hoc authoritatem ſpecialem a papa. Sed dic quod hoc eſt falſum:
quia abſq; pape authoritate a legato poteſt licentiari, ⁊ confirma
21 ri. de electio. ſi abbatem. libro. vi. ¶ †Oppo. quod valeat conſuetu
do contra ius. ſ. c. fin. de cogna. ſpiritual. ſuper eo. ¶ Solu. Con
tra iura tenentia obedientiam, vnionem, ⁊ eccleſiaſticam diſcipli
nam, ⁊ publicam vtilitatem, non valet, vt hic: alias ſic, vt in cõtra
rio: ⁊ eſt cauſa, quia non eſt rationabilis, quia non congruit diſci
22 pline, ⁊ ſalati. ſ. diſtin. conſuetudo. ¶ †Glo. i. oppo. quod vtraq; fo
ret priuandus. vij. q. i. epiſcopus. de tranſla. epiſcopi. quanto. Sol.
Hic nõ dicitur an fuerit toleratus, vel repulſus: ſed forte propter
23 conſuetudinem fuit toleratus. ¶ †Not. glo. quod conſtitutio an
tiqui iuris declaratoria, etiam habens antiquam conſuetudinem
appoſitam, non trahitur ad preterita, etiam dato quod conſuetu
dinem diſponat. Sed hoc intellige verum, quando papa exprimit
aliqua verba, per que tacite pateat de diſpenſatione preterita. Ad
hoc de ſponſa duorum. c. ſi. ⁊ dig. de conſtitu. c. fin. Iſtam hic profert
cum verbo De cetero. Ex quo ergo preterita tacite diſpenſat: ad
hoc glo. de poſtu. prelato. c. i. libro. vi. Unde dato quod irrationabi
lis conſuetudo non proficiat ad vtilitatẽ, alias validitatem actus,
proficit tamen quo ad inducendam facilitatem diſpenſandi. Ad
24 hoc de conſang. ⁊ affi. quod ſuper his. ¶ †Oppo. quod prelatus
exemptus remotus poſſit adminiſtrare ante confirmationem. ſ. de
electio. nihil. Gloſſ. fatetur hodie quando eſt remotus valde. Dic
quod conſuetudo nõ poteſt tribuere poteſtatem tranſeundi abſq;
licentia, nec adminiſtrandi, abſq; confirmatione. Hoc tantum po
teſt priuilegium pape, vt Ciſtercien. ⁊ hoc propter fiduciam, quam
habet de eis. Et hoc ibi Archi. de prebend. cum, qui. libro. vi. Nec
procedit quod dicit glo. vt poſſint adminiſtrare propter abſentiã:
quia. c. nihil. procedit quando ibi non eſt preſens, qui poſſit confir
mare, ſicut hic erat legatus, ſecundum Hoſtien. Compo. Abba. ⁊
Egi. Ad hoc quod not. Inno. de elect. bone. iuxta principium. Jo.
And. item. c. nihil. procedit in eo, qui habet ſolum defectum confir
mationis: hic concurrebat duplex defectus, ſcilicet cõfirmationis,
⁊ vinculi prime eccleſie, cui erat alligatus, a qua non licebat tranſ
ire abſq; licentia alterius ſuperioris: vt patet de tranſla. prela. ⁊ de
poſtula. prela. per totum.

1 ¶ Conſuetudine poteſt induci quod vna eccleſia de collegio al
terius teneatur prelatum eligere.
2 Eligi poteſt monachus in monaſterio, in quo eſt profeſſus.
3 Monachus habet ius proſequendi electionem de ſe factam.
4 Toleratus qualiter quis ſufficienter probetur.
5 Uacante eccleſia poteſt capitulum litigare ſuper iure eligendi.
6 Sententia in vno iudicio lata an profit ad excipiendum in alio.
7 Electio ſpectat ad corpus eccleſie collegiate.
8 Libello poſſunt ſimul accumulari commune ⁊ priuilegium.
9 Eligendi libere facultas conceſſa qualiter intelligatur.
10 Negatiuam quando quis poſſit in ſuo libello deducere.
11 Epiſcopus quando poſſit ſtatuere contra ius commune.
12 Patroni non poſſunt ſuper iure eligendi diſponere.
13 Eccleſia quando poſſit ſe erigere in eccleſiam collegiatam.
14 Electio ſienda de gremio alterius eccleſie, vbi ſiat.
15 Electionis appellatione comprehenditur actiua ⁊ paſſiua.
16 Electio quod ſit penes talem eccleſiam, poteſt tripliciter intelligi.
17 Statuta quandoq; poſſunt late intelligi, vt alteri non preiudi
cent.
18 Conſuetudinis officium quid poſſit.
19 Diſpoſitio contra conſuetudinem nutrientem ius priuatum caſ
ſanda eſt.
20 Suſpenſio maior priuat a poteſtate actiua ⁊ paſſiua.
21 Statutum exhibitans intelligitur in dubio ne preiudicet alteri.
22 Electionis appellatione comprehenditur confirmatio.
23 Conſuetudo non omnis preiudicat iuri communi.
24 Conſuetudo dans ius eligendi in alia eccleſia, qualis eſſe debeat.
25 Liberam facultatem habens, quid poſſit.
26 Eligendi ius paſſiue eſt liberum.
27 Preſentatio cadit in eccleſiam, cui prouidetur via electionis.

1 Cum dilectus. ¶ †De cõſuetudine po
teſt induci quod vna ec
cleſia de collegio alterius teneatur prelatum eligere.
hoc dicit. Quinq; ſunt partes. Prima ponit electio
nis duplicem queſtionem. Secunda allegationem pro electo, ibi:
idem. Tertio, reſponſionẽ pro electo, ibi: dictus. Quarto, vnius
queſtionis diffinitionem, ibi: quia nobis. Quinto, cum diſtinctio
ne, ⁊ declaratione alterius deciſionem, ibi: ceterum. Uel due ſunt
partes. Prima narrat duplicem queſtionem cum partium allega
tionibus. Secunda vnam diffinit, alteram diffiniendam commit
2 tit. ¶ †No. primo quod monachus poteſt eligi: ⁊ quando eligitur
3 ad idem monaſterium, in quo eſt profeſſus, non eſt dubiũ. ¶ †No.
ſecundo quod monachus licet nõ habeat proprium, habet tamen
ius proſequendi electionis proprie, quando eſt in abbatem electus
⁊ hoc abſq; alio mandato poteſt, principaliter ſuper proprietate
iuris eligendi litigare ad preiudicium eorum, ad quos ſpectat ele
4 ctio. ¶ †Et nota quod ad concludendum quem toleratum, non
ſufficit concludere quod gerat ſe pro electo: poſſet enim ſe gerere, ⁊
5 ab alijs non reputari: ⁊ vide de electio. nihil. ¶ †Not. tertio quod
vacante eccleſia poteſt capitulum litigare ſuper iure eligendi: ⁊ eſt
vnus caſus, in quo queſtio eccleſie poteſt tractari vacante eccleſia:
licet regulariter ſit ſecus. Et eſt cauſa: quia cõmuniter tales que
ſtiones plus occurrunt vacãte ſede, quam plena: ⁊ neceſſitas etiam
dat ſuper talibus litigandum. Uide quod not. de reſcrip. ex doceri.
6 de reſtitu. in integ. c. ij. †. Et not. quod quandoq; partes principa
liter aſſumunt litigium ſuper eo, ſententiam autem ſuper deducto
per modum cauſe, ſententia obſtet, ſi illud in alio iudicio principa
liter deducatur. Scribit Innocen. in. c. cum eccleſia. ⁊ ſic quod dici
tur ſuper incidenti, vel emergenti, pronuntiandum eſt verum, quã
do illam partes proſequuntur vt incidentem: ſecus ſi ſuper eam
7 principaliter diſputationem aſſumunt. ¶ †Nota quarto quod de
iure communi electio actiue ⁊ paſſiue videtur ſpectare ad corpus
eccleſie collegiate vel conuentualis. De actiua non eſt dubium. ſ.
de elect. c. primo De paſſiua hic videtur caſus, de quo. ſ. de electio.
8 cum eccleſia. Ueritas eſt quod paſſiua eſt libera, vt hic. ¶ †Nota
quinto quod in eodem libello poteſt ſimul accumulare commune
9 et priuilegium De quo de preſcriptionibus. veniens. †Et nota
quod priuilegium concedens liberam facultatem eligendi, intelli
gitur ſine alterius preiudicio, vt reſtringatur ad electionem acti
uam, non ad paſſiuam, ſi ad alium paſſiue electionis ſpectat ius eli
10 gendi. †Et not. quod in libello poteſt quis deducere negatiuam,
⁊ eam ſatagere, maxime quando confirmatur concurſu iuris com
munis: ⁊ ſic negatiua, vel negatiua poſitio ſatagens, probabilis
eſt inſpectione priuilegij: ⁊ ſic articulus ſatagens negatiuam ad
11 mittitur, qui habet concurſum iuris. ¶ †Uenio ad verſic. dictus
vero. Nota primo quod epiſcopus poteſt tempore fundationis ec
cleſie in ipſo iure curando ſtatuere, ⁊ ſtatuta contra ius commune
diſponere, in aliquo ius determinando ſuper illo iure eligendi: et
ſic valet ſtatutum epiſcopi diſponens aliquod contra ius commu
ne, quando directo in totum non detrahit: ſecundum determinat
12 in aliquo ius commune, de quo de officio. archipreſby. c. i. †Et no
ta quod patroni ſuper ipſo iure eligendi, etiam ſi eccleſiam con
ſtruant collegiatam, non poſſunt aliquid diſponere de iure prouì
13 dendi in eccleſia collegiata abſq; epiſcopi conſenſu. ¶ †Not. ſecun
do eo quod eccleſia pullulat, ⁊ in ſuſtentatione plurium, poteſt ſe
ipſam erigere in eccleſiam collegiatam, ⁊ ſibi cõſtituere prelatum:
⁊ videtur quod hoc poſſit facere etiam ſine conſenſu patronorum.
Sed de hoc dic vt de iure patro. c. nobis. Et eccleſia inferior poſ
ſit erigere collegiatam: vt de exceſſibus prelato. dilecta. Unde hoc
intellige, quando eſt de conſenſu eccleſie, ⁊ patronorum, ⁊ epiſcopi,
14 vt hic in principio ſui. ¶ †Not. hic quod vbi electio eſt facienda de
gremio alicuius eccleſie, locus electionis faciende, vel locus, a quo
quis aſſumi debet, non capitulum, ad quod ſit aſſumptio, ſi forte
15 hoc habebat priuilegium. ¶ †Nota tertio quod appellatione ele

ctionis lato ſumpto vocabulo cōprehenditur electio actiua, ꝛ paſ-
ſiua, ꝛ confirmatio eius, eſt finis electionis: ideo in genere eſt pars
16 electionis. Unde hec verba, † Electio ſit penes talem eccleſiam:
poſſunt tripliciter intelligi. Uno modo ſtrictiſſime aſſumitur de
actiua. Secundo modo magis late, ꝛ includitur paſſiua. Tertio
modo latiſſime. ꝛ includitur etiam cōfirmatio. Hec autem verba,
Electio ſit penes locum, vbi debet fieri electio, ꝛ penes alium lo-
cum, poteſt intelligi vt ſit penes actum, in quo debet fieri electio, ꝛ
paſſiue penes alium locum: ꝛ hic malus intellectus, quia in hoc
ſtatutum obuiaret iuri, ꝛ tangeret preiudicium tertij. Secundo
poteſt intelligi, Electio ſit penes Andreā. ꝛ Caroſeā. ꝛ vt capitu-
lum ſimul iūgatur ad actum electionis. Et adhuc hic eſſet malus
intellectus: quia ſtatutum obuiaret iuri communi. c. ſ. ¶ Poteſt
tertio intelligi quod electio ſit penes. Andreā. ꝛ Caroſeā id eſt,
quod huius electionis pars principians ſpectet ad Andreā. vt
ſpectent de iure actiue, ꝛ paſſiue, ꝛ penes Caroſeā. quo ad finale pa
ctum. ſ. confirmandi. Et hic eſt melior intellectus, quia per hunc
minus preiudicatur iuri, ꝛ per hunc minus ledit ius tertij, ꝛ pre-
iudicatur ſolum ſtatuenti. Ex his videtur quod ſtatutum, quod
ſonat contra ius commune, debet limitari, ꝛ inquantum poteſt, re
ſtringi ad ius, vt, quanto minus poteſt, ledat ius commune. Se-
cundo, ex altera parte debet limitari, ꝛ reſtringi, vt, quāto minus
poteſt, ledat ius tertij in preiudicium ſtatuentis, quam in preiudi
cium tertij, nō quod concludat ius eligendi actiue, vel paſſiue par
tes Caroſeā. preiudicaretur ius tertij. Sed quod concludat ius
confirmandi, cōprehendit ſolum epiſcopi preiudicium: ꝛ ideo con-
tra eum ampliatur, ex quo datur limitatio. Quotidie dicimus ſta
tuta contra ius reſtringi: quia hoc verum ad preiudicium tertij:
ſed quatenus tangunt preiudicium ſtatuentis, intelliguntur late.
Sic ꝛ in priuilegijs ſtricte intelliguntur ad preiudicium tertij: ad
preiudicium autem ſtatuentium intelliguntur late, quia illo reſpe
17 ctu dicitur beneficium. ¶ † Item no. quarto quod verba ſtatuti ſic
debent intelligi, etiam verbis improprijatis, ꝛ latiſſime intellectis,
ne alteri preiudicetur. Ad hoc optimus tex. in repet. ſ. de offi. dele.
c. ſuper eo. ¶ Ex quo nota mirabile, quod verba prolata a ſtatu-
to, licet regulariter debeant in ſtricta ſignificatione intelligi, hoc
procedit, quando ex ſtricta reſtringitur preiudicium tertij. Sed
vbi ex ſtricta ampliantur in preiudicium tertij, potius verba in-
telliguntur etiam in latiſſima ſignificatione, ne tertio preiudicet,
ꝛ preiudicet ſtatuenti. Nam non eſt dubium quod appellatione iu
ris eligendi non comprehenditur in ſtrictiſſima ius confirman-
di, ſed bene latiſſime, ꝛ improprie. Et eſt bene notandum ꝛ contra
ius commune loqui quo ad verba, ſed menti conſonat communis
locutionis. nota bene. Uide ſimile, quod verba priuilegij, ꝛ reſcri-
pti latiſſime intelliguntur, ꝛ omnino verbis improprijatis, vt ter-
18 tio non preiudicentur. ſ. de officio dele. ſuper eo. ¶ † Not. quin-
to vnum officium conſuetudinis, quia operatur ꝛ declarat intelle-
ctum, quandoque iudicium dubij, quandoque ſtatutum: ꝛ ſic conſue-
tudo non eſt ſuperuacua diſponens id, quod ius, vel ſtatutū, quan
do ſtatutum in ſe dubium eſt. Ad hoc. ff. de legi. l. de quibus. dicit
19 de reſcriptis. c. ſ. ff. de legi. l. minime. ¶ † Nota ſexto quod factum
contra ſtatutum, aut conſuetudinem, que nutrit ius priuatum, ve
nit caſſandum: per quod videtur quod non ſit nullum: poteſt ta-
men quandocunque caſſari, quia non tranſit in rem iudicatam ex
quo actus extraiudicialis eſt. de electio. conſideramus. ꝛ c. quod
20 ſicut. ꝛ not. de conſti. cum omnes. ¶ † Uenio ad ver. quia not. pri-
mo quod ſuſpenſio priuat quem poteſtate actiua ꝛ paſſiua: ꝛ ſic ſu-
ſpenſus nec eligere, nec eligi poteſt: ꝛ facta ſecus electio caſſatur.
21 ¶ † Ex verſi. ceterum. nota quod ſtatutum exorbitans debet intel
ligi in dubio, ne preiudicet ꝛ iuri communi, ꝛ etiam iuri priuilegia
to: ꝛ ſic excluditur ab eius dubio intellectu ꝛ preiudicium iuris cō
22 munis, ꝛ ſpecialis. quod not. ¶ † Nota ſecundo quod appellatio-
ne electionis in latiſſima ſignificatione comprehenditur confirma
tio. Et not. quod pars poſſit ad ſententiandum moueri ex quo, de
quo conſtat ſibi ad commodum partis, licet pars illa iure non vta
23 tur. ¶ † Uenio ad verſi. mandamus. nota quod non omnis con-
ſuetudo preiudicat iuri communi: ꝛ qualis debet eſſe vt preiudi-
cet: vel etiam ſi ſumatur pro preſcriptione, habetur. ſ. capi. fina. de
cauſa poſſeſſio. cum eccleſia. ꝛ traditur plene in. c. ſ. ꝛ. ſi. de preſcri-
ptione. libro. vi. Et nota quod hoc eſt verum, ſiue conſuetudo ſit
ſola, ſiue fundetur ſuper ſtatuto quod interpretatur. Et ſic hic eſt
notabilis caſus quod conſuetudo obuians iuri, debet eſſe preſcri-
pta. Quod intelligunt docto. ſpatio quadraginta annorum. ꝛ pro-
bat text. hic, qui exigit talem, quod obuiet iuri non ſolum quando
conſuetudo aſſumit officium diſpoſitionis principalis contra ius
ſed etiam quando aſſumit officium interpretationis ſtatuti, vel al-
terius diſpoſitionis contra ius. Omnino vide do. de Rota in ſua
24 vltima conclu. quorum dicta recitat abb. ſ. capitulo fina. † Et no. hic
quod electio actiue aut paſſiue fiat de alio monaſterio, eſt contra
ius commune: ꝛ ſic quod olij de alia eccleſia habeant vocem in ele-
ctione, eſt contra ius commune. Quod nota pro illis, que dicuntur
in. c. cum eccleſia. ſ. de cauſa poſſeſſio. Et noto quod ad acquiſitio-
nem iuris eligendi in alia eccleſia, requiritur quod conſuetudo ha
25 beat qualitates, ex quibus iuri communi preiudicetur. † Nota ſe-
cundo quod per hec verba Habeas liberam facultatem: datur fa
26 cultas, ꝛ libertas quo ad illa, que ſunt ſub regula iuris. ¶ † Nota
text. quod de iure communi: ꝛ ita tenent docto. ius eligendi paſſiue
eſt liberum in eccleſia, quia in eorum eſt facultate an eligant de ea-
dem eccleſia, an aliunde. al. i. vel aliunde, ꝛc. ꝛ de hoc de electio. cum
27 eccleſia. ꝛ capitulo. cum inter. ¶ † Et not. quod etiam actus preſen
tationis cadit in eccleſiam, cui prouidetur per viam electionis, ſci
licet quia poſt electionem ſit preſentatio illi, qui habet confirma-
re. Et bene nota.

1 ☞ Conſuetudine vna eccleſia tenetur prelatum de alia eligere.
2 Electio quelibet tres habet partes.
3 Eligendi ius pertinet ad capitulum iure communi. nu. 10.
Electionis confirmatio pertinet ad epiſcopum.
4 Conſuetudo vt valeat, qualis eſſe debeat.
5 Monachus habet poteſtatem agendi pro iure ſue electionis. 6.
7 Capitulū, ſede vacante, poteſt queſtionem agitare ſuper proprie-
tate iuris eligendi in eccleſia.
8 Priuilegium cōcedens liberam facultatem eligendi, intelligitur
ſine alterius preiudicio.
9 Negatiua quando in libello deduci poſſit.
10 Electionis poteſtatem poteſt epiſcopus tribuere alteri eccleſie.
Epiſcopus facere ſtatuta contra ius quando poſſit.
11 Eccleſia creſcens in plurium ſuſtentationem poteſt erigi in con-
uentum.
12 Electio facienda de gremio alterius eccleſie, vbi ſiet.
13 Electionis appellatione comprehenditur electio, ꝛ confirmatio.
14 Statutum plurium intelligibile debet reſtringi ne ledat ius. 15.
16 Statuti verba qualiter intelligenda.
17 Statuta an poſſint interpretari quandoque ſecundum conſuetu-
dinem.
18 Conſuetudo quando debeat eſſe preſcripta. 21.
19 Suſpenſio priuat quem eligendi poteſtate actiua ꝛ paſſiua.
20 Ius quod excipiatur a ſtatuto plurium intelligibili.
22 Eligendi ius liberum actiue ꝛ paſſiue ad quem ſpectet.
23 Eligendi ius vbi habent extrinſeci, eſt contra ius commune.
24 Libera facultas ad certum quid, qualiter limitetur.
25 Eligendi ius paſſiue eſt de iure communi liberum in eccleſia.
26 Ius alterius in iudicium nemo deducere poteſt ſine mandato.
27 Eligendi ius ſpectans ad eccleſiam non poteſt ſede vacante tra-
ctari.
28 Eligendi ius poteſt incidenter diſceptari vacante ſede.
29 Capitulum vacante ſede non habet defendere iura epiſcopi.
34 Interpretatio non cadit ſuper claris, ꝛ apertis.
35 Statuta recipiunt interpretationem reſtrictiuam ad limites iu-
ris.
36 Eligere prelatum altera eccleſia quando poſſit.
37 Statuere contra ius commune in genere non poteſt epiſcopus, ꝛ
in preiudicium tertij.
38 Electio an fieri poſſit in alio loco prelature. 45.
39 Pacto non tolluntur ea, que ſunt iuris publici.
40 Preſcribi non poteſt ius eligendi ſine titulo, ꝛ bona fide.
41 Statuere quatenus poſſit epiſcopus contra ius. 42.
43 Epiſcopus poteſt eccleſiam alteri ſubijcere, ſicut vnire.
44 Eligendi ius poteſt ex conſuetudine paſſiue queri.
46 Preſcriptio contra ius commune coniuncta bona fide requirit
titulum.
47 Conſuetudine contra ius commune inducta poteſt quis ſibi que-
rere.
Uſus pro titulo habetur.
48 Preſcriptio quando deroget iuri communi.
49 Conſenſus preſumitur, quando queſtio non refertur.
50 Conſuetudo quid operetur circa electionem.
51 Electionis ius non transfert epiſcopus conſuetudine.
52 Statuti intellectus an conſuetudine poſſit extendi.
Conſuetudo preſcripta eſt dubij iuris interpretatiua.
53 Sententiare non poteſt iudex ſuper non deducto.
54 Iudex, ad quem confirmare ſpectat, poteſt ex officio ſupplere.
55 Iudex quando poteſt ex officio ſuper non deductis ſententiare.
56 Suſpenſus non priuatur poteſtate iuriſdictionem exercendi.
57 Suſpenſus an habeat aliquam poteſtatem in iuribus eccleſie.
58 Suſpenſus priuatur poteſtate ſacramenta ſuſcipiendi.
59 Suſpenſus minori ſuſpenſione non priuatur voce electionis.
60 Eligendi poteſtas in canonico vel monacho vnde dependeat.
61 Suſpenſus ſiue maiori, aut minori ſuſpenſione, non poteſt eligi.
62 Electio ad canonicum ex priuato officio ſpectat.

Excom

63 Excommunicatus occultus poteſt in capitulo vocem dare.
64 Suſpenſus an poſſit excommunicare vel ſuſpendere.
65 Iuriſdictionalis poteſtas quare tollatur per ordinis ſuſpenſionem.
66 Suſpenſus an poſſit beneficia conferre.
67 Beneficium an poſſit conferri ab incapace ordinis.

Cum dilectus. Hoc eſt vnum ſolenne capitulum in tex. ⁊ in materia: ⁊ habet vnam materiam in gloſſa que vbiqz, vbi
tangitur, intricate ponitur: vnde non proſequor punctualiter, ⁊ pendenti, ſeu ad litere corticem, ſed ad intellectum. In
1 ſumma autem dicit hec notabilis decre. † De conſuetudine poteſt
induci quod vna eccleſia teneatur prelatum de alia eccleſia eligere.
hoc dicit. ¶ Et ſunt quinqz partes ſecundum Hoſtienſem. In prima ponit electionis duplicem queſtionem. In ſecunda pro electo
allegationem, ibi: idem. In tertia contra electum reſponſionem,
ibi: dictus. In quarta vnius queſtionis diffinitionem, ibi: quia nobis. In quinta cum diſtinctione, ⁊ declaratione alterius deciſionem, ibi: ceterum. Ioannes Andreas diuidit aliter, ſcilicet in duas
partes principales. In prima narrat duplicem queſtionem cum
partium allegationibus: ⁊ primo ponit allegationes pro electo: ſecundo contra electum. In ſecunda parte vnam queſtionem diffinit: aliam diffiniendam committit. Secunda ibi: quia. ¶ Or habetis
2 diuiſionem, ⁊ ſummarium. ¶ † Pro aperiendo intellectum decre.
premitto euidentialiter vnum tantum, ſcilicet quod quelibet electio habet tres partes, ⁊ quelibet pars late poteſt dici electio. Habet enim partem actiuam ex parte eligentium. Item paſſiuam ex
parte electorum, quaſi electionis finis: vel dicitur ex parte actiua
electio late, prout comprehendit confirmationem, etiam ex parte
paſſiua latiſſime, prout etiam confirmationem comprehendit.
3 † Item premitte quod communiter de iure communi ius eligendi
pertinet ad capitulum, confirmatio ad epiſcopum: ſed prout eſt
electio ex parte paſſiua, ſemper eſt libera: quia poteſt fieri ex quabet eccleſia, ⁊ de iſta, ⁊ de illa, ⁊ de alia: ⁊ adhuc ſemper recurrimus ad hanc decre. De quo tamen dic vt hodie habetur in clementina. i. ne electio. ¶ His ſic poſitis venio ad caſum in terminis in
decre. iſta. In tex. ibi: litigarent: ⁊ ſic ſuper duobus capitulis erat
queſtio principaliter, ſcilicet ſuper iure eligendi. Item ſuper electione facta. In tex. ibi: liberam, ſcilicet actiue, ⁊ paſſiue. In tex.
ibi: pullularunt. ita quod erigeretur in collegiatam. In tex. ibi. penes fratres, ⁊c. Ex iſtis verbis orta eſt diſputatio. In textu ibi: et
ſ. deciditur quod allegabatur etiam electionem factam a ſuſpenſis. Et de ſuſpenſo, ⁊ qualiter debeat intelligi. infra patet. In tex.
ibi: poſſet. ſubaudi: debeat. In textu ibi: confirmato. ⁊ ſic confirmatio appellatione electionis continetur, ibi: que iuri communi,
4 ⁊c. ¶ † Nota bene qualis debet eſſe conſuetudo vt valeat: ⁊ predicte allegant iſtum tex. In tex. ibi: liberam habeat. ⁊ ſic actiue. Et ſtatim ſequitur de paſſiua: ⁊ ſic duas partes electionis liberas. Tertiam nota, ſcilicet de confirmatione. In textu ibi: preſentandum: ⁊
ſic dicta verba ſupra poſita, penes fratres, ⁊c. poſſunt habere triplicem intellectum: duo ſunt minus preiudiciales iuri communi, ⁊
iuri tertij: igitur eligitur tertius, qui eſt preiudicialis tantum
ſtatuenti. ¶ Primus eſt quod electio ex toto ſit penes monaſterium Caroſen. actiue ⁊ paſſiue. Secundus eſt, quod ſaltem paſſiue.
¶ Tertius, quod due partes electionis ſint libere penes monaſte
5 rii Andrien. Tertia, ſcilicet confirmatio, penes Caroſen. ¶ † Nota quod monachus habet poteſtatem agendi pro iure electionis
6 ſue, licet alias non habeat proprium. ¶ † Item nedum agere poteſt pro iure electionis, ſed etiam diſputare pro iure eligendi, in
7 quantum deducit ad validitatem electionis ſue. ¶ † Item capitulum, ⁊ conuentus, vacante ſede, poteſt agitare queſtionem ſuper
proprietate iuris eligendi in eccleſia: ⁊ ſic eſt caſus ſpecialis contra regulam, que habet, cauſas eccleſiarum non poſſe tranſire vacante ſede. infra ne ſe. va. per totum. Item quod ſuper deducto per
modum cauſe in iudicio ſi partes ſuper illo ſimpliciter diſceptationem aſſumunt, ſuper illo eſt de neceſſitate pronuntiandum. quod
nota, quia limitat id, quod habetur de ordi. cogni. capitulo primo.
⁊ vide tex. ⁊ Innocentium infra de cauſa poſſeſſionis. cum eccle
8 ſia. ¶ † Item quod priuilegium concedens libere facultatem eli
9 gendi, intelligitur ſine alterius preiudicio. † Item quod in libello
quis poteſt deducere ius ſatagens negatiuam, quando eſt fundata de iure communi, vel fundari poteſt priuilegio: ſecus ſi probare
velit tantummodo per teſtes. ſ. de cauſa poſſeſſionis. cum eccleſia.
10 ¶ Item ex verſicu. dictus. † nota quod epiſcopus tempore fundationis eccleſie poteſt tribuere poteſtatem electionis, ſiue actiuam, ſiue paſſiuam, corpori alterius eccleſie: ⁊ ſic quando ius eſt in
fieri, epiſcopus poteſt facere ſtatuta contra normam de iure communi electio ſpectat ad canonicos, ſeu monachos eiuſdem eccleſie:
vt probatur. infra de electio. capitulo primo. determinando iuris
originem, non ſecundum productionem iuris communis, ſed aliter diſtinguendo preter ius: hoc tamen facere non poteſt ſine pa
11 tronorum conſenſu eccleſie, aut fundantium eccleſiam. ¶ † Item
nota tex. quod vbi eccleſia pullulat, ⁊ creſcit in ſuſtentationem
plurium, poteſt eligi, ſeu erigi in titulum, vel conuentum. Quod intellige interuenientibus aliis requiſitis: vt infra de exceſſibus pre
l. nemo. qz legibus iudicatur. i. conſuetudine, q inducitur conſenſu
populi, q cōſenſus ſurrexit ex patientia. Et hoc tene licet quidam
dicant oportere cōſtare iudicē huius intentionis eſſe vt hoc in fu-
turum ſeruaretur: quod non placet Hoſtiē. ne auferatur probādi

copia.C.de hereti.quoniam.⁊ de teſti.l.curent. Si ergo dicat ita
pronunciandum,quia alias ſic pronunciatū eſt,male inducit.Sed
dicere debet.ſic pronunciandum:quia ſic eſt conſuetum,ſeu aſſuetū
27 ex pronuntiationibus aliis. ¶ †Ex hoc deciditur,an exigat qđ
ſit in contradictorio iudicio obtenta.Et videtur quod ſic:vt.l.cū
de conſuetudine.ff.de legi.ver.ſi de conſuetudine agitur. Primo
inſpiciendum eſt an in cōtradictorio iudicio ſit obtenta:quod quidam
ſic intelligunt,vt exigatur reuocatum eſſe in dubium,an ſit de
hoc,vel fuerit conſuetudo:⁊ ſi fuerit obtentum de eo eſſe conſuetudinem,
altera parte contradicente,⁊ tunc inducetur conſuetudo,
aliter non. Ad hoc,quia hec ſententia declaratoria faciet ius quo
ad omnes. Per que dicunt vnicum tantum actum tunc ſufficere:⁊
erit ſpeciale hoc caſu,vt proſit res inter alios acta,⁊ noceat,vt.l.in
genuum.ff.de ſta.ho.dum tamen iudex non ſententiet per errorē,
nec corruptus.Ad hoc.ff.de iureiuran.l.eum,qui.§.in popularibus.
Gul.de Cu.tenet actu contradictorio non induci conſuetudinem,
ſed declarari.l.ſicuti.§.ſed ſi oneratur.ff.ſi ſerui.ven. Simon
dicit quod licet habeatur pro conſuetudine quo ad illum,ſi ſenten
tia ſit iniuſte lata,nō preiudicabit aliis.C.res inter alios acta.per
totum.Item quia non apparente aliquo iuſto contradictore pro
vniuerſitate:ar.ff.de colluſio.l.cum non iuſte. Si autē interueniat
legitimus contradictor,vt conſules,vel alii,nocet toti populo.ff.
de ſta.ho.l.ingenuum.⁊.l.cum de conſuetudine.ff.de legi.ſic eā intelligit.
Vel loquitur quando vltra vſum,ex quo datur populi con
ſenſus,obtenta eſt contradictorio iudicio:⁊ tunc probatur plenio
ri modo:quod poteſt.Butri.idem in.l.ii.C.que ſit long.con.quod
nullo modo per obtentionem in contradictorio iudicio inducatur,
ſed bene preiudicet ſententia inter illos,inter quos eſt lata,ſed non
aliis,per iura.ſ.allegata.Idem dicit in.l.de quibus.niſi dicatur
quod hoc verbum ſit de ſententiis,que faciunt ius.Puto quod ſi
lata eſt ſententia cum conſulibus,vel habentibus poteſtatē legis
condende,ita quod populo preiudicare poſſint,conſuetudo inducta
probetur:quinimo iudicatur non ex vi ſententie immediate,
ſed ex hoc quod populus acquieſcit tali ſententie,conſentire videtur
quod ſit conſuetudo.Et licet que declarent non inducant,eſt
verum immediate:ſed aliquid ex declaratione poteſt,⁊ ex patientia
declarationis,ex quo inducitur,vel a declarante non inducitur
ſed a patiente declaratum,ex quo tacite conſentit,inducitur.Si eſt
obtenta contradictorio iudicio,aliquo priuato agente,an inducatur:
puto quod inducta declaretur ad preiudicium eius,contra
quem eſt lata,ad preiudicium aliorum non.Et ſi actus ſententie eſt
talis,quem populus non pateretur in priuatum,niſi vellet illud pro
iure ſeruari:dico quod inducitur conſuetudo,qua requiritur tacitus
populi conſenſus,non tamen exigitur de neceſſitate,dummodo
aliter habeatur conſenſus,vt eſt dictum.Et hoc etiam concludit
Ioan.An.de verb.ſig.abbate.⁊ eſt communis opi. ¶ Ex his
deciditur dubitatio,an actus ſiue ſit iudicialis,ſiue extraiudicialis,
ſaltem vt inducat conſuetudinem,debeat habere cōtradictionem.
¶ Pone,ſeruatum eſt quod primogenitus ſuccedat,vel anti
quior optet,nunquam fuit contradictum:an ſit inducta conſuetudo?
Dicit Io.an.quod non:de verbo.ſig.abbate.C.que ſit long.cō
ſue.l.ij. ¶ In contrarium,quia lex inducitur ſine contradictione.
ff.de legi.l.i.ergo ⁊ conſuetudo:vt.l.de quibus.Iac.de Ra.dicit qđ
ſi apparet quod per illum vſum abſq; contradictione voluit inducere,
inducit̄:ſi nō apparet,nō inducit̄.Pet.dicit qđ actus geſti ſine
cōtradictore inducunt conſuetudinem,vt ſunt geſti,vt quod geſtū
eſt poſſit in futurū geri.vbi non eſt apparet contradictor:⁊ de hoc
non eſt dubium.Item actus geſti inducūt conſuetudinem,vt acti
ue qui geſſerunt,⁊ ſimiles illis gerere poſſunt,inuitis illis,contra
quos eſt geſtum,vel ſimiles.Sed contra eos,qui geſſerunt,dicit̄ qđ
non inducitur conſuetudo,niſi ſit contradictum.Nam ſi ad molen
dinum tuum pluries iuero,te patiente,vel non contradicente,in
cipio preſcribere,⁊ poſſum preſcribere:ſi tamen me velles cōpelle
re,non potes,niſi aliquo caſu me nolente ire.me inuitum compelle
28 res:quia ex tunc incipis preſcribere ad compellendū me ire.†Sic
in propoſito,ſi longo tempore eſt ſeruatum qđ primogenitus ſuc
cedat,licet non fuerit contradictum,⁊ pluries ſeruatum quod anti
quior optet prebendam vacantem,licet non fuerit contradictū,in
ducitur cōſuetudo quod primogenitus poſſet eſſe heres:ſed pro hoc
nō poſſet eſſe conſuetudo vt antiquior inuitus optare compelleretur,
vel primogenitus etiam inuitus eſſet heres,ſecundum Petr.
¶ Pro hoc allegat Io.An.de ver.ſig.abbate.⁊ quod ibi not.⁊ de
cauſa poſ.cum eccleſia.Pet.allegat.l.ſi.C.de ſerui.⁊.l.vltimam.ff.
quemadmodum ſerui.amit.Gulie.idem,quando actus eſt omnino
in libertate agentis:quia non eſt intentio populi qđ hoc ſiat vt
pro iure.Dat exemplū in eunte ad molendinum:nam non poteſt
cōſuetudo induci quod quis compellatur ex hoc ſolo quod iuerit.
Allegat.ff.quemadmo.ſerui.amit.l.ſi.de aqua quoti.⁊ eſti.l.ſed ⁊ ſi
quis.§.ſi. ¶ Item qui veniendo vadunt per publicam viam,que libera
eſt.ff.de via pu.l.viam.Niſi ergo prohibitus ſit alibi ire,nō in
ducitur cōſuetudo.Allegat.l.i.C.de ſerui.⁊ aqua.⁊.l.vltimo.l.i.§.ſi
ſeruis.de acqui.poſ.⁊.§.quod ſeruus.de vſuca.l.ſi.⁊ de preſcrip.l.ſi
quiſquam. Puto quod inquantum datur conſenſus populi ex a
ctibus,intantum ſtringit pro lege,⁊ nec aliter,nec vltra ſtringit cō
ſuetudo.Ideo ſi canonici longo tempore de alterius gremio elege
rūt,hoc eis fuit liberum,⁊ non neceſſarium:non eſt ergo cōſenſus
populi in hoc caſu neceſſitatis,vt legis.Ad hoc.ff.de acq.her.l.pro
herede.Sic ſi pluries parochiani iuerunt ad miſſam alterius,hoc
ex libertate facere potuerunt,⁊ citra ius,⁊ nomen legis,vel eundo
ad ſanctū Iacobū,⁊ ſimilia.Si ergo actus in exercitio cōſiſtūt in
libero velle,⁊ geri poſſunt,⁊ veriſimiliter gerūtur propter aliquam
neceſſitatē.non vt pro iure,non inducunt conſuetudinem,niſi habeant
contradictionem:ſi ſunt neceſſarii veriſimiliter,q̃ nō gerun
tur circa ius ex quadam liberalitate,tunc conſuetudo inducit̄:ſic
nec ius tollitur conſuetudine,pendens ex libero arbitrio.l.viā.ff.
de via pu.vt ire per viā publicā.Ad qđ no.Io.An.in iſto.c.ſi.⁊ eo.
29 gl.de priui.vt priuilegia.Et hec de iſtis ſufficiāt. ¶ †Ex his deci
dit̄ qđ de actibus nullis,an ex his inducatur conſuetudo:quia iu
dicauit iudex contra legē,vt maior natu ſuccederet in regno.Videtur
qđ non.Primo,quia res inter alios acta,⁊c.de reg.iu.quan
uis.Secundo,quia nulla eſt ſententia,quia cōtra legem:ergo nul
lum effectum producere debet:quia ex nihilo nihil ſit.Item qr cō
ſuetudo contra legem non approbatur:⁊ ſic ex actu contra legem
non inducitur.Pe.dicit quod ſi talis ſententia ſeruata eſt,quam
quam nulla,⁊ toties ſit iudicatum,quod ex illis ſurgat populi cō
ſenſus,inducit̄ conſuetudo. ¶ Non obſt.res inter alios acta,⁊c.qr
ipſa ſententia nō preiudicat,ſed populi conſenſus ſurgens ex actu
ſententie. ¶ Non obſt.quod nullum non producat effectum:qr verū
eſt immediate:ſed ex eo aliquid ſurgere poteſt in facto,ſcilicet
conſenſus,ex quo vt valido ſurgit conſuetudo. ¶ Non obſt.quod
actus contra legem non poſſit implorare legis auxilium ad probandam
conſuetudinem:quia non ipſe actus inuocat legem.ſed populi
conſenſus ſurgens ex actu. ¶ Ad rationem,qua dicitur ſenten
tia nulla,quia contra legem non poteſt induci valida conſuetudo.
Bal.idem tenet,⁊ multipliciter ſoluit contraria:ſed omnes euaſiones
ſunt.Inter alias ponit iſtam,quia prima ſentētia,que eſt con
tra ius,eſt nulla a principio:ſed ſecunda poſtea eſt aliqua propter
concurſum,⁊ populi cōſenſum:⁊ ex hoc prima validat̄,ac ſi a princi
pio de hoc fuiſſet ſtatutum,⁊ ſic non fuiſſet contra ius.ff.de ſeruit.
ruſt.predi.l.per fundum.Et hanc opi.tenet Bar.in.l.de quibus.q
30 reſpondit eodem modo. ¶ †Ex hoc deciditur quid de actu meti
culoſo.an per eum inducatur conſuetudo.Videtur quod ſic:quia
ſeruans ſententiam,metu illam ſeruat:⁊ tamen inducitur cōſuetu
do.Ponit exēplum Pe.maior pars populi,duobus exceptis,ſer
uat,vt primogenitus ſuccedat in hereditate:vnus primogenitus cō
pulit illos duos ad conſentiendū,vt ſuccederet in regno:an ſit cō
ſuetudo deducta.Videtur quod non:quia metus inficit actum.qđ
met.cau.cap.i.⁊ cap.abbas.l.prima.ff.quod met.cauſa.Petr.dicit
quod ſi coacti ſunt per priuatum,conſenſus non proficit.ff.qui,⁊ a
qui.l.ſi priuatus.in princip.de priuileg.cum olim.de conuer.con
iug.accedens.Idem ſi coacti ſunt a iudice vt priuato per viam iu
riſdictionis,talis conſenſus proficit:vt.l.cum de conſuetudine.et
hoc,quia coactus conſenſus,conſenſus eſt,licet coactio ſit illicita.
xv.queſtio.i.merito.ff.quod met.cauſa.l.ſi mulier.§.merito.multo
fortius vbi coactio eſt licita,licet forte ex iniquitate iudicis ſit illata.
ff.de iuſti.⁊ iur.l.prima.C.de ſenten.⁊ inter.omnium iudic.l.pro
latam.Unde queſtio poteſt dupliciter intelligi.Primo.an actus
coactus inducat conſuetudinem.Secundo,an conſenſus populi
coactus inducat conſuetudinem. Et de hoc non queram:tamen
vtrunq; decidam.Dico quod ſi vicino inuito,etiam per vim,et
priuatim tenuit pontem ſupra viam,ſi tamen non eſt a populo cō
tradictū,ex iſto,⁊ ſimilibus poteſt induci conſuetudo,que non in
ducitur ex actu immediate,ſed ex populi conſenſu:⁊ coactio illius,
cum quo actus geritur,non concludit ad tollendam libertatem
populi in contradicendo,vel conſentiendo:ſaluo hoc,niſi geſtum
eſſet per potentem,cui populus contradicere non auderet veriſi
militer:⁊ hoc in actu extraiudiciali.In iudiciali autem ſi conſenti
ret priuatus ex negligentia non appellandi,non induceretur con
ſuetudo:quia ſententia non exequitur contra ipſum,vt iuſta,ſed
quia iuſta facta eſt ex negligentia non appellandi:ideo populi con
ſenſus non habetur,vt hic ſeruetur pro iure,niſi contra negligen
tem in appellando. ¶ Si queritur an conſenſus populi coactus
inducat conſuetudinem:tunc ſtandum eſt diſtinctioni Petr.quia
ſi totus populus in actu contradiceret,et per ſententiam conuictus
acquieſceret,non poſſet appellare:⁊ ſi non appelleret,ex hoc
induceretur conſuetudo,ſi coactio in actu eſſet immediate populi,
⁊ a priuato,vel iudice vt priuato,cui contradici poteſt,⁊ reſiſti:vt
l.prohibitum.C.de iure fiſ.libro.x.⁊.l.deuotum.C.de metal.lib.xi.
vel in actum contra priuatum concluderet coactio ad populum,
ſatis puto quod non induceretur conſuetudo.Nam actus iuriſdi
ctionalis

ctionalis habet in ſe partis voluntatem, vel iudicis loco partis. l.
ſi ob cauſam. de euict. Et hoc voluit Pet. in dicta. l. ij. et hic Ioan.
And. quod non eſt in extraiudiciali. Quod autem dixi de iudicia-
ria compulſione, magis ne verum eſt, quia ex tempore ſequenti pur-
gatur metus: argumen. l. ij. C. quod me. cauſa. et l. penulti. de condi.
ob cauſam. ¶ Per predicta tolluntur dubia, que fiunt ab aliqui-
bus: vt a Guli. de Cuma. quomodo ſententia inducatur conſuetu-
do, cum habeat in ſe vim, cum iudicium reddatur in inuitum. ff. de
ver. ob. inter ſtipulantem. §. i. et ſic non eſt liber conſenſus. Dici po-
teſt quod habeat in ſe coactum conſenſum, qui proficit in extraiu-
dicialibus: vt. l. ſi mulier. et fortius in iudicialibus. Secundo quod
adeſt conſenſus, ex quo nõ appellatur, quia acquieuiſſe videtur: vt
de re iudi. quod ad conſultationem. de condictio. indebi. l. i. C. quo-
modo et quando in. l. Labeo. Vel licet ſit coactus quo ad illum, cũ
quo agitur, non eſt coactus quo ad populum. Vel licet ſit coactus
tempore ſequenti, videtur declarari, et approbari id, quod ante erat
coactum: vt dicta. l. ij. Et ex his ceſſat etiam quod dici poteſt ſecun-
dum Guliel. quod non conſentit, ex quo cõtradicere non poteſt
is, contra quem non eſt ſententiatum. ff. de re iudic. l. ſepe. §. i. ff. de
re iudi. quamuis. quia hac non agitur de conſenſu obligatorio, ſed
de conſenſu complacentie: vnde tali ex complacentia inducitur cõ-
ſuetudo: quia videmur velle, vt in caſibus ſimilibus ſeruetur. Item
hic ſi contradicere non poſſet appellando, contradicere poteſt po-
31 pulo de facto contradicendo. ¶ † Ex his deciditur quid de ſenten-
tijs non executis, an inducant conſuetudinem. Concludit Pet. et
Cyn. et Ioan. Andr. quod ſic: quia pretermiſſio executionis nõ eſt
ex defectu iuris, ſed partis, ad cuius petitionem debet mandari. ff.
de re iudi. l. a diuo Pio de teſti. veniens. j. capitulo. querenti. Ad
hoc, quia ſufficit ius iniquum impetratum, licet non executum. l.
iiij. §. i. ff. quod quiſq; iu. Sufficit ergo hoc caſu ſententia. ff. de pe-
nis. l. quo ad ſtatum. de iniuſto teſta. ſi qui exheredato. §. irritum.
Ad hoc quod ſententia facit aliquod notorium, licet executio non
ſit facta. de cohabi. cle. et mu. veſtra. et c. fin. Ad hoc quod abſoluto-
rie non expectant executionem. Ad hoc quod eſt not. j. de appella.
paſtoralis. de his, qui not. infa. l. furti. Et hoc tenuit Gulie. de Cu.
in dicta. l. de quibus. Puto ſi agitur de modo in futurum ſenten-
tiandi, inducitur conſuetudo, ſi apparet de conſenſu populi pro
ſententia cum placuerit: alias non. In dubio enim non preſumo
conſenſum populi, niſi ſit executa: ſi de modo exequendi, oportet
quod ſit executa ſententia. Negari tamen nõ põt, citius haberi po-
puli conſenſum ex ſententijs executis, quam nõ: quia actus execu-
tionis, vt facti, et ſucceſſiui, plus ſe exhibet oculis hominum, quam
actus ſententie. Item quia executio plus oſtendit effectum iuris,
quam ſententia. Poſſet enim quis credere ſententiam non execu-
tam, quia non validam putat, qui non obtinuit, vel non iuridicam:
et ſic datur conſenſus populi vt pro iure. ¶ Ex his infertur quid
in ſententijs arbitrorum. Reſpondetur quod ſic: quia ad inſtar iu-
dicorũ, etc. ff. de arbit. l. i. et l. diem proferre. §. ſtari. ¶ In oppoſitũ
eſt quod ſolum metu pene ſtatur ſententijs arbitri. ff. de arbi. l. i. de
euic. l. ſi dictum. §. ſi compromiſſo. Guliel. dicit conſuetudinem non
induci, ſi ſit talis ſententia, que non poſſet executioni mandari, ſed
ſolum pena debetur: quia ex quo litigantes non ligat, multo mi-
nus alios in tacito: arg. ff. loca. l. qui ad certum. de bo. aut. iud. poſ.
l. cum vnus. §. ſi. de ſerui. vrb. predi. l. iij. §. qui habet. Sz ſi ſit ſenten-
tia, que poſſit executioni mandari, vt. j. de arbi. per tuas. C. e. l. cuz
antea tunc ex illa inducitur conſuetudo. Putat tamen qd plures
requirantur ſententie in arbitro, quam in iudice: quia eſt perſona
publica, et quia arbitrium pendet ex arbitrio iudicantis, ſecundũ
Guli. de Cu. vt recitat hic Ioan. An. in arbitro. ¶ Hec puto ve-
ra de iure ciuili: de iure canonico in arbitro, et in arbitratore: de iu-
re etiam ciuili cũ ſententiare non ſubmittat nudo arbitrio, et volũ-
tati, ſed arbitrio boni viri: et talia reducibilia ſunt ad arbitriũ bo-
ni viri, et quo ad penam, et quo ad executionem. Satis puto quod
ſiue laudum habuit executionem, quia ipſo non impedito: ſi tamen
fuerit reclamatum, et reclamatio nos admiſſa, quod induceretur
conſuetudo, ſed tunc plus inducetur ex actu iudicis, quam arbi-
tri: non vt conſuetudo ſe extenderet ad ſententias iudicum, qui ha-
bent ſecundum ſtricta iura iudicare, ſed ad ſententias arbitrorũ,
qui habent ſecundum equitatem procedere. Si nõ eſt reclamatũ,
et ſententia ſit executa, talia inducunt conſuetudinem, quia non ha-
buit ſententia effectum vt equa in ſe, ſed vt eque propter culpam
non reclamantis. Non ergo populus in hoc conſentit, vt in iure ca-
nonico ſimpliciter, ſed in iure equo in negligentiam non reclaman-
32 tis. Et idem ſi emologauerit tacite, vel expreſſe. ¶ † Ex his deci-
ditur quid iuris de ſententijs latis inter non ſubditos, an ille in-
ducant conſuetudinem. Dicit Gul. quod quo ad ordinatoria iudi-
cij bene inducũt conſuetudinem, etiam ſi pro prorogatione cogno-
ſcatur de factis non ſubditorum. ff. de teſti. l. iiij. §. fina. quemadmo.
teſta. ape. l. i. §. i. et ij. quia ius ciuitatis in ona inducitur, quo ad id
ſeruari debet: ideo populus conſentit tali modo procedendi, vt io-

ri proprio: et ſic agit indirecte conſuetudinem. Si agitur de inducẽ-
da conſuetudine quo ad merita, et ad locum, in quo iudicatur, cum
non debeat iudicari ſecundum conſuetudinem loci, vbi iudicatur,
ſed loci vnde prorogantes. ff. de euic. ſi fundum. et not. Ã. in rubrica.
et l. i. C. de ſum. tri. et ſi. catho. non conſentit populus in hoc iure, vt
proprio. ¶ Nunquid autem inducat conſuetudinem in loco rei.
Puto quod non ex viribus ſententie: quia non extendit effectum
extra territorium. Si tamen hec vt equa, et iuridica exequetur in
territorio rei, ex illa induceretur conſuetudo, ex viribus plus exe-
cutionis, approbationis ſententie: hic non, quando inter non ſub-
ditos ſententiatur ex vi prorogationis expreſſe accidentalis: ſi au-
tem ſic pronuntiaretur propter forum ſortiri, quia ibi contraxiſſet
vel deliquiſſet: quia talia iudicantur ſecundum ius proprium loci
contractus, vel delicti: vt dicta. l. ſi fundum. ff. de offic. prefi. l. iiij. de
foro competen. c. ſi Romana. §. contrahentes. eod. titu. lib. vi. tunc
dico quod inducitur: quia ex talibus ſententijs habetur conſenſus
vt pro iure proprio loci, ſecundum Guliel. Hec vera, quando iudi-
catur inter non ſubditos: ſed ſi inter ſubditos, licet alterius loci, vt
quia vna ciuitas eſt alteri ſubiecta quo ad iuriſdictionez, ſatis po-
to quod in illa particulari non induceretur conſuetudo, niſi ſit fa-
cta executio. Et hoc tenet Guliel. quia populus abſens non con-
33 ſenſerit. ¶ † Ex his deciditur, an ex ſententijs reſciſſis inducitur
conſuetudo. Guliel. de Cuma. quod non, ſi ſunt reſciſſe virtute ap-
pellationis: quia appellatio extinguit pronũtiatum. l. ij. ff. ad Tur-
pil. Et ſi quis populi conſenſus eſt habitus ex prima ſententia, il-
le in oppoſitum inducitur per ſecundam conſequentiam reſcinden-
tem. Quod puto, qñ ex eiſdem actus reſcinditur. Secus ſi ex di-
uerſis, hoc tranſeunte ad notitiam populi. Idem ſi fiat directa re-
ſciſſio ſententie propter aliam iniquitatem, vt quia fuit lata ſenten-
tia ex falſis probationibus. ff. de re iudic. l. diuus. et de proba. licet
cauſam. de except. cum venerabilis. ff. qui ſatiſ. cog. l. quoties. de pi-
gno. l. cum vitioſe. cum ſi. Si autem ſit reſciſſa ſententia fauore mi-
noris etatis, ex ea inducitur conſuetudo: quia ex tali reſciſſione
non preiudicatur alijs. C. ſi vnus ex pluribus. l. iij. et quia ex hoc
non reſcinditur, ſed confirmatur populi conſenſus: quia ius ſpe-
ciale ſupponit conſequentie. ad hoc, quod dicitur de clauſula rati,
que penes aliquos reſcinditur, et penes aliquos manet. ff. rem ra.
ha. l. cum minor. in princ. ff. de furtis. l. Sticho. §. vulgo. ſecundum
Gul. de Cu. in. d. l. de quibus. De ſententijs, que non tranſeunt in
rem iudicatam, ſatis poteſt dici, dum tamen conſuetudo ex hoc nõ
nutriat peccatum: et ſic altero reſpectu, ſcilicet quia nõ formalis ſit
valida: et quod poteſt dici conſuetudinem induci, cum in talibus
cõſenſus populi eliciatur. Quod ſi reſciſſe ſunt vt falſe, idem quod
34 ſ. vt nõ inducatur. ¶ † Sed eſt dubium an vnico actu, ſcilicet con-
ſuetudo impediatur, vel tollatur. Guli. de Cu. dicit quod ſi tot vi-
cibus eſt pronuntiatum contra, videtur quod cõſuetudo tollatur.
Ad hoc, quia exigitur in ſcriptis, et ſic in cõſuetudine temporis cõ-
tinuatio. de vſuca. l. iij. C. de lon. tempo. preſcript. l. longi. Et in hac
opi. eſt gl. in. l. cum de conſuetudine. ad quod. l. queſitum. de fun. in-
ſtruc. §. ſi quis eodem inſtrumento. in aut. qui. mo. na. ef. ſui. §. quid
ergo. et in aut. de tri. et ſe. §. conſideremus. Hoc dicit verum, etiam
ſi ſemel eſt pronuntiatum contra, ſciente populo, vel maioribus po-
pulum regentibus. ff. quod vi, aut clam. l. qui aliter. §. i. et ij. ad mu-
nicip. l. quod maior. ff. de re. iur. aliud. §. refertur. de condi. et demõ.
l. municipibus. ſi tamen contradicant, quia oſtendunt ſe verſari in
primo conſenſo. Hec dicit vera, quando pronuntiatur contra con-
ſuetudinem, ea nondum completa. Alias ſi eſſet completa, licet plu-
ries pronũtiaret cõtra ipſam, niſi laberet tantũ tẽpus, quod eſſet
legitimum ad inducendam oppoſitam conſuetudinem, remaneret
firma conſuetudo. C. que ſit lon. conſue. l. conſuetudinis. de re iudi.
l. nemo. §. temporalis. de offi. procon. l. obſeruare. §. fina. ſecundum
Gul. Pe. in. l. ij. dicit quod ſi probetur diu obſeruatum ex tempo-
re, quo firmetur conſuetudo, actus contra ius alicuius ſingularis
non impedit illam: quia ſicut vnius contradictione non impedire-
tur ſtatutum, ita nec vnius actus ab vno impeditur conſuetudo.
Ideo ſi a pluribus eſt ſeruatum quod maior natu ſuccedat in to-
tum, licet ab aliquo ſit ſeruatum quod diuidatur, per hoc non im-
peditur vſucapio, et conſuetudo, ſecundum Butr. Idem in dicta. l.
ſecunda. Dicit enim quod licet quo ad illos actus, in quibus eſt fa-
ctum cõtra conſuetudinem, illi derogetur, non tamen tollitur con-
ſuetudo. Allegat. C. de epi. et cle. aut. preſbyteros. et l. voluntarie. C.
de execu. tu. In quantum dixi, cõſuetudine completa vnico actu il-
lam tolli: idem dicit hic Compoſ. vno, vel duobus. ar. ff. de pac. l. ſi
vnus. §. ſed ſi pactum. de iti. actuq; priua. l. i. §. ſi. et l. ij. et iij. Idẽ Ho-
ſtien. ẽ. c. proxi. in Sũma. Idem Gul. in Spe. de preſcrip. ver. quid
ſi poſt. Idẽ Becur. in. l. nemo. §. i. de reg. iur. et l. ij. ad ſi. glo. magne.
C. q ſi lõ. cõſue. In quãtum dixi, q ſi ſecũda ſit firmata, tollitur pri-
ma. arg. de cõſti. c. i. li. vi. hec vera, quãdo eadẽ eſt vniuerſitas: alias
queibet quo ad locum ſuum ſeruaretur. Item procedit quando
vtraq; eſt generalis, vel ſpecialis. Si vero vna generalis, alia ſpe-

cialis, ſeruaretur ſpecialis in loco ſuo de reſcrip. c. ſi de regulis iuris. generalis. Pro hac parte videtur caſus in capitulo cum de beneficio. de prebend. libro ſexto. ſecundum Joan. Andr. licet non alleget hec vltima. ¶ Puto quod non completa conſuetudine, ſi ſuperueniat actus oppoſitus, ſimiliter ⁊ ille in notitiam tranſiens populi. ſi populus non contradicit, ⁊ interrumpatur conſuetudo, vt dicit Guil. Si non tranſit ſimiliter in notitiam populi, procedit dictum per ſimile. Poſt conſuetudinem completam, eſt magis dubium: ſi agitur de tollenda, ⁊ inducenda illi oppoſita conſuetudo, non inducitur, niſi in oppoſitum ſic continuetur, quod habitus firmaretur in oppoſitum. ¶ Si tantum de tollenda prima conſuetudine, dico quod ſi conſtaret de voluntate populi, actus natura, quod illa vt conſuetudo vnico momento tolleretur. Quid enim ſi conſuetudo induxiſſet certum numerum in eccleſia: ſi aliquis reciperetur in canonicum vltra numerum, non video quare vnica receptione non tolleretur: ſicut in ſtatuto, quia ſicut poſſunt renunciare ſtatuto, ita ⁊ conſuetudini. Si eſſet conſuetudo optandi in eccleſia, ⁊ vno mortuo omnes canonici contradicerent volenti optare: non eſt dubium quod vnico actu tolleretur conſuetudo, ex quo directa ſit mentio: per not. de conſtitu. cum acceſſiſſent. Alias oporteret quicquid ibi dicitur intelligi in ſtatutis: tamen illud procedit ⁊ in conſuetudinibus, vt dicit Innocen. de priuileg. accedentibus. Vbi autem actus non eſſent ſic clare voluntatem concludentes renuntiandi, vt quia non exercentur ab inducentibus conſuetudinem, ſed ab alijs, illis ſcientibus. tunc niſi appareat aliter de voluntate populi, ſicut momento non inducitur conſuetudo, ita nec tollitur: vt in regula illa. de regulis iuris. et in. l. Stichum. §. naturalis. de ſolu. Et ſic intelligitur capitu. cum de beneficio. Item ibi agitur de tollendo antiquo ſtatu, ⁊ diuerſo applicando, ita quod non ſolum tollit, vel inducit, ſed quod antiquus tollitur per applicationem no-
35 ui, ex quo ille indirecte infringatur. ¶ † O vero an circa actus negatiuos, vel de non facto poſſet induci cōſuetudo: Videtur quod non: quia ſi producitur ex frequenti actu. j. diſtinctio. conſuetudo. xxv. queſtio. ij. ita nos. de cauſa poſſeſſio. ⁊ proprieta. cum eccleſia. ⁊ capitu. cum olim. C. de epiſcop. audien. l. tertia. §. ſecunda. C. que ſit lon. conſuetu. Et circa negatiuam non eſt reperire actum: vt ſi non lego, non compello, vel ſimilia: illorum ergo non eſt vſus, vel aſſuefactio. ¶ In contrarium videtur de cleri. coniug. c. Joannes. tenet quod de negatiuis poſſit eſſe conſuetudo, quia negatio: de preſcrip. accedens. ⁊ capitu. ſequen. cum ex officij. eodem titul. de quarta. de preben. cum in eccleſijs. libro ſexto. eodem libro. de conſuetu. capitu. tertio. de elect. cum inter vniuerſas. de teſti. ſeries. Joan. And. de cleri. coniuga. c. Joannes. tenet quod de negatiuis poſſit eſſe conſuetudo: quia negationes vt plurimum ſunt demonſtrabiles per aliquem actum implicitum, ſaltem in intellectu, concludentem negatiuam. licet non palpabitur quo ad ſenſum teſtis: vt not. de electio. bone. Ideo ſi aliquid adeſt, ex quo excludatur conſenſus populi, in quid negatiuum, inducitur conſuetudo: vnde induci poteſt conſuetudo quod clerici non deferant tonſuram, ſi plures viſi ſint clerici tonſuram nō deferentes, nec eis eſt contradictum: ⁊ ſic
36 de ſingulis. ¶ † Ex his infertur, an per non vſum legis inducatur conſuetudo: Videt quod ſic, per. l. de quibus. ff. de legib. ff. quemadmodum ſeruit. amit. l. ſi locus. ⁊ l. ſi partem. §. primo. ff. de ſerui. l. vltima. Ad hoc quia dicimus derogatum legi. l. rem non nouam. C. de iudi. quia non eſt vſitata. lex illa. In contrarium videtur, quod non ſolum vſu tollatur lex, vel inducatur conſuetudo. ff. quemadmodum ſeruitus amitta. l. inter. et videtur expreſſum. C. de iure dominij impetrando. l. fin. vbi corrigitur non vſitatum a tempore, cuius non eſt memoria: igitur erat, alias non poſſet corrigi. Quidam dicūt quod ſi homines non vtantur lege animo inducendi conſuetudinem, quod inducitur: alias non placet theorica Petr. quia ex hoc non poſſumus ſcire mentem populi: licet multa verba effundat Pet. ⁊ Nico. de ma. ⁊ ea, que ad literam ponit Joan. Andr. in preallega. cap. Joannes. Cōcluſio eorum reducitur ad illud, quod ſimplici non vſu legis non inducitur cōſuetudo. Ideo ſi nunquam eſt ſeruata lex de hermaphroditis, que dicit ipſum iudicari in ſexū, in quo magis incaleſcit. Vel ſi nunquā in loco ſeruate ſunt leges, que dicunt caueri de damno infecto: quia nunquam fuit ibi practica. Vel nunquam fuit ſeruata lex, quod aduocatus preſtet iuramentū ſi petat, nūquam illi preſtabitur: quia hic nihil interuenit, ex quo conſuetudo originetur, vel detur populi conſenſus, ex quo poſſit ſurgere conſuetudo. Si vero aliquis actus occurrit, in quo det aliquis implicitus vſus directo contrarius legi, vel derogatorius in aliquo tūc bene inducitur conſuetudo: vt ſi lex prohibet, aliquo caſu occurrente eſt permiſſum: ſi lex precipit, aliquis caſus occurrit quod oppoſitum eſt ſeruatum. ⁊ ſic de ſingulis, inducitur conſuetudo: quia aliquis actus occurrit, ex quo poteſt ſurgere cōſenſus populi, ex quo legi derogatur. Ideo ſolum oppoſita cōſuetudine tollitur lex, nō de conſuetudine: ſed quelibet oppoſita cōſuetudo quo ad legem habet implicitum de conſuetudine quod ſi vtor oppoſito legi, lege non vtor. C. de contrahenda ⁊ committenda ſtipulatione. l. optimam. de teſtibus ex tenore. Et hec eſt veritas: ⁊ ſic debet intelligi gloſſ. que dicit quod non vſu non tollitur lex. Et hec mēs Butrige. in. l. ij. C. que ſit long. conſuetu. ſic debet intelligi. quarta diſtinctione. §. leges. cum iuribus ſequentibus, et capitulis. Idem Bartolus in. l. de quibus. Et hec ſufficiunt circa remotam materiam actuum, ex quibus generatur habitus, et vſus. Sed circa proximam de populi conſenſu: nam pluries dictum queritur quod exigitur conſenſus, vt pro lege habentis poteſtatem condere le-
37 gem. ¶ † Sed eſt dubium hic an erroneus actus, ſeu conſenſus impediat conſuetudinem. Pone, laici legem ignorantes, credunt quod lex dicat maiorem natu ſuccedere excluſis alijs: cuius oppoſitum dicit lex: an ſi pluries ſit obtentum, inducatur conſuetudo. Vel credebatur quod venditor non teneretur cauere de vitijs, et moribus, et ſic diu eſt ſeruatum: videtur quod non: quia error excludit conſenſum. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ſi per errorem. a quo cauſatur conſuetudo: vt. l. de quibus. In contrarium ſupra, eodem titulo. quod non rationalis cōtra rationem. ¶ Quidam dicunt conſenſum erroneum populi inducere conſuetudinem: quia populus de non conſenſu facit conſenſum. Hoc non intelligo. Nico. Mat. dicit quod ſi populus errat in facto, vel in iure naturali, vel quaſi, quia excluditur conſenſus, non inducitur conſuetudo: ſecus ſi in iure poſitiuo. Modo dicit quod non nocet, ex quo habet poteſtatem legis condende. ¶ Petr. et Cynus dicunt quod ſi actus eſt contra legem, nō tollit legem, ex quo ſit ad obſeruantiam legis. ff. de conditionibus, et demonſtrationib. cum tale. §. finali. Si actus, et vſus non eſt contra legem, ſed preter: tunc refert an populus erret in cauſa impulſiua, ⁊ non impeditur conſuetudo: ſi in cauſa finali nō valet: vt dicta. l. cum tale. §. falſum. argumentum ad legem vltima voluntate, que argumentatio procedit in authenti. de nuptijs. §. diſponat. Non obſtat quod errans non conſentit: quia verum in quo errat populus, nō errat in vſu actus ſed in cauſa, non vitiat cōſenſum in actu. Unde ſi trado tibi librū, credens me teneri ad illum tradendum, licet non tenear, transfero dominium: quia tradere conſentio, licet errem in cauſa: vt patet. ff. de condictione inde. per totum. Et ſimiliter ſi fratres minores inducant quem ad intrandum religionē, dicendo quod ibi comedūtur carnes: introitus valet, licet errent: vt infra quod metus cauſa capitu. dilectus. ſecundum Petrum, ⁊ Cynum. Guilelmus de cu. indiſtincte tenet quod ſiue ſit error iuris, ſiue facti, quia excludit conſenſum, non inducitur conſuetudo. Inde ſi queritur an erronea conſuetudo valeat, ſecundum nos, id eſt, non rationabilis, ⁊ ſecundum leges, valet etiam contra ius: vt. l. quod vero. ff. eod. ſecundum nos non valet, quando non habet ſufficientem rationem, maxime quando eſt contra legem: licet, vt dixi ſupra, aliqui dicūt. quod minus rationabilis valet: vt dixit gl. viij. diſt. c. mala. ¶ Si queritur an conſuetudo erronea, id eſt, actus particulares iudicis, vel alterius priuati inducant conſuetudinem: dic quod nō impediunt conſuetudinem, dum tamen populus nō erret. ¶ Si queritur an populi error impedit conſuetudinem, ſi error eſt facti, vt quia bona parafernalia credit ſi facto, ⁊ in dotem data, ⁊ data nō ſunt, ⁊ illis vtitur, ⁊ ſic populus credit, quod inducitur conſuetudo vt parafernalia ſint dotalia: quia in hoc non conſenſit populus. Si error eſt iuris, vt quia credit quod ſeruat ſic ius: puto quod inducatur conſuetudo: quia populus conſentit in hac obſeruantia, vt equa ⁊ iuſta: nec hic datur error, licet detur error in hoc, an hoc iuſtum ſit a iure traditum expreſſe. Unde hic non eſt error in ſubſtantia, ſed in accidēti, q error, vt non excludens in genere mentem, id ſeruari non vitiat quod actum eſt, ⁊ conſuetudinem inducit. Et hoc puto ſiue directe obuiet legi, ſiue nō. Ad hoc. ff. de iniu. l. eum qui. §. ſi iniuria. Ad hoc quod not. Innocen. de preſcri. cum ex officij. Non obſt. quod inductum ad obſeruantiam iuris, nō debeat ius tollere: quia finalis intētus populi, ⁊ principalis eſt hoc ſeruare: quia equum ⁊ vtile ſibi videtur, non quia hoc velit ius: licet quod hoc velit ius aliqualiter impellit. De conſenſu autē coacto non proſequuntur hec: quia dixi ſupra. Et hoc verum tenendo opi. quod conſuetudo diſponens quod lex inducat vinculum, vel in caſibus, in quibus inducit: quod eſt quādo cōſuetudo a lege habet aliam particularem rationē: quia hoc impoſſibile eſt aliter eſſe, ex quo opponitur legi: alias cum mēs eſſet ex toto ſeruare legē, non induceretur conſuetudo: quia hic non ageret. ¶ Venio ad tempus: ⁊ hic videnda ſunt tria. Primo, ad quid tempus requiritur. Secundo, quantum tempus exigatur. Tertio, quando incipit tem-
38 poris curſus, ⁊ a quo actu. † Dico quod tempus exigitur ad firmandum habitum, ⁊ trahendum conſenſum populi, vt hoc velit pro lege ſeruari: pro tanto non exigitur in lege: quia in momento patet conſenſus expreſſus: ſed facta ſic non exprimunt conſenſum organo proprio: ideo facta momentanea non ponunt firmum, ſed vacillantem conſenſum. Opus eſt ergo tempore, vt firmetur habitus, ⁊ conſenſus, vt ſit pro lege: vt patet ſecundo Ethicorum, Una

auis

anis ver non facit,⁊c. Perſeuerantia enim,⁊ diuturnitas, arguūt
propoſitum firmum:vt not.infra de regulari. ad noſtram.in pri-
ma gloſſ. Ad hoc,quod dicitur de muliere,que poſt tempus itera-
to conſentiens,non fragilitate,ſed ex deliberatione accedere vide
tur ad actum fideiubendi.C.ad Velleia. ſi mulier. Et ratio data
temporis continuatione concluditur populi conſenſus delibera-
39 tus et habituatus,vt hoc velit de cetero pro lege. ¶ †Secundo,
quantum tempus exigatur. Quidaꝫ quod tantum tempus, quod
non extat memoria.ff.de legibus.l.de quibus.ibi:inueterata,⁊c.de
aqua quotidiana ⁊ eſtiua.l.hoc iure.§.ductus aque.⁊.l.prima.in fi-
ne.ff.de aqua pluuia arcen. Azo dixit quod decem anni exiguntur
inter preſentes,et viginti inter abſentes: vt in Rubrica. que ſit
long.conſuetu.ff.qui et a quibus.l.fideicommiſſa. §. Ariſto. C.de
longi temporis preſcriptione.in Rubrica. Odofre.in.l.de quibus.
⁊ in.l.ſecunda.dicit quod nil,vbi hoc dicit Azo:ſed dicitur quod:
inducitur decēnio:et fortius firmatur viginti vel triginta annis.
Modernis placet quod requiritur longum tempus:⁊ ſic ſufficiāt
decem anni:nec diuerſificet viginti abſentia,vel preſentia:quia hic
firmatur ex conſenſu populi preſentis. Non curanduꝫ ergo de ab-
ſentia particularium:⁊ quia in preſentibus populus repreſenta-
tur.x.queſtio.ij.c.hoc ius.⁊ agitur de creando iure,vt publico po-
pulum diſtinguente. In preſcriptione autem procedit illa diuerſi-
tas,que ordinatur ad tollenda iura particularia,et priuata ſingu-
larium,et eorum currit negligentia,que non tanta concluditur in
abſentem,quantum concluditur in preſentem: ideo diuerſificatur
tempus ex abſentia,vel preſentia: vt dicto.§. Ariſto. Hoc tenet
Pet.⁊ Gul.de Cun.alleg.in authen.de nup.§.ſi autem decenniū.
et.l.ſecunda.§.exactis.ff.de origi.iur.dicit prope decem. Ante er-
go non requirebant viginti. Ad hoc.C.de longi temporis preſcri
ptione.que pro liber.l.prima. Et quod non varietur,allegat, quia
populus ſemper eſt preſens.ff.de iudi.cum proponebatur quod eu
iuſq; vniuer.l.nonnulli. Non obſtat quod in cauſa diſcontinua exi
gatur tempus,cuius non eſt memoria:vt.l.prima.in fin.ff.de aqua
pluuia arcen.et in.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de ſerui.l.ſeruitu-
tes.quia conſuetudo non inducitur ex actibus,ſed ex populi cōſen
ſu,qui continuus eſſe preſumitur:ſufficit ergo decennium. ¶ Idē
tenet Butr.in.l.de quibus.et in.l.ſecunda.C.eodem, que ſit long.
conſuetu.fatetur quod fortius inducitur longeuo, et inueterato.
que verba notant tempus,cuius initij ⁊c. ¶ Quod decem anni ſuf
ficiant,tenet Barto.in.l.de quibus.⁊ hec eſt communis opi. Legi-
ſtarum:nec diſtinguunt an ſit contra legem,vel preter. Butrig. et
Rico. Mat.faciunt differentiam inter conſuetudinem,que induci
agitur ex actibus publicis,et ponderoſis, vt ſententijs diffiniti-
uis:et in talibus ſufficit tempus decem annorum. An de ea, que
agitur induci ex actibus non ſic ponderoſis,et iudicialibus:⁊ exi-
gitur tantū tempus,cuius initij memoria nō exiſtit. ¶ Videte,da
to conſenſu populi,non video differentiam inter actus ad firman-
dum habitum:ſed bene ante datum conſenſum populi poſſet con-
cludi differentia,vt dixi ſupra. Hoc autem declarabitur ex decidē-
dis. Primo,a quo tempore curſus incipiat,hec procedunt de iure
ciuili,⁊ de iure canonico,inquantum conſuetudo non repugnet le-
gi.text.hic velle videtur quod ſit preſcripta:⁊ preſcriptionis ap-
pellatione,quadraginta anni comprehenduntur:de preſcript. de
quarta. Unde tenent Canoniſte,quod inquantum conſuetudo nō
repugnat legi,vel iuri,illa preſcribitur, ⁊ firmatur ſpatio decem
annorum:inquantum repugnat,non firmatur niſi ſpatio quadra-
ginta annorum. Idem not.de conſuetu.capitu.vlti.libro ſexto. in
gloſſ.iij. Gulielm.in Specu.de preſcrip.verſicu.de conſuetu. Cauſa
potuit aſſignari,quia inferiores in foro ciuili poſſunt ex permiſſio
ne legis facere ſtatuta contra ſuperiorem. Unde cum non deroge-
tur ſuperioris poteſtati,conſuetudo ſtat in vim conſuetudinis:et
ſufficit quod communi tempore ſit aſſueta: argumen.l.omnes po-
puli.ff.de iuſti.⁊ iure.iuncta.l.de quibus. Sed congregatio eccle-
ſiaſtica non facit ſtatuta contra ſuperiorem : cum a papa quilibet
inferior habeat poteſtatem,⁊ ſic contra illum non ſtatuit,a quo ha
buit poteſtatem:vt.l.formam.C.de offic.prefec.vrbis.⁊.ff.mar da-
ti.ſi hominem.in cle.ne Romani.de elect.de maioritate ⁊ obedien-
tia.quod ſuper his. Igitur non facit legem contra ſuperiorem,vel
contra legem ſuperioris:⁊ ſic nec conſuetudinem inducit commu-
ni tempore. Unde cum tangatur preiudicium pape,ſapit naturaꝫ
preſcriptionis, exigitur quod firmetur tempore preſcriptionis.
Item de iure debet inferior eccleſiaſtica congregatio, vel habens
poteſtatem legis condende,habere conſenſum pape: quia cum ab
ipſa pro tunc non pendeat poteſtas legis condende.nec etiam pen
det poteſtas conſuetudinis inducende:vt dicit gl.viij.diſt.fruſtra.
quarta diſt.§.leges. Sed quia hoc eſſet durum , licet inuenire me-
diam viam, vt in preſcriptione pape conſenſus fingatur,vel quod
preſcriptio ſuppleat defectum conſenſus. Sic debent intelligi glo.
que dicunt,in conſuetudine contra ius exigi ſuperioris conſenſuꝫ:
vt dicit glo.quarta diſt.§.leges. ⁊.viij.diſtinct.fruſtra.quia ſi ad-
eſſet conſenſus expreſſus,puto quod communi tempore inducere-
tur:ſi tacitus,oportet quod ſit preſcripta:quia hic tangitur ſupe-
rioris preiudicium. ¶ Nota quod ſi in curia induceretur conſue-
tudo,que ſurgeret ex pape conſenſu tacito,⁊ non tangeret alteri⁹
preiudicium,puto quod induceretur ſpatio decem annorum,ſicut
ſi alijs:quia hic non tangitur eius preiudicium. ¶ Concludendo
aliqua,de quibus eſt dubitatio:ſi queritur quanto tempore indu-
catur conſuetudo:dic,ſi ordinaſ ad querendū ius priuatū,aut ap
propriatū:⁊ transferendo de vno ad aliū,ſiue ſit ius eccleſiarū , ſi-
ue eccleſiaſticarū perſonarū,vt infra dicā, hec non eſt conſuetudo
ſed preſcriptio:vt not.de offic.archidia.capitu.fina.⁊ dicam infra:
ideo exigitur preſcriptio quadraginta annorum. ſupra , eodem.
cum dilectus.qui text.male ibi ponitur,cum loquatur de conſuetu
dine,que ſumitur pro preſcriptione. Et hoc caſu exiguntur ad pre
ſcriptionē,ſiue alleget vt conſuetudinem,ſiue vt preſcriptionē. Et
hoc veruꝫ,ſiue in toto abſorbeat ius eccleſiarum,ſiue in aliquo de-
trahat,vel ledat. Sic,⁊ bene,concludunt domini de Rota,ſua vlti
ma concluſione:et dicunt verum,etiam ſi ius non contradiceret,
ſed ius commune acquiſitioni aſſentiret. In iuribus autem priua-
torum ſufficient decem,vel viginti anni:in hoc non videtur diffe-
rentiam velle,an alleget vt conſuetudinem,an vt preſcriptionem:
licet Joan.And.dicat hic,⁊ de elec.Cuntana.⁊ de cauſa poſſeſſio.
cum eccleſia.⁊ de conſuetu.cum dilectus. quod vbi allegat vt con-
ſuetudinem,non requiritur titulus:et in hoc proficit allegare con-
ſuetudinem. Hec vera,vbi hoc ius agitur appropriari vt priua-
tū alicui particulari perſone tantū,vel loco. Sed vbi hoc ius age-
retur creari vt pluribus commune, quanquam derogaretur iuri
priuato alterius,vel quando ageretur appropriare vni,non cōtra
certam perſonam,vel locum,ſed vniuerſaliter contra plures: tunc
quia hec eſt conſuetudo,non preſcriptio,vt dicam infra, credo qđ
originari poſſet conſuetudo contra ius , abſq; titulo, ſpatio qua-
draginta annorum , quando non daretur ſpecifica patientia ha-
bentis poteſtatem ſuper illis legis condende,vel ſtatuti:vel qꝛ in-
ferior a papa ſtatuere non poſſet,vel non poſſet is,cuius patientia
habetur,⁊ tacitus conſenſus. Sed ſi haberetur patientia,⁊ conſen
ſus tacitus,qui poſſet ſuper hoc legē cōdere,nō video quare,cū ex
lapſu decennij detur tacitus conſenſus ſtatuendi.vbi pōt,non in-
ducitur conſuetudo equipollens ſtatuto. Exemplum pono: Si in
eccleſia cathedrali epiſcopo ſciente plures eſſent optate prebēde: et
hoc poſſit epiſcopus ex cauſa ſtatuere:hic nō agitur de appropriā
do iure vt priuato ſingulari,ſed de communi omnibus canonicis
inducendo:induceretur ergo conſuetudo optando per ſpacium de-
cem annorum. Et ſic eſt vera opi. Joan. An.de conſue.c.fina. libro
ſexto.quam ſubtilitatem non viderunt domini de Rot. Refert ta
men an allegent vt preſcriptionem,an vt conſuetudinē. Quia pri-
mo caſu oportet quod probent preſcriptionis comites . Secundo
ſufficit quod oſtendant requiſita ad conſuetudinem . Similiter ſi
archidiaconus aliquibus iuribus vſus fuiſſet ad preiudicium cō-
muniter inferiorum eccleſiarum,vbi inferiores eccleſie ſtatuēdo ſi
bi preiudicare potuiſſent,non determinando,ſed ad certam eccle-
ſiam illud ſpatio decennij,quereretur etiam contra ius:quia eſſet cō
ſuetudo,⁊ non preſcriptio:vt not. Innocen.de offic.archid. c.fina.
¶ Quandoq; agitur de creando iure vt publico,⁊ communi,⁊ nō
priuato,⁊ appropriabili:⁊ tunc ſi conſuetudo eſt contra ius,et ius
reprobat eam,non poteſt induci:quia inducitur authoritate iuris
quod directo reſiſtit:in authen.caſſa.de ſacroſan.eccle.⁊ in authen-
ti.nauigia.C.de fur.cum ſi. Si eſt contra ius directe,id eſt,cōtra te
norem iuris,quod alias appellant Legiſte preter ius,nō valet,niſi
preſcripta:quia per viaꝫ ſtatuti inferior a principe eccleſiaſtico ex-
preſſe ſtatuere non poteſt:de maio.⁊ obedi.quod ſuper his. Opor-
tet ergo quod adſit preſcriptio. Si conſuetudo eſt cōtra ius,nō ex
toto,ſed in aliquo tēperat, vel diſtinguit,quo caſu inferior ſtatue-
re poteſt:dico quod dumtamen adſit veriſimiliter ex actibus non
conſenſus tacitus ſtatuere valentiuꝫ,quod inducitur conſuetudo
ſpatio communi ad preſumendam voluntatem ſtatuendi:vt no.in
d.l.de quibus.ff.de legi. Statuere enim poſſunt inferiores expreſ-
ſe:vt de offic.archidia.c.tertio, qđ non ex tacito tempore,quo con-
cluditur voluntas ſtatuendi:non video ſicut rationabiliter tēpo-
re huius decre. ¶ Stat ergo concluſio quod ſi conſuetudo tranſit
in naturam preſcriptionis,exigitur tēpus quadraginta annorū.
Si ſtat in naturam conſuetudinis,quod eſt quādo ſaltem ex par-
te querentium eſt ius,vt commune,vel ex parte eius,contra quem
etiam agitur,non vt contra certum,ſed determinatur indifferēter
ad plures:tunc ſi agitur de inducenda conſuetudine ex tacito con
ſenſu ſuperioris,qui eſt ſupra legē communem,tunc ad habēdum
illū conſenſum exigitur maius tempus,ſcilicet qđ ſit preſcripta.
Si agitur de inducenda cōſuetudine,ſiue contra ius,ſiue ſecundū
circa ea,que ſtatuere poſſunt expreſſe,qꝛ ex toto non derogatur iu
ri,ſufficit commune tempus:quia ſi poſſunt expreſſe,nō video qua
re non poſſunt tempore ſufficienti ad imprimendum conſenſum.

¶ Jura, que exigunt conſuetudinem pſcriptam, loquuntur quando conſuetudo inducitur ab his, q nō habent poteſtatem ſtatuendi: quia cum non poſſint expreſſe, non poſſunt etiam ex tacito conſenſu inducto communi tempore, niſi detur pſcriptio, per quā firmet cōtra poteſtatem ſuperioris: quia tūc non inducat nō pendēs a poteſtate eorū, ⁊ derogat ſuperioris poteſtati, exigitur quod ſit preſcripta: ⁊ hoc caſu poteſt conſuetudo, quod non poteſt ſtatutū. Per hoc apparet cauſa, quare in foro ciuili non exigitur quod ſit preſcripta: quia ſtatuendo etiam cōtra ius, poſſunt ſtatuere ex poteſtate ſibi reſeruata: vt l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. quod non eſt in foro canonico, niſi diſtinguēdo. Per que puto quod vbi agitur de inducenda ɔſuetudine in reſeruatis ſuperiori poteſtati, vel in reſeruatis principi, etiam ſecundum leges exigit quod conſuetudo ſit preſcripta: imo tunc exigitur tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat: vt patet infra de verbo. ſignific. in his. ⁊ tunc poteſt aliquid induci per conſuetudinem, quod non poteſt per ſtatutum. Sic debet intelligi quod ſcribit Innocē. ⁊ Hoſtien. de fide inſtrumen. cum. P. tabellio. ¶ Ex hoc infertur quod in terminis c. Cumana. ⁊ c. cū eccleſia Sutrina. cum agatur de iure appropriando loco, vel certe perſone, vel perſonis, vt nomine loci, nō proprio, non refert an allegetur vel conſuetudo, vel preſcriptio: quia preſcriptio eſt quomodocunq allegetur: quia dato quod potuerunt ſtatuere: ex quo hoc ius non eſt commune plurium, ſed ſingulare certi loci, non eſt conſuetudo, ſed preſcriptio: niſi dicatur quod cum illud quereretur vt commune conuentualium eccleſiarum, quod illud dici poſſet vt commune: et ſic prodeſt allegare conſuetudinem non preſcriptam, et ſine quo: et ſic poſſet ſaluari quod ibi dicit Hoſtien. Similiter ſi ſit reſtricta ad certam dignitatem, vel locum reſpectu querentis, eſt tamen vniuerſalis quo ad plures, vel plura loca, hoc eſt conſuetudo, et non preſcriptio: vt notat Innoc. infra de offic. archid. dilecto. Secus ſi ſit particularis quo ad querentem, et quo ad eum, contra quē, vt ipſe notanter dicit ibi. Hec vera ſecundum Petrum, vt. l. ſecunda. C. que ſit long. conſuetu. non poſſet induci ſpatio quadraginta annorum. Idem puto, et ſi ſtatutum hoc eſſet inductum: quia cum tunc derogaret poteſtati ſtatuendi, niſi ſub forma ſtatuta a conſuetudine, non valeret conſuetudo: et ſufficeret, ſi conſuetudo hoc ſtatuens eſſet firmata decennio: quia hoc tempus non videtur requirere in ſe ſed in conſuetudine poſtea inducenda. l. ſecunda. §. ex actis deinde. ff. de ori. iur. ⁊ quia modo conſuetudo loquens excepta. C. de ſoln. l. inquiſitio. Et hoc puto: quia poteſt quo ad futuras derogare legi volenti valere cōſuetudinē p decem annos: quia ſic ſtatuere poſſunt ſupplendo, vt certam formam dando: de iure ciuili planum: vt. l. omnes populi. ff. de iuſti. et iure. ſed etiam de iure canonico: vt no. in dicto. c. primo. de offic. archidia. que ſunt bene notanda. ¶ No. glo. que hic dicit, quod in conſuetudine exigitur titulus, et tempus, ſicut in preſcriptione. Quādo procedat, patet ex dictis. Hec omnia vera ſecundum Butrig. in. l. ſecunda. C. que ſit long. conſuet. quando principaliter inducitur conſuetudo vt diſponens in iudicio: ſed ſi conſuetudo intra tempus commune decennij allegatur: quod ſic eſt obſeruatum que probatur per tempus, et obſeruationem decennij, tunc preſumitur conſuetudo preſcripta, etiam que maius tempus exigat. Quod eſt notabile, per. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. et no. infra de cenſi. peruenit. de cauſa poſſeſ. c. fin. quoniam ſicut cauſa preſumitur ex iuribus illis, ita preſumeretur conſuetudo, ex qua parti ius defenditur, vel roboratur. Hec omnia procedunt in alijs actibus, quam ſententijs. In ſententijs autem vt a principe, vel a papa proferuntur, ille ſole habent vim legis, abſq alia temporis continuatione, vel preſcriptione, eo qđ conſtat iudicātem ſic iudicare, vt in futurum obſeruetur. ff. de iudi. l. in cauſis.

40 C. de legi. l. prima. et. l. vltima, ſecundum Compoſt. hic. ¶ † Ad tertium circa tempus, a quo actu incipiat. Quidam quod a tempore actus, ex quo concluditur populi conſenſus: quia tempus ordinatur ad firmandum habitum populi, antequam detur conſenſus in eſſe, non datur quid confirmabile: argumen. de fide inſtru. inter dilectos. verſicu. ceterum. Et hoc tenet Odoffre. in. l. de quibus. ff. de legibus. et. l. ſecunda. C. que ſit long. conſue. Contrarium determinat Butri. in. l. de quibus. et gloſſ. ⁊ ipſe latius declarat in. l. ſecunda quod a tempore primi actus: argumen. l. cum, qui. Calendis. ff. de verborum obligatio. nam dicit Butri. quod ante decennium completum non adeſt conſenſus populi: ſed decennio completo adeſt, et preſumitur retro adfuiſſe omni tempore. Dat ſimile in. l. penales. §. communia. ad legem Falci. et. l. in quantitate vbi ſi vltra legatum excedat dodrātem, detrahitur Falcidia de omnibus ſuperioribus: quaſi et ipſi videantur dodrantem excedere. Facit quod not. de dona. in officij. vltra medium. C. de offic. dona. l. prima. et infra de dona. paſtoralis. Ad hoc. l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſti. predi. vbi confirmantur prime conceſſiones vltima ſuperueniente. Puto quod ſi ſit vnicus tantum actus, vel duo, quod computetur tempus actus exercitij, qui tranſiuit in notitiā populi: alias non poſſet habituari conſenſus, qui non adeſſet. Et dico quod conſenſus non ſurgit in complemento decennij, ſed ante, ⁊ lapſo decennio firmatur, et habituatur conſenſus, vt pro lege, quod ante erat ſimplex: commiſerunt enim primo vt iuſtū, ſed nō vt pro lege, niſi tempore lapſus decennij. Vbi autem ſunt multi actus ex quibus propter multitudinem preſumatur cōſenſus, tūc non poteſt patere quis particularis dederit conſenſum: q2 omnes ſimul dent conſenſum, vel preſumunt: argu. ff. de ſerui ruſti. predi. l. per fundum. computatio tamen non poſſit fieri plus ab vno, quā ab alio particulari ſit ab omnibus: ⁊ ſic a primo vſq ad vltimum: argu. l. generaliter. ff. de fideiuſ.

41 ¶ † Tertio eſt videndum de cauſa efficienti conſuetudinis, et ſic quis poſſet conſuetudinem inducere. Dic quod omnes, qui habent poteſtatem legis condende, et quante quantitatis poteſt conſuetudinem inducere. Et ſi diſtinguat totum Mundum, inducit conſuetudinem vniuerſalem, vt eſt conſuetudo Romana. Si diſtinguat prouinciam, inducit conſuetudinem prouincialem. xii. diſt. illa nouit. ⁊ c. ſequenti vſq ad finem. habens poteſtatem ſtatuendi quo ad dioceſim, vt epiſcopus: inducit quo ad dioceſim. et ſic de ſingulis: ⁊ ſic in eccleſia, illi de eccleſia: ⁊ ſufficit, vt ex dictis pz, qđ habeant poteſtatem ſtatuendi in genere, licet non habeāt aliquando in illa ſpecie, de qua agitur, vt quia ſtatuunt cōtra ius: ⁊ tunc exigitur quod ſit preſcripta, vt dictū eſt ſupra. Ideo dicūt Juriſte quod populus vniuerſus ſicut ſtatuit, ita ⁊ conſuetudinē inducit, ⁊ totius populi exigitur conſenſus habilium. Tamen dicit Gulie l. de Cu. quod ſufficiant maiores de populo populum regentes. Hoc non diſſentio, an ſoli regentes, ⁊ de quibus ſtatuant. Sed dic vt per Barto. in. l. omnes populi. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ per Jo. Andre. de conſtitu. cum omnes. ⁊ in. c. cum acceſſiſſent. per Inno. ⁊ quicunq poteſt ſtatuere, poteſt conſuetudinem inducere. Dixi de habilibus, quia furioſi. infantes, ⁊ mulieres nō cōputantur. ff. de legi. l. ſecunda. ff. de diuer. preſcri. l. diuus. Item minores. viginti ann. qui in lege condenda non preſtant ſuffragium. ff. de mune. ⁊ hono. l. ad rem publicam. de decur. ⁊ fil. eo2. l. ſpurij. §. primo. Item nec mulieres. ff. eodem. l. prima. Ad hoc quod no. de ope. noui nuntia. c. primo. Eo enim quod ſciunt ſic iudicatum, ⁊ non contradicunt conſentire videntur: vt. l. ſecunda. §. voluntate. ff. ſolu. matrimo. Nec obſtat quod non conſentiant, cum non valeant contradicere: vt. l. ſepe. de re iudi. infra. de re iu. c. quamuis. quia potuit contradicere, ſaltem de facto, licet non de iure: vt in regula iuris, eius

42 eſt nolle. ¶ † Circa populi conſenſum eſt dubium an exigatur qđ detur a congregatis in vnum de ſtatuto certum: quia debet fieri a maiori parte duarum partium preſente. ff. quod cuiuſq vniuer. l. nulli. ⁊ l. planc. l. tertia. de decre. ab o2. fa. not. de elect. licet. De quo dic vt de his, que ſiunt a maiori parte ca. c. primo. Item debent illud facere, vt corpus, non vt ſinguli: de conſtit. cum. M. an ſic erit in conſuetudine. Ad hoc de elec. in Geneſi. quod not. de poſtu. pla. bone. ij. de reſcri. cam ec. cum ſi. ff. de regulis iuris. aliud. §. primo. Glo. videtur exigere qđ exigatur conſenſus conuocato populo. ff. de legibus. Quam gl. recitando ibi pertranſit. Bart. Joan. And. dicit hic quod hoc eſſet nimis durum: ⁊ idem Pe. ⁊ Cy. in dicta. l. ij. alias exigeretur conſenſus expreſſus: qđ eſt ɔtra naturam conſuetudinis: vt. l. de quibus. Ex quo ergo ſufficit tacitus cōſenſus, non exigitur conuocari capitulum: ⁊ hoc operaſ rei natura. Hoc etiam tenet Pe. in. l. ſecunda. C. eo. ⁊ iura, que exigunt conſenſum, conuocato conſilio, ⁊ cōmuni, procedunt, quando exigitur, vel pre

43 ſtatur conſenſus expreſſus quod not. ¶ † Sed eſt dubium an vna pars populi poſſit, altera contradicente, inducere conſuetudinē. Si vna conſentit, altera contradicit, queſtio poteſt dupliciter intelligi. Primo, an vna pars populi poſſit facere conſuetudinē de per ſe, vt ſoli ligentur. Secundo, an poſſit facere conſuetudinē, vt ligentur alij conſuetudini non conſentientes. Primū tangit Gulie l. in. l. de quibus. ff. de legibus. Videtur quod non: quia populi totius conſenſus neceſſarius videtur: vt. l. de quibus. Item quia vniuerſitas eſt vnum corpus: non ergo poteſt diuidi. de ver. obli. ſtipulationes non diuiduntur. Contra credit Gul. ſi vna pars, vt burgum, vel cōtrata, volunt facere conſuetudinem de per ſe: quia quod videtur in toto, ⁊c. de offi. o de. paſtoralis. l. que de tota. ff de rei ven. Ad hoc quia communicata certa parte populi, illa eſt ſibi populus. ff. de lega. i. l. planc. Ad hoc. l. ij. C. de iudi. ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde. ij. diſt. c. lex. ⁊ c. plebiſcita. ⁊ c. ſenatus. Ad hoc. l. penul. de iuſtit. ⁊ iure. Ad hoc, quia in certa parte fundi poteſt conſtitui ſeruitus. ff. de ſerui. ruſt. predi. l. pro parte. ad hoc. l. obſeruare. §. ſi. ff. de offic. proconſulis. Iſta queſtio recidit in illam, an vna pars populi poſſit facere ſtatuta: de quo in. l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iure per Barto. de quo per Dyn. in. l. ſi quis a filio. §. fin. de lega. i. Et an vna pars populi poſſit facere diuerſas vniuerſitatē: de quo in. c. cum ab eccleſiarum. ⁊. de offi. or. Secundum etiam quod tangit Gulie l. in dicta. l. de quibus. in effectu concludit quod ſi conſuetudo eſt preter legem, vel ſecūdum legem, ſtatur maiori parti: vt. l.

aliud

aliud.§.refertur.ff.de regu.iuris.l.quod ſi maior ad munic.de his,
que fiunt a maiori.parte ca.per totum.Si faciũt aliqd cõtra legẽ,
dicit quod contradictio aliquorum impedit conſuetudinem:quia
quod eſt contra legem,reſtringi debet.ff.de legi.l.quod vero cõtra
rationem.Item quia ius ſingulare,⁊ ſpeciale contra legem debi-
lius eſt.C.ad Velleia.antique.de teſt.mili.l.eius militis.§.militia.
Ad hoc in authen.de defenſor.ciui.circa finem.ibi:eu nec a ciuitas
reluctante nullo,⁊c.hoc credo per text.in.c.i.de his que fiunt a ma
iori parte ca.niſi euidens appareat vtilitas conſuetudinis,vt ibi.
Ex hoc infertur an cõſuetudo liget mulieres,furioſos,⁊ infantes
inhabiles ad conſentiendum.Videtur quod non:quia conſentire
tacite non poteſt.l.qui ad certum.ff.loca.Materia eſt de offi.preſi.
l.diuus.⁊ de parri.l.tertia.Non obſtat qd non cõſentiant:quia in-
telligi debent iura de cõſenſu habilium ad legis ordinationem.ff.
de mune.⁊ hono.l.ad rem publicam.et dixi ſupra ſecundũ Cynum
de numero.Sed Guliel.dicit quod ligãtur in actibus proportio-
nabilibus minoribus:qꝛ non attẽduntur ipſi vt minores,ſed tota
vniuerſitas.ff.quod cuiuſq; vniuer.no.l.ſicut municipij.ff.de rerũ
diuiſi.l.in tantum.§.vniuerſitatis.ad hoc de lega.tertio.l.ſeruis le
gatis.§.omnibus et.§.omni.Ad hoc,quia ex facto maioris obli-
gantur.ff.de minor.l.Emilius.ex quibus cauſis in poſſeſ.eatur.l.
apud Iulianũ. Si eſt materia improportionabilis,vel a qua veri
ſimiliter ſunt excepti,vt quia dicit conſuetudo,quod ſi aliquis vẽ-
dat rem,nõ poſſit venditionem reſcindere occaſione minoris pre-
tij:minores intelliguntur excepti,inquantum veniant ad reſciſſio-
nem etatis beneficio.ff.de minor.l.i.arg.ff.de muneri.⁊ hono.l.vt
gradatim.§.ſed ſi lege.De mulieribus,dicit idẽ vt ligentur omni
bus predictis.Aſſentit Butri.qd vbi cõſuetudo reſpicit omnes
vt vniuerſos,vt qualiter eligatur Poteſtas,ſi concernat vniuer-
ſos immediate ſed mediate ſingulos,idem:vt quia ſtat ſtatutum,
vel conſuetudo de ſoluendo Poteſtati,vel doctoribus electis,⁊ tã
tum detur ſecundario,pro ſoluẽdo oportet ſingulos collectari,ad
hoc vt liget tales perſonas.l.i.ff.qd cuiuſq; vniuer.Si de reſpiciẽ-
te ſingulos immediate,vt nunc exigam debitum meum:⁊ dicit qd
non valet.In contrarium allegat.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com-
munia predi.⁊ aliter non ſoluit.Dic vt in ſtatuto dicit in.l.Antio-
cenſium.ff.de priui.cre.probatur ⁊ in.l.toties.ff.de poſſi.vbi con-
cluditur quod non valet conſuetudo ſine cauſa.Ideo dic ad.§.ſi
conſtat quod vel illa erit generalis omnium,vel id aſſueta pro pu-
blica vtilitate,⁊ non totaliter priuata,vt ibi cum pecuniam habet
44 lapicidinarum.¶†An mulieres ſtatuant,⁊ conſuetudinem indu
cant:dic quod ſic,quando habet iuriſdictionem:de ma.⁊ obedien.
cum dilecta.de arbi.cum dilecti.An conſuetudo de mulieribus,
maſculos liget:dic quod ſic,ſi proportionabilis eſt materia:alias
non,ſecundum Gul.Ideo ſi cõſuetudo mulieris habet quod poſ-
ſint reſcindere contractum,non extenditur ad maſculos:quia ea-
dem non eſt ratio,cum maior ſit fragilitas in mulieribus.Sed ſi
habet conſuetudo quod non reſcindatur,applicabitur ad maſcu-
los:argumen.eiuſdem rationis.C.que ſit lon.conſue.l.i.⁊.ij.⁊.ff.re
rum amo.l.contra virum.§.i.

¶Viſa materia forma ⁊ cauſa efficienti conſuetudinis,ex his cõ-
45 cludenda ſunt duo.†Primo quot ſunt ſpecies conſuetudinis,et
quid ſit conſuetudo.Dic,ſi attendatur conſuetudo prout eſt facti,
⁊ vt eſt genus,comprehendit in ſe omnem vſum,ſine a ratione,ſi-
ue a conſenſu,ſeu aſſenſu appetitiuo,aut inſtinctu,nature impul-
ſu:hoc modo animalia dicuntur habere conſuetudinem.Hinc eſt
quod illa retinemus,quandiu voluntatem reuertendi oſtendunt
aſſuefactioni.Inſti.de re.diui.§.pauonum.Sicut ⁊ in vitijs dici-
tur homo habere conſuetudinem,quando ex frequenti actu vitij
tranſit in habitum:Ethicorum.ij.l.iij.C.de epi.audi.Cõprehẽdit
in ſe etiam conſuetudinem,⁊ vſum cuiuſq; hominis priuati in ac-
tibus ſuis particularibus.Hinc eſt qd dicimus.Hec eſt cõſuetudo
patrisfamilias.ff.de le.i.l.ſi ſeruus pluriũ.l.vel vniuerſorũ.ff.de pig.
acti.l.qui ſemiſſes.ff.de vſuris.de officio lega.quod tranſlationẽ
de iureiuran.ad noſtram de pigno.illo vos de empti.⁊ ven.ad no-
ſtram.Comprehẽdit etiam in ſe conſuetudinem priuatam,que iu-
re eſt ordinata ad querenda iura particularia,quam iam appella-
mus preſcriptionem,⁊ vſucapionẽ.Ex vſu enim rei priuate ⁊ tem
pore acquiritur dominium comprehendendi etiam in ſe conſuetu-
dinem ſtricte ſumptam,que creat ius vt publicum.Si ergo in ge-
nere ſumatur conſuetudo,et queritur quotuplex eſt:Dic,quedam
eſt priuata,⁊ inſtinctu,abſq; ratione:et eſt facti.Quedam eſt priua
ta,et cadit in animali,et homine,inquantum vtitur anima ſenſiti-
ua,abſq; ratione:et eſt facti.Quedam eſt priuata,et facti,et ſecun-
dũ vſum rationis,vt eſt illa,qua iuſte,et ratiõe vtit paterfamilias,
⁊ bonus economus in gubernandis actibus proprijs:⁊ iſta,ſi fiat
ſpecialiter in vſu ſcribẽdi,appellat ſtylus:de quo dicã infra.Que-
dam eſt conſuetudo priuata,⁊ iuris,⁊ ad finem creandi ius,vt pri-
uatum,⁊ appropriabile:⁊ hec eſt conſuetudo,que in ſpecie appel-
latur preſcriptio:que qualiter etiã appelletur,dicam infra.Que-
dam publica,⁊ iuris:⁊ illa,que ordinatur ad creandum ius,⁊ pu
blicum omnibus,et hec eſt iuris,et altera lex,et de hac loquimur
hic.Ex his habemus conſuetudinis diuiſionem in genere ſum-
46 ptam.†Per hoc datur differentia inter conſuetudinem ⁊ ſtylum:
nam videtur quod non differat a conſuetudine:de cri.falſi.quam
graui.vbi quod prius vocauit conſuetudinem,poſtea vocat ſty-
lum.Petr.de Bella.perti.dicit quod ſtylus eſt ius non ſcriptum
vſibus introductum ab vno iudice.Et in hoc differt a conſuetu-
dine,que eſt vſus communis:ſtylus eſt vſus vnius.Eſſet ergo,ſe-
cundum eum,quando per vſum ſtilatim a iudice determinata eſt
lex,dicens in omnibus cauſis libellum non dari ad cauſas vigin-
ti ſolidorum.Ioan.And.dicit quod ſtylus eſt vſus in ſcribendo
tantum:de cer.firma.vtili vel inutili.c.pe.de crimine falſi.quam
graui.Unde ſumitur a ſtylo,quo ſcribitur in cera,vel tabula:vt
dicto.c.pe.ſm Io.An.⁊ de hoc in ſcribendo dicimus ſtylum cu-
rie,⁊ ſimilia.Differt ſtylus a conſuetudine ergo,qꝛ cõſuetudo lex
communis ſtylus particularis perſone,vel officij certi.Itẽ qꝛ cõ
ſuetudo in omnibus actibus vniuerſalis:hic tantũ ſcripture.Itẽ
vt puto,cõſuetudo exigit tẽpus,hic ſtylus non exigit tempus,ſed
ſufficit bis,vel ter hoc ab illo ſeruatũ abſq; temporis cõfirmatio
ne:vt.j.in ſi.Probabo in effectu,qꝛ cõſuetudo p omnia vt lex:hic
ſtylus nõ arctat.niſi in declaranda mente ſcribẽtis:quia ſic alias
47 ſcripſit,ſic in ſtylo ſcribẽdi eſt eius mẽs.†Itẽ in declarãdo an hec
ſit ſcriptura ſcribentis,vel non:quia ſi non habet ſtylum cõſuetũ,
litera illius non preſumitur.Item in ſupplẽdis abbreuiaturis:qꝛ
ſecundum ſtylum ⁊ conſuetudinem notarij,ſupplentur ⁊ exemplã-
tur:de fide inſtrumen.cum P.tabellio.⁊.c.ſi.de teſti ſignificauit.
¶Ex his dicit Nico.de Mat.quod eſt dare conſuetudinẽ ſtricte,
de qua loquimur:⁊ eſt dare conſuetudinẽ,que dicitur non conſue-
tudo,ſed aſſuetudo,id eſt.obſeruãtia quedã,que differt a cõſuetu-
dine in pluribus:⁊ hec eſt obſeruãtia alicuius curie que plus eſt in
facto vſus quidã,quã in iure:quia non eſt lex.Differt a ſtylo,qꝛ ſty-
le in ſcribendo hec in alijs actibus eſt vaga:et in hoc applicat ad
naturam conſuetudinis.Sed differt a conſuetudine.Primo qꝛ cõ
ſuetudo eſt populi:hic,vnius iudicis.vel tribunalis.Poteſt etiã
eſſe hic totius populi.ſed ſufficit ſic aſſuetũ,vt ſonat in facto,lz nõ
tantũ,quod ex hoc ſurgat ius conſuetudinis.Secundo differt,qꝛ
conſuetudo exigit tempus ad habitum firmandũ populi:vt quod
iure hic nõ exigat tempus,ſed ſufficit aliquibus actibus hoc a cu
ria obſeruatum:qd relinquitur iudicantis arbitrio.Differunt in
effectu:quia conſuetudo vt iuris,vim omnem legis habet obſeruã
tiam:vt facti,habet tantũ vnicum effectum declaratiuum,vel iu-
ris quo ad verba dubij,vel omiſſi a iure declarãdi:vel verborũ du
biorum loci,aut vocabulorũ,vel omiſſi ab hominibus ſupplendi:
ideo ſi lex eſt dubia,vt plurimum intelligibilis,ſeruari dz qd plu-
ries ſeruatum eſt in curia.Licet enim non ſit hoc preſcriptũ.ſaltẽ
loci ſapientum,hec eſt communis opi.circa legem dubiam:obſeruã
dũ eſt ergo.ff.de legi.l.minime.de conſue.cum dilectus.dũ tamen
alteri legi non obuiet aperte:quia tunc oportet quod ſit conſue-
tudo.Habet ſecundo effectum omiſſi a iure declarandi,ſi ius relin
quit aliqd arbitrio iudicãtis.⁊ nõ declarat,ſi ſtylus curie hoc ob-
ſeruauit,ita quod pluries ſit obſeruatũ,licet non conſuetum:ita
quod preſcriptũ,hoc obſeruatum.Item lex dicit ferias meſſium.⁊
vindemiarũ obſeruandas,non determinat tempus:ſtabitur huic
obſeruantie.ff.de ferijs.l.preſides.de offi.pconſul.l.ſi ancillã.Lex
dicit vſuras moderatas preſtãdas,loci in moderatione attẽdetur
obſeruantia.ff.de vſuris.l.i.Dicit cautionẽ preſtandam:nõ deter
minat vſq; ad quẽ diem ſtabitur obſeruantie.l.ſi finita in princi-
pio.ff.de dam.infec.Sic ⁊ ſi nõ dicit qualis cautio preſtanda ſit,ſta
bitur obſeruãtie.ff.de cuſto.re.l.ſi quis reũ.De verbis dubijs loci
patet.ff.de ſupellec.le.l.Labeo.ff.de leg.i.l.ſi qs in fundi vocabulo.
l.liborũ.§.quod tamen Caſſius.de le.iij.de fundo inſtruc.⁊ inſtru.
leg.l.cum de lanionis.§.aſinam.de ſponſalib.ex literis.Et hec ſi-
ue pferantur a teſtatore,ſiue etiam a cõtrahentibus.ff.de euic.l.ſi
fundus.cum ſi.Sic ⁊ ſuppleet verba omiſſa a contrahentibus,vel a
notario.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de edil.edict.cum conco.
In talibus licet dicere.Hoc quotidie factũ eſt,⁊ obſeruatum:lz
tempus non pbetur.Et ſufficit dicere,Hoc ſepe factũ eſt.ff.ſi cer.
pe.l.certi cõdictio.§.ſi nummos.Aduertendũ qꝫ iſta obſeruãtia.
aut eſt pluriũ,vel publice perſone inter plures:⁊ hec regulat alio
rũ actus.Aut eſt vnius ſingularis pſone:⁊ hoc regulat ſolũ actus
illius,⁊ declaratur ab illius voluntate pẽdentes:⁊ quo ad illos de-
clarandos,vel certificandos,plus attendit conſuetudo ipſius ſin
gularis perſone quã communis loci:vt,l.ſi ſeruus plurium.ff.de
le.i.de le.iij.l.legatus ſeruus.⁊ patet in.l.qui ſemiſſes de vſuris.et
in.l.vel vniuerſorum.de pig.act.Sunt hic et plurimũ verba Ni-
co.de Mat.in.l.de quibus.Operat etiam aliquãdo effectum pro-
bationis,ſeu preſumptionis:⁊ dicit glo.quod probat cauſam,ita
quod non admittit pbationem in cõtrarium.ff.de vſuris.l.cum
48 de in rẽ verſo.Sed de hoc dicã de cenſibus.peruenit.¶†Ex his

concluditur differentia inter cõſuetudinem, et preſcriptionē. Hic Jo. An. recitat aliquos aſſignantes differentiā. Primo Hoſti. in Summa huius ti. §. ſi. ver. extra ſummā dicit quod preſcriptio habet locum in rebus corporalibus, et incorporalibus, mobilibus et immobilibus: de preſcrip. au litis et c. ſeq. Conſuetudo vero tātū in incorporalibus: vt in ſeruitutib⁹, electionibus, et ſimilibus. Itē preſcriptio acquirit ſingulari, et priuato: cõſuetudo autem magis iſti, quam illi. Unde ſi preſcriptionem allego cõtra illū, contra quē non preſcripſi, ſuccumbo: ſecus ſi conſuetudinē: de quo de off. ordi. c. ſi. et in regula, ſine poſſeſſione. de reg. iur. lib. vj. in ſolutione quarte. In preſcriptione requiritur titulus, et bona fides: in cõſuetudine nõ niſi vſus, et tempus completum. ff. communia predi. l. vēditor. §. j.

49 ¶ Item priuilegium et preſcriptio non concurrunt: de fide inſtru. dilectos. verſicu. ceterum. et de preſcrip. veniens. niſi forte ex priuilegio preſcribatur de iure pa. cura. Sed priuilegium, et cõſuetudo concurrunt. ſupra, eodem. c. cum dilectus. de verb. ſignifi. abbate. xvj. q. iij. placuit. Ideo diſcrete facit monachus, qui cõtra parochialem eccleſiam in decimis allegat conſuetudinem: de quo in. d. c. ſi. de of. arch. de quo de ele. cū eccleſia Vulterana de decimis cum contingat et c. cum in tua et c. dudum. Compoſt. dicit qđ conſuetudo eſt eiuſdem actus repetitio. C. de epiſco. audien. l. ij. xxv. q. ij. ita nos. Preſcriptio eſt cõtinuatio temporis lege diffiniti. ff. de vſuca. l. tertia. Unde dicit quod preſcriptio habet ſe ad cõſuetudinē, ſicut diſponēs ad diſpoſitum. Actum enim repetitum, quē dicimus conſuetudinem, diſponit cõtinuatio temporis lege diffiniti, quā preſcriptionē appellamus. Hoc idem Specu. de preſcrip. §. j. Sed que eſt differentia. Pe. et abbas dicunt, quod eſt illa differentia, que eſt inter cõfirmātē et cõfirmatū: cõfirmat enim preſcriptio conſuetudinem. Fran. vero dicebat quod conſuetudo fuit inducta ante ius ſcriptum: ſed preſcriptio inducta fuit per ius ſcriptum: de preſcript. ſanctorum. et c. vigilanti. Item preſcriptio habet omnem effectum legis, vt dicam circa effectum hic vnicum tantum, ſcilicet derogandi negligenti. Et ex his, que primo dicta ſunt, apparet quod, c. cum dilectus. ſ. eodem. eſt poſitum ſub incongruo titulo. Certe non eſt, inquantum ibi conſuetudo adducitur ad interpretandum ſtatutum: quia hic eſt finis conſuetudinis, vt ibi dixi. Idem dixit decre. in eodem titulo, libro, vj. licet decre. iij. defendi poſſit, vt in verſicu. et hic non defendam infra. Petr. recitat quoſdam dicere, et Cyn. l. ij. quod preſcriptio eſt factum, conſuetudo eſt ius. Secundo ponit differentiam ſupra Compoſt. Tertio ponit differentiam quod conſuetudo acquirit ius, vt contra quēlibet: preſcriptio vt contra ſingularem: et ſi contra plures, vt contra ſingulares: nam ſi volo querere ius collectandi contra iſtum et illum, hec eſt preſcriptio. Si ſimpliciter contra omnes, hec eſt conſuetudo. Preſcriptio enim cauſatur ex negligentia non potentis, vel non reſiſtentis. Conſuetudo autem non cauſatur ex conſenſu vnius, ſed totius populi, vel maioris partis: et ideo conſuetudo ligat ignorantes: quia procedit contra ſingulares, non tanquam contra ſingulares, ſed tanquam omnes: ideo ſi conſuetudo eſt, qđ maiores natu ſuccedunt in totum: ſi aliqui ſingulares non velint hoc ſeruare, compelluntur: quia conſuetudo eos ligat: ſed ſi cõſuetudo ſe determinat ad certam perſonam, vt maior natu potius ſuccedat in hereditate, non erit cõſuetudo ſed erit pſcriptio. Unde nõ preiudicabit aliis, niſi populus totus in hoc cõſenſit. Per qđ dicit qđ ſi nobilis allegat, volēs collectare ius vniuerſale: et hoc ſit verū, virtute illius poterit collectare ius vniuerſale. Sed ſi allegat ius ſingulare: vt quia ille collectatus ſit, et ille: ſed in illis certis perſonis, dato quod conſenſerit maior pars, cõſuetudo nõ eſt, nec alios ligat: nec eis preiudicat: ideo eſt preſcriptio, ſcđm Pet. Itē ſecundum eum eſt alia differentia: quia ſemper preſcriptionis ius eſt diſpoſitū id eſt. formatum vt dominium, quod ex ea queritur: cõſuetudo eſt ius diſponens: ideo dicit quod Canoniſte qui dicūt cõſuetudinem preſcribi, neſciūt quid dicant: quia cõſuetudo nõ preſcribitur: quia oportet quod id, quod preſcribitur, ſit ius diſpoſitū: ſed conſuetudo nunquā eſt diſpoſitum, ſed diſponens. ¶ Dico ſubſtantialem fore differentiam inter conſuetudinem et preſcriptionem: quia finis conſuetudinis et vt plurimum ordinatur in finē credendi ius vt publicum, et non appropriabile, ſed commune, preſcriptio ordinatur in finem querendi ius vt priuatum, et appropriabile qđ alij appellant diſpoſitum: et ſic conſuetudo publica vt lex: preſcriptio priuata: ſed quia iura aliquid applicant, ſaltem diſponens, qđ reſpicit agentem et patientem. ¶ Aduertendum quod quandoque ius in agente et patiente eſt commune, et hoc non poteſt eſſe niſi cõſuetudo: vt quia ex parte, cui fauet, non determinatur ad certā perſonam, ſed ad plures, ſed nõ ad illos, vt ſingulos, ſed ad omnes vt indifferenter. Item ex parte, cui nõ fauet, etiam nõ determinatur ad certam perſonam. Quandoque ex parte vtriuſque determinat ad certam perſonam: et quia illi, cui acquiritur ex vſu, eſt certa pſona, vel loc⁹: et is, ad cuius incommodū eſt, adhuc certa: vel ſi ſunt plures, determinatur ad eos vt ſingulos, ad creādū ius contra eos: et hoc non poteſt eſſe niſi preſcriptio vt dicit Pe. et bene: cui cõſonat Innocen. infra de offi. archid. dilecto. Quandoque ex parte, cui queritur, determinatur ad vnum ex parte eorū, cõtra quos determinatur ad plures non vt ſingulos: et hec eſt cõſuetudo, ſi adeſt cõſenſus tacitus habentis poteſtatem legis cõdende. Ad hoc de offic. archidia. dilecto et quod ibi not. Innocen. Quandoque ex parte eius, cui queritur: adhuc eſt indifferens ex parte eius, cui determinatur ad certam perſonam, vel locum: adhuc eſt hec conſuetudo. ¶ Exemplum de primo: Conſuetudo diſponit qꝫ maior natu ſuccedat, excluſis aliis: ſi ſe non determinat ad certam perſonā, eſt cõſuetudo, et habet generalis conſuetudo prouincie, quod in eccleſiis collegiatis adſint in electione clerici eccleſiarū cathedralium: hec eſt conſuetudo: ſi conſuetudo eſt in omnibus eccleſiis de optando, hec eſt conſuetudo. ¶ Exemplum de ſecundo, ſi velit vna eccleſia cõtra aliā acquirere ius eligendi, aut actiue, aut paſſiue: de verbo. ſignifica. abbate. de conſuetu. cum dilectus. hec eſt preſcriptio. ¶ Exemplum de tertio: vt in nolente acquirere ius collectādi indifferenter quo ad omnes. ¶ Exemplum de quarto: vt in nolente collectare allegando in prouincia conſuetudinem generalē omniū nobilium eiuſdem generis ſubditos collectandi: hec eſt conſuetudo. Idem dico de iure optandi in eccleſia: qꝛ quo ad eos qui agunt querere ius hoc optandi, non eſt quo ad perſonam certam determinatam: ideo eſt conſuetudo, et non preſcriptio: et capitu. iij. de conſuetu. bene ſituatur, quicquid dictum ſit ſupra. Ideo inquantum epiſcopus concedit concanonicis, vt ſine cõſenſu eorum poſſit punire delicta, hic eſt preſcriptio: quia quo ad eos abſtrahit ius, et dat alteri certo: prout autem cõtendit epiſcopus cum ſubditis, quia hoc ius corrigendi plus nõ determinatur quo ad vnū, quam quo ad alium eſt cõſuetudo. Et hoc voluit gloſſ. in verbo canonice. et Joan. Andr. ſuper ea. Quod bene notandum eſt: et in terminis capituli finalis, etiam inquantum contenderent, eſt conſuetudo: quia ex parte querentium non determinat ſe ad certam perſonam. Cauti ergo ſint aduocati in bene hoc perpendendo, et diſcutiendo, et articulando. ¶ Ex his concluditur differentia cõſuetudinis ab aliis: in aliquo tamen conueniunt omnes: quia in vſu et actu merito poteſt in genere appellari conſuetudo. Inter alia eſt differentia vna: quia conſuetudo extendibilis eſt, quando eſt fauorabilis: ſed non preſcriptio, quia odioſa: vt dicit Innocen. de offic. archidia. c. dilectus. Et concluſa conſuetudine, prout eſt ius equipollens legi communi, vidende ſunt ſpecies illius: et ſubdiuidi poteſt multipliciter. Primo ex parte forme: vt diximus, Hec eſt conſuetudo rationabilis, et hec eſt irrationabilis: que licet ſecundum leges inquantum deficit in parte rationis, poſſet dici conſuetudo, vt in. l. quod vero contra rationem. ff. de legi. tamen ſecundum nos perdit nomen conſuetudinis, eo quod formam perdit, que dat eſſe rei. ff. ad exhiben. l. ſed et ſi quis. §. Julianus. Et dicitur non conſuetudo, ſed corruptela: vt hic, et de conſanguini. et affini. non debet. cum ſimilibus. Poteſt diuidi ex parte quantitatis: et hec aut eſt generaliſſima, que vniuerſum orbem diſtinguit: vt quod oretur verſus orientem. xj. diſtinctio. eccleſiarum. et capitu. ſequen. Hodie autem eſt conſuetudo quod non iurent aduocati, contra legem rem non nouam. C. de iudiciis. Sed Hoſtienſis dicit quod illa, vt irrationabilis, non valet: de iuramen. calum. ceterum. Generalis non diſtinguit prouinciam, de elect. cum eccleſia. Specialis: que ciuitatem diſtinguit vel caſtrū. ff. communia predio. venditor. §. ſi conſtat. de iureiurand. venientes. Et he due ſpecies in quo derogent iuri, dicetur infra, eſt ſpecialiſſima, ſecundum quam in dubiis iudicatur: et hec preſumptionem inducit, cui ſtatur, donec contrarium probetur: de pign. acti. l. vel vniuerſorum. ff. de vſuris. l. qui ſemiſſes. Hec ſunt verba Hoſtien. ſ. eodem. cum dilectus. Et de iſta nõ eſt hic agendum: quia

50 hic eſt alia ſpecies, vt ſupra dixi. ¶ Viſa materia cõſuetudinis, forma, cauſa efficienti: et ſpeciebus: clarius concludam diffinitionem conſuetudinis. Iſidorus dicit quod eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. j. diſtinctio. c. conſuetudo. Et dicitur conſuetudo: quia conſueti mores, ex quibus reſultat: conſuetudinem inducunt. Vel conſuetudo, id eſt, communis vſus, arguendo ab etymologia quod licet: de preben. cum ſecundum. xxi. diſtinctione. c. cleros. cum ſimilib. Inquantū dicit. Ubi deficit lex: intellige id eſt, vbi nõ eſt, vel vbi ex cõſuetudine ceſſat: quia eſt contra legem. Et ex hoc videt quod conſuetudo non inducatur de eo, de quo lex eſt: de quo dicam infra. Azo in Summa, eodem titulo, dicit quod cõſuetudo eſt ius moribus populi inſtitutum, et non ſcriptum. ff. de legi. l. de quibus. Innocē. dicit qđ eſt ius non ſcriptum, moribus diuturnis populi introductū. Hoſtien. dicit quod eſt vſus rationabilis competenti tempore firmatus, nullo actu cõtrario interruptus. Et eius expoſitionē vide in Summa, eodem tit. §. j. ij. iij. et iiij. Jac. de Ra. dicit qđ eſt eius moribus, vel vſibus populi totius, vel maioris partis recte initiatū et continuatum conſtitutū, legis habens authoritatē. Et non poſuit ius.

ſuit ius non ſcriptum: quia non fatetur illud eſſe de ſubſtantia cō-
ſuetudinis: de quo dixi. ſ. Jo. And. coniungit conſuetudinis diſ-
finitionem Jaco. ⁊ Pet. dicens quod eſt ius non ſcriptum mori-
bus vel vſibus populi, vel maioris partis recte initiatis, ⁊ conti-
nuatis, legis habens authoritatem. Et exponit ſingula, que pa-
tent ex dictis. ¶ Diffinitionem Pe. in effectu ponit Guliel. de
Cug. Idem Dy. ⁊ recitat Bar. in. l. de quibus. Dicit enim, Con
ſuetudo eſt ius non ſcriptum, moribus, ⁊ vſibus populi introdu-
ctum. Bar. ad literam ponit diffinitionem Jo. And. Butrig. di-
cit quod conſuetudo eſt ius non ſcriptū, diuturnis moribus vten
tium comprobatum: qđ adeo eſt magne authoritatis, vt nō ſit ne-
ceſſe ad ſcripturam reduci, vel in ſcriptis comprehendi. Diffini-
tiones iſte peccant omnes: ⁊ omnes diffinitiones in iure periculo-
ſe ſunt. ff. de reg. iuris. omnis diffinitio. l. qđ dicitur. ff. de impen. ⁊
l. mora. de vſuris. Dico ergo quod conſuetudo eſt ius publicum,
moribus hominum rationabilibus habituatum, tacito conſenſu
habentis poteſtatem legis condende, ſurgens immediate, qđ pro
lege ſuſcipitur. Quare dicam ius, patet ex dictis. Publicū etiam
dico, ad differentiam preſcriptionis, ⁊ aliarum ſpecierum. Dico
Habentis, ⁊c. ne me reſtringam ad conſuetudinem populi tantū.
Et non dico etiam, Moribus populi: quia inducitur conſuetu-
do aliquando non vtente toto populo, tacite conſentiente. Diffi-
nitiones omnes ſunt periculoſe non inſiſto plus.
51 ¶ † Quarto reſtat videre de effectibus conſuetudinis: ⁊ dico qđ
conſuetudo habet omnem effectum, quem habet lex, ⁊ ſtatutum:
quia per omnia habent vim legis. Unde hoc inſequi eſſet inquire-
re tractata in ſtatutis, ⁊ legibus. Attingam ergo aliqua commu-
nia, ⁊ dubitabilia. Joannes Andreas computatis quinque quos
Hoſtienſis collegit in Summa huius titu. colligit quinq; Hoſti.
⁊ Uincen. computatis quinq; Hoſti. ſcilicet interpretandi, corri-
gendi, abrogandi, legem ſupplēdi, preſumptionem inducendi, ad-
iudicandi, iuriſdictionem dandi, ⁊ habilitandi. Sed dicit Joan.
And. quod ſi ſic ſpecifice volumus, ſunt multo plures: vt colligi-
tur ex gl. hic. ¶ Sed reducendo me ad principalia, quandoq; con
ſuetudo conſonat legi, quandoq; eſt preter legem, quandoq; repu
gnat legi. Si conſuetudo conſonat legi, quia per omnia diſponit
vt lex ipſa, ⁊ habet iuuamen legis: ⁊ tunc ſi eſt dubia, eam interpre
tatur. ff. de legibus. l. minime. ſ. eod. cum dilectus. Si eſt certa, illā
roborat, ⁊ confirmat: vt patet in pluribus iuribus. in quibus alle
gatur ius, ⁊ conſuetudo. Ad hoc. iiij. diſt. §. leges. Et dicit Butri.
in. l. de quibus. ⁊ in. l. ij. ad hoc vltimum. l. ſi. C. que ſit lon. cōſue. ha
bet etiam effectum quod vbi conſonat cum lege antiqua, poteſt il-
la, que non poſſet: vt circa illa, cuius diſponere eſt ſolius pape, vt
circa ſacramentalia: vt in. c. ſuper eo. de cog. ſpirituali. Si eſt pre-
ter legem, quia non contra tenorem legis, ſed diſponit in caſu diſ-
poſito, ſed non declarato, conſuetudo declarat: vt dixi. ſ. Si ex to-
to non a iure diſpoſitus caſus deciſus per conſuetudinem: ⁊ tunc
conſuetudo inducit, aut permittendo, aut inhibendo, aut iuben-
do. ff. de legi. l. i. iuris. iiij. diſtin. capi. primo. ⁊ ſecundo. ⁊ trahitur
conſuetudo ad caſus ſimiles legi non repugnantes, ⁊ ex ſimilitu-
dine, ex rationis identitate, ex rationis maioritate ⁊ ex omni cau-
ſa legem extendente: vt. l. de quibus. ⁊ ibi tex. ⁊ glo. ⁊ docto. ff. de le-
gibus. ⁊ in. l. i. C. que ſit lon. conſue. Si conſuetudo diſponit contra
legem, aut contra legem nature, aut gentium, aut poſitiuam. Si
nature, aut inquantum eſt myſtica: ⁊ valet diſpoſitio. vi. diſtin. §. is
ita. Si inquantum eſt moralis, idem quod dixi de ſtatuto in. c. que
in eccleſiarum. ⁊ per Cy. in. l. ſcripta. C. ſi contra ius, vel vti. publi.
⁊ Bart. in. l. ſi. ⁊. l. omnes populi. de iuſti. ⁊ iur. ⁊ hic non proſequor.
Sed concludo quia omnia iſta membra ſunt ad hec reducibilia:
quia vel agit conſuetudinem inducens ex toto tollere ius natura-
le, ⁊ non poteſt aut diſtinguere, vel temperare: ⁊ inquantum con-
ſuetudo ex reſiſtentia iuris nutrit peccatum, non valet contra le-
gem naturalem, vel diuinam. Inquantum diſtinguendo nutrit
peccatum, tunc valet conſuetudo, eo quia formalitatem habet ra-
tionis. Per que dicit Joan. And. quod cum lex nature dicat. In
ore duorum, vel trium, ⁊c. de indi. nouit. de teſti. in omni. ⁊ de teſta.
relatum. quando lex diſtinguendo ex cauſa, vt tollatur falſitas,
exigit plures, vt in teſtamento: ⁊ quandoq; etiam caſus exigit plu
res. ij. q. iiij. capi. i. ⁊. ij. de teſt. licet. ⁊ ſi hoc facit lex, ⁊ conſuetudo:
52 vt. l. de quibus. ff. de legibus. ¶ † Ex his infert hic, ſtatuta contra
ius diuinum, ⁊ conſuetudines, non valere, vt liceat interficere in-
terfectorem patris. Uide Joan. And. in addi. Spec. in tit. de con-
ſtit. ⁊ quod dixi. ſ. de conſtit. que in eccleſiarum. Item dicit quod
non valet conſuetudo, vt percutientem in faciem licite occidam,
vel propter deformitatem ſuperuenientem coniugi, licite teneam
concubinam, vel quia liceret tenere concubinam, ſi vxor filios non
procrearet. Item non valet conſuetudo quod propter vtilitatem
publicam, vel pauperum eleemoſynam, vel captiuorum redem-
ptionem, liceat furari, fenerari, vel falſum dicere teſtimonium. i. q.
i. non eſt putandum. Idem dicit Hoſtien. de ſtatutis permitten-
tibus occidere bannitos pro pecunia, vel que pro homicidijs im-
ponunt penam pecuniariam. Ad hoc. ſ. c. proxi. de pact. l. ſi vnus.
§. pacta. ⁊ in authenti. de man. princip. §. oportet ergo. colla. iij. Ad
hoc quod not. de offi. archi. dilectus. de delictis puerorum. c. ij. ⁊ in
ſumma huius titu. §. quando. ad ſi. Ex hoc infert Hoſtien. ad con-
ſuetudinem, qua permittitur vt liceat debitorem ſuum capere, vel
eius defenſorē, vel pignora recipere: quod eſt irrationabilis, quia
inducit rixas, guerras, vulnera, ⁊ homicidia, que inde proueniūt.
ff. quod metus cauſa. l. extat. l. quoniam. ad legem Juliā de vi pu-
bli. ff. de vſufruct. l. equiſſimum. de pact. dota. l. conuenire. ff. de re-
li. ⁊ ſum. fu. l. oſſa. §. i. C. de Judeis. l. nullus. ne quis in ſua cau. l. i.
vnde vi: ſi quis in tantam. de iura. ca. certum. de fide inſtru. capit.
conſtitutus. Quod dicit verum inquantum inducit vt pignoret
inuitum: ſecus ſi volentē: licet curialius eſſet illud petere per pre-
torem. C. de pig. l. iij. ſecundum Hoſtien. Si eſt contra legem gen-
tium: dic quod in ſtatuto dixi in. c. que in eccleſiarum. ſ. de conſti.
valet ſecundum Cyn. in quantum non tangit priuatum, non va-
let ſine cauſa: cum cauſa ſic: vt. l. venditor. §. ſi contra. ff. communi.
53 predi. † Inquantum autem contradicit legi poſitiue, iura viden-
tur in ſe ipſa contraria: quia. l. ij. C. que ſit long. conſue. xi. diſt. con-
ſuetudinis. dicit quod licet eius non ſit vilis authoritas, non ta-
men vſq; adeo valitura, quod vincat rationem, aut legem. Et hic
dicit quod non vincit legē, licet eius non ſit vilis authoritas. Hec
videntur contraria: quia ſit authoritatis non modice, ⁊ quod ſuc-
cumbat legi, ⁊ rationi: quia vel intelligimus de rationabili, ⁊ hec
eſt magne authoritatis: vel dicimus de irrationabili, ⁊ hec nō vin
cit legem, nec eſt alicuius authoritatis. Gl. in. d. l. ij. ⁊. l. de quibus.
⁊ in. xi. diſt. cōſuetudinis. ⁊ hic laborant. ¶ Quidam dicunt quod
inquantum dicit quod nec eſt vilis authoritatis, debet intelligi de
bona. Inquantum dicit qđ non vincit legem, intelligitur de ma-
la. Non placet hic glo. Et dicit Jo. And. quod ineptitudo huius
patet, quia ſeparat caudam a capite. Ad hoc. ſ. de baptiſ. maio-
res. ¶ Secundi dicunt qđ eſt authoritatis, vt in principio, ⁊ quo
ad hoc vt localiter vincat legem, ſed non quo ad hoc vt vincat vni
uerſaliter. Sed hic non habet dubitationē. Dic ſumendo mentem
Hoſti. ⁊ Joan. And. ſi queritur ſimpliciter, an conſuetudo ſit bo-
na, non deſcendendo ad aliquos particulares euētus, vel acciden-
tia: dic quod in ſe non eſt modice authoritatis. Si queritur an de-
ſcendendo ad alterum predictorum, puta accidētia, ſi ponderetur
prout eſt irrationabilis, non eſt authoritatis: ſed prout eſt ratio-
nabilis ⁊ formalis, eſt authoritatis. Si ponderetur prout vires di
rigit contra legem nature, ſi nutrit peccatum, non eſt authorita-
tis, nec vincit legem nature: ſi prout repugnat legi nature, non
nutrit peccatum eſt rationabilis, ⁊ vincit legem nature. viij. q. i.
contra. cum ſe. vi. diſt. §. is ita. Si prout repugnat legi poſitiue, ſi
non eſt rationabilis, vel non preſcripta, non eſt authoritatis, vt
vincat legem ſi prout eſt rationabilis, ⁊ non preſcripta, eſt autho-
ritatis, ſed non vincit legem: ſed prout eſt preſcripta, ⁊ non eſt ra-
tionabilis, non eſt authoritatis, nec vincit legem. Dat ſimile Ho-
ſtien. Si dicitur, Talis rex habet magnam potentiam: ſic in gene
re loquendo, hoc erit verum: ſed non tantum vt poſſit in tribus
diebus vincere talem ciuitatem, niſi ſecum habeat duos nobiles.
Hec vera inquantum reſiſtit iuri, quod tollere non pendet a pote-
ſtate inducentis conſuetudinem. Sed ſi ab eius dependet poteſta-
te illud tollere, non exigitur quod ſit preſcripta, ſed habituata. ff.
de legi. l. de quibus. Et in hoc non corrigitur lex, inquantum dixi
tollere legem, tollit ad menſuras poteſtatis conſuetudinem indu-
centis. vt ſi diſtinguit vniuerſum, tollit vbilibet: ſi diſtinguit pro-
uinciam, in illa tollit: ſi ciuitatem, vel locum, quo ad ciuitatem vel
locum. Et hec eſt communis opi. Inquantum dixi conſuetudinē
valere contra ius poſitiuum, hoc eſt verum, quando non eſt prece-
pti. Si eſt precepti, ſi illam diſtinguit, valet, ſi diſtinctio illa poteſt
eſſe abſq; peccato. Inquantum autem illi derogat, vel diſtinctio
ſtante precepto, hoc non poteſt ſine peccato. Compoſt. tenuit. ſ. eo.
ſuper rubrica, quod non valet conſuetudo. Puto quod ſi ab ini-
tio ab vniuerſali, ⁊ vniuerſitate non recipitur quod poſſit tolli, ⁊
impediri conſuetudo oppoſita: de cleri. conin. olim. ⁊. iiij. diſt. §. le-
ges. Si recipitur, ⁊ poſtea non ſeruatur vniuerſaliter ex patientia
ſuperioris, adhuc tollitur: vt in. d. §. leges. Si ſuperior oſtendit ſe
non pati, non tollitur, ⁊ contraueniens peccat. Si autem conſue-
tudo eſt particularium, illa non tollit preceptum, nec peccatū. Sic
intellige quod no. Compo. ſ. c. ſuper rubrica: ⁊ quod no. gl. de treu
ga ⁊ pace. capi. primo. ⁊ dixi in. §. leges. Inquantum dixi conſuetu
dinem valere contra legem, hoc eſt verum, quando eſt contra teno
rem legis. Sed ſi eſt directo contra legem, vt quia lex expreſſe re-
probat conſuetudinem: ⁊ tunc dicit Pe. aduertendum qđ aut lex
expreſſe reprobat conſuetudinem introductā: ⁊ non valet conſue-
tudo contra legem, quia non habet legis authoritatē. C. de vſur. l.
eos. §. i. C. de furtis. aut. nauigia. C. de ſacroſan. eccl. aut. caſſa. cum
ſibi ſimilibus. Si conſuetudo ſimiliter reprobet conſuetudinē, di-

eſt, quod not. qđ intelligitur de conſuetudine introducta, ⁊ introducenda in futurum. C. de contrahen. emp. l. oudum. Vult allegare. l. item ſi emptio. Glo. videtur ſentire contrarium in cle. ſtatutum. de elec. in cle. in verſi. conſuetudinem. que videtur reſtringere ad conſuetudines preteritas talem clauſulam: argu. de conſti. c. j. lib. vi. quaſi illas veriſimiliter non cogitauerit. ¶ Iſtam queſtionem format Dy. ⁊ hoc in. l. ſi mihi ⁊ tibi. §. regula. ff. de leg. j. in. §. in legatis. ⁊ ibi allegat plene pro ⁊ contra. Finaliter concludit qđ nedum preſentia, ſed etiam futura ſtatuta, ⁊ cõſuetudines tollant, nedum in lege, ſed etiam ex priuilegio. l. ſtipulationes. §. cum ſtipulamur. ⁊. l. ſi a colono. de ver. ob. ⁊. l. j. vlt. col. de contrahen. emp. ⁊. l. ſi ita. de aur. ⁊ argen. le. allegat. l. ſeruitutes. ff. de ſerui. vrb. pre. qđ bene no. Dicit tamen Ja. de Are. ⁊ recitat Jo. An. in addi. Specu. in tit. de inſtr. edi. §. compendioſe. verſi. ſed nunquid. de conſue. quod vbi lex improbat conſuetudinem ſimpliciter, non facit in teſtamento quod non valeat, non obſtante conſuetudine ſine ſolennitate a lege requiſita: vt. l. ſi. C. de teſta. qđ valebit conſuetudo de expreſſo conſenſu principis. Et ſic poſſet intelligi. iiij. diſt. §. leges. ⁊. viij. diſt. fruſtra. Item valebit etiam ſine expreſſo conſenſu principis, quando euidens eſt vtilitas vt inducatur: quia euidens in loco ſurgit damnum, ſi lex obſeruetur: ⁊ quia credendum eſt principi, qui ad ſubiectorum vtilitatem contendit illud fuiſſe conceſſurum ff. de vul. ⁊ pu. l. ex facto. in prin. ff. de offi. preto. l. Barbarius. Idẽ dicit, ſi lex diſponit circa leuia. ff. de ven. inſpi. l. j. §. fin. Et ſic dicit debere intelligi Lombardam, que dicit, nullam conſuetudinem preponi legi. Hec vera ſecundum Petri. inquantum conſuetudo inducitur ab alio, quam qui legem fecit, vel edidit: inquantũ ab illo, qui legem fecit, non tollitur lex habens derogatoriam clauſulã, niſi fiat mentio de illa: quod non eſt poſſibile in conſuetudine, que non habet expreſſa verba, niſi actus expreſſe fierent reuocata expreſſa lege ⁊ clauſula, vt quia ſic iudicantes expreſſiſſent, ſecũdum eum, in. l. ſecunda. Ad hoc, quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hereti. Inquantum. Lo. dixi conſuetudinem populi valere contra ius ciuile, quaſi non ſit prohibitum laicis, contra principem, ⁊ ſuperiorem facere legem localem. Cõmunis hec eſt opi. Lex ſtatũ per. l. omnes populi. ff. de inſti. ⁊ iure. ¶ Pe. tamen, ⁊ Jac. de Are. tenent. quod non poſſet hodie, quia illa lex loquitur, quando nondũ erat tranſlata poteſtas in principem legis cõdende, per. l. ij. de ori. iuris. hodie ea tranſlata, nec vniuerſaliter, nec localiter populus facit legem contra legem ſuperioris: ⁊ ſic nec conſuetudinem. Et ſic temperat. l. de quibus. Et hec vera, niſi fiat de conſenſu Imperatoris: quod eſſet, ſi Imperatore ſciente, ⁊ non contradicente, populus faceret legem contra Imperatorem, vel induceret conſuetudinem: quia tunc conſenſus reputatur. Pe. diceret verum, ſuppoſito qđ populus non retinuiſſet poteſtatem legis particularis condende, vel non eſſet ſibi a principe permiſſa: quia tunc aut expreſſus, aut tacitus cõſenſus exigeretur in lege condenda, ⁊ cõſequenter in conſuetudine. Et idem eſt de iure canonico: quia hic poteſtas non eſt reſeruata vel conceſſa inferioribus: ideo expreſſus vel tacitus conſenſus exigitur, qui habetur per patientiam, ⁊ ſcientiam, vt dicit Petrus: ⁊ ſic debet intelligi gl. iiij. diſt. §. leges. ⁊. viij. diſt. fruſtra: vbi aliud non appareret de ſcientia, exigitur ſpatium quadraginta annorũ, ⁊ ſic qđ ſit preſcripta: ⁊ ab hoc tempore preſumitur conſenſus pape: vel approbatur a iure cõſuetudo, vt hic. Sed in populo communiter doct. tenent qđ aut reſeruauerit ſibi poteſtatem legis localis condende, vel princeps illam conceſſit. Et ita dicit Cy. ſe audiuiſſe a Dy. dum legeret Digeſtum vetus in curia Romana. Inquantum dixi conſuetudinem valere contra ius, verum eſt, ſi eſt publicum: ſed ſi eſt ius priuatum, quamquam poſitiuum, cum cauſa valet: ſi ſine cauſa, inquãtum detrahit in non modico, non valet. Secus ſi leue ſit preiudicium: vt. l. quoties. de pre-
54 ci. Impe. offe. ⁊. l. venditor. §. ſi conſtat. ¶ †Sed eſt dubium, quia omnes articuli in lege comprehendi non poſſunt, an ſicut in lege iudex determinat iuſtitiam ex caſuũ ſimilitudine, ⁊ rationis identitate, ſicut ex lege proceditur. l. non poſſunt. ff. de legibus. ⁊ illud ad legem Aquil. ⁊ de conſtit. tranſlato. de conſtr. vti. vel inuti. cum dilecta. hoc etiam ſi procedat in conſuetudine, lex dicere videtur quod ſic: vt. l. de quibus. ff. de legibus. In contrarium. l. cõ vero contra. eo. titu. l. j. C. que ſit lon. conſue. Dico quod ſi legi conſonat conſuetudo, ex illa proceditur: vt. l. de quibus. ⁊ quod ibi nota. Si legi non conſonat, nec diſſonat, quia caſus extendibilis non eſt prouiſus, nec per legem, nec per conſuetudinem: ⁊ tunc ſi ſimile legis nõ reperitur, vel ſi reperitur, reperitur conſonans ſimili conſuetudini, ad hoc extenditur: quia non eſt conſuetudo, vel ſimile legis vltimate, recurretur ad rationem naturalem: ⁊ ex quo ratio naturalis eſt inducta a conſuetudine, illa extendetur: ratio enim pro lege eſt, vbi deficit lex. l. cum ratio. ff. de bo. dam. ⁊. l. in ſumma. §. item naturis. ff. de aqua plu. arcen. ⁊ ſic debet intelligi lex. de quibus. ff. de legibus. ⁊ no. glo. ⁊ ibi tex. in. l. j. C. que ſit lon. conſue. Hec vera, quãdo conſuetudo habet perfectam rationem, ſi erronea eſſet, licet inter aliquos de facto ſeruaretur, non egrederetur ſuos limites: vt. l. quod vero. ff. de legi. ⁊ in regulis, que a iure. de regu. iur. lib. vj. Si conſuetudinis ratio ſuaderet aliud, quam ratio legis in ſimili caſu: tunc Cy. poſt Ricar. de Senis in. l. j. C. eo. quod quandoque ſimili legis ⁊ conſuetudinis preponderat conſuetudo, vel econuerſo: ⁊ tunc dicit qđ attendatur ſimile legis, aut conſuetudinis, inquantum in caſu occurrenti maiori equitati alterum nititur, et ſuadet deciſionem caſus occurrentis: vt ſi ratio ⁊ ſimile conſuetudinis equitate maiori nititur in ſuaſionem deciſionis caſus occurrentis: quod eſſe poteſt ſecundum varios mores populorum, attendetur ſimile conſuetudinis, vel attendetur ſimile legis: nam equitas
55 ⁊ ratio idem ſunt. ¶ †Sed vbi rigor eſt ex vna parte, equitas ex altera, prefertur equitas. Ergo vbi maior equitas, illa preferenda minori, que pro rigore ſumitur. Quãtum ergo ad maiorem, ſequi ergo debemus rationabilius. ff. de eo, qđ certo loco. l. qđ ſi Ephe. C. de iudi. placuit. Et hoc dictat ratio naturalis, ſecundum quam iudicandum deficiente lege ſcripta: vt dicto. §. item Varus. ff. de exer. tuto. l. ſcire. §. ſufficit. Maxime autem hoc verum in queſtionibus, in quibus proceditur de bono ⁊ equo iuxta ſententiã Celſi. Eſſe enim tales queſtiones de bono ⁊ equo, in quo genere plerũque ſub authoritate ſcientie iuris pernicioſe inquiri erratur. ff. de verb.
56 obli. l. ſi ſeruus. §. ſequitur. ¶ †Idem in effectu dicit Gul. decu. in l. de quibus. Addit tamen alias tres regulas. Prima, quod ſi argumentum ex lege ſit fortius, quam ex conſuetudine, vt quia argumentum ex conſuetudine concludit a ſimili: argumentum a lege concludit a maiori, vel minori, ſtabitur argumento legis: quia argumentum a ſimili eſt debile, cum de facili poſſit dari diſſimilitudo. xxxvij. diſt. relatum. ibi Archi. ¶ Secũda, ſi argumentum ex lege conſonat iuri vniuerſali, ⁊ regulis pluribus, ⁊ ex conſuetudine diſſonat, attenditur ſimile legis, vel conſuetudinis cõſonantis communibus regulis. ¶ Tertia regula, quando attenta materia caſus occurrentis materia eſt plus proxima ſimili legis, quã conſuetudinis, vel ſimili conſuetudinis, attenditur ſimile conſuetudi-
57 nis. ¶ †Ex his deciduntur aliqua, ex quibus declarabuntur dicta. Conſuetudo eſt in feudo, quod maritus non ſuccedat in feudo reperitur debilitatus: eadem in eo viget ratio: quia in materia feudi non reperitur lex oppoſita, nulla ſpecie feudi, extendetur conſuetudo ad debilitatum eadem ratione. Item dicit conſuetudo feudi, quod femina non ſuccedat in feudo: reperitur hermafroditus, qui incaleſcit in ſexu femineo plus, quam maſculino: certe cõcludetur: quia non vere femina eſt, habetur pro femina, in qua eſt eadem ratio quod in femina: ⁊ ſic erit idem quod in femina ex ſimilitudine rationis. Et ex hoc patet exemplum, quando non apparet caſus legis prouidens caſum occurrentem. Exemplum quando concurrunt ſimile legis, ⁊ conſuetudinis, lex dicit quod vſufructu cedit ius alluuionis. ff. de vſufructu. l. item ſi fundi. §. huic. In feudo autem non ſuccedit, niſi ſit dictum in inueſtitura in lege feudi. de controuer. inueſti. cap. ſi quis de manſo. ⁊. l. ſcripturam. et l. conſuetudinem. Occurrit caſus in emphyteuſi, an quo ad ius accreſcendi, vel non, attenditur lex. vel conſuetudo. Videtur magis ſimilis: quia ſicut in feudo transfertur vtile dominium, ita et in emphyteuſi. ff. ſi ager vect. l. prima. Inſti. loca. §. j. in feud. de inueſti. rei alie. §. primo. Vſufructuarius autem non eſt dominus rei, ſed vſus. l. qui vſumfructum. de verbo. oblig. l. vti frui. in principio. quibus modis. non amit. alias vſuffructu. pe. Hoc exemplum non placet Gul. quia eſt expreſſum in emphyteuſi, vt accreſcat. l. ſecunda. C. de alluuionib. ⁊ palu. Sed poteſt dici quod loquitur in predio tributario, non in emphyteuſi, inter quos eſt magna differentia. Sed ponendo quod non ſit expreſſum, putat iudicandum ſimile legis, quod eſt fortius, quam ſimile conſuetudinis: vt. l. ſed ſi non ſit. §. perueniamus. de auro ⁊ argen. leg. Nam arguitur a minori de vſufructu ad emphyteuſim: ſi accreſcit vſufructuario, qui habet minus ius, fortius emphyteute. argumentum tunc conſuetudinis eſt a ſimili, ⁊ argumẽtum a pari non ſemper concludit. ff. ad municipales. l. Imperatores. §. primo. ideo tex. dicit quod quecunque probatio eſt melior, quam ſimilitudinis. in aut. de fide inſtr. §. ſi vero nullus. Item ſimile legis hic conſonat iuri: ſimile conſuetudinis non conſonat iuri: quia regula iuris habet quod idem in acceſſorio, quod in principali. ff. de reg. iur. cum principalis. l. ſecũda. de pecu. lega. Quandoque ſimile legis, ⁊ conſuetudinis omnino ſunt equalia ad ſuaſionẽ deciſionis caſus occurrentis. Exẽplum, inter ſuperficiarium, vaſallum, ⁊ emphyteutam eſt magna ſimilitudo. Conſuetudo vult quod vaſallus non poſſit alienare, vel donare, que in feudum tenet. de ſucceſſi. feud. c. primo. lex preſcripta. dicit contrarium in ſuperficiario. de leg. j. ſi tibi homo. §. fin. de ſuperficie. l. j. §. j. ¶ Pono tertium caſum in emphyteuſi, an poſſit legari. Hoc non eſt lege expreſſum, quamuis videatur qđ in emphyteuſi ſit idem. C. de fun. rei publi. l. j. Vel pone aliud exemplũ, quod vaſallus non poſſit aliis alienare rem, vt. capi. imperialis. de prohi. feu. alie. lex ſcripta dicit contra. ff. de pig. actio. l. tutor.

§. ſi. e

1 ¶ Viſum eſt de iure ſcripto,ꝛ non ſcripto:† verum quia non pro-
deſſent iura eſſe,niſi forent,qui illa redderēt,id eſt,executioni man
darent:vt.l.ij.§.poſt originem.ff.de origi.iuris.de elect.vbi peri-
culum.§.preterea.libro.vi.ideo poſt illa iura intendit tractare de
miniſtris iuris,vt ſunt prelati,qui quo ad ius canonicum mini-
ſtri ſunt iuris:ſed quia illi aſſumuntur aut per viam electionis,
aut per viam poſtulationis:per viam poſtulationis aſſumuntur
inhabiles,qui abſqꝫ diſpenſatione tranſire non poſſunt : ideo poſt
predicta tranſit ad materiam de poſtulatione prelatorum:ꝛ primo
tractat de hac:quia illa expletur per viam gratie apoſtolice ſedis
communiter:ideo de illa tanquā digniori materia habetur.lxxxi.
2 diſtinct.per totum.repetitur in Sexto.¶ † Quero quid eſt poſtu-
latio?Dicit glo.de poſtu.c.j.libro.vi.quod poſtulatio,eſt gratioſa
petitio.Jſta petitio eſt nimis generalis : quia ſi peto mihi vnam
gratiam fieri,vel mecum in aliquo diſpenſari,iſta eſt poſtulatio,ꝛ
tamen non prout hic ſumitur.¶ Omiſſis illis,qui diffiniunt con-
ſiderandum in qualibet diffinitione circunloquendo proprietates
diffiniendi,alteri vero communes : ꝛ tunc proprie deſcribitur in
qualibet diffinitione, antequam perueniatur ad ipſam quid ſit,
oportet diffiniendum circunſcribi,ꝛ extrinſecis demonſtrationi-
bus demonſtrari.Secūdo oportet particulariter diffiniendi pro-
prietates proprias ꝛ cōmunes conſiderari:ꝛ tūc habetur perfecta
diffinitio.Primo hec habet vnam proprietatem,qꝛ debet fieri ab
habentibus poteſtatem eligendi in eccleſia:ꝛ in hoc habet cōe cum
electione.Habet etiam,qꝛ debet fieri hec poſtulatio ſolēniter,ſicut
electio,ſm formam.c.qꝛ propter.Tenent doc.de poſtu.c.j.ꝛ in hoc
concor.cū electione.Habet quartum,qꝛ debet fieri cū prelato:ꝛ hoc
eſt propriū ipſius poſtulationis:qꝛ dependet a proximo:qꝛ huius
admiſſio ꝛ cōfirmatio dependet a gratia,etiā inſpecta ordinata po
teſtate:ꝛ in hoc differt ab electione:qꝛ electus,ex quo eſt habilis,eſt
cōfirmandus a ſuperiore de iure.Requiritur etiam qđ fiat ad ali-
quā prelationē:ꝛ in hoc etiā cōuenit electioni.Habet aliud,qđ vi-
tium ſit tale,qđ ſit diſpēſabile,ꝛ expreſſum.Sic ergo poſtulatio eſt
ſuperioris iuris inhabilis ad prelaturā per eligēdi poteſtatē ha-
bentis ſolēniter vocari ab habēte poteſtatē gratioſa facta cōceſſio
inhabilitate diſpēſabili expreſſa.Dico ſuperioris,vt tollant̄ voca
tiones ad inferiora loca,que nō fiunt per viā poſtulationis.Dico
inhabilis:qꝛ ſi eſſet habilis,ꝓcederet per viā electionis.Ad prela-
turā dico qđ primo dixi.ꝑ eligēdi poteſtatē dico,qꝛ hec poſtulatio
actiue ſit per hñtem poteſtatē eligēdi.Solēniter dico,qꝛ ꝓprie nō
eligit̄,ſed vocatur.Ab habēte poteſtatē dico,qꝛ non oīs,ſed papa
pōt dare iſtā gratiā:ſed qñqꝫ legatus.Gratioſa dico,qꝛ nō depen
det a iure,ſꝫ gratia:qꝛ iſta electio nō valet de iure,ſed admittit̄ per
viā gratie.Jnhabilitate dico,qꝛ ſi inhabilitas eſſet indiſpēſabilis
non valeret poſtulatio.Expreſſa dico,quia ſi eſſet diſpenſabilis,
ꝛ non expreſſa,valeret poſtulatio.Secundo habes ſcire quod du-
plex eſt poſtulatio.Quedam eſt poſtulatio ſolennis:ꝛ de hac loqui
tur.ſ.Quedam non ſolennis,ꝛ que ſit de habili ad eligendum quo

ad ſe,ſed non habet liberum volatum,qꝛ monachus,vel clericus alterius dioceſis:⁊ tunc poſtulatio iſta ſic diffinitur: Poſtulatio, eſt ſolenniter electi ad tranſcendum a ſuperiore gratioſa legitime petita datio.

1 ☞ Poſtulare non poteſt,qui violat interdictum.
2 Capitulares actus ſunt in communi faciendi.
3 Appellationi extraiudiciali renunciatur per actum contrarium.
4 Epiſcopus alteri eccleſie alligatus non poteſt eligi,ſed poſtulari.
5 Unanimiter factum a capitulo quod dicatur.
6 Procurator conſtituitur extra collegium ad electionem proſequendum.
7 Procurator eccleſie particularis eſſe poteſt abbas.
8 Eligi nō poteſt ſuperiori dignitati alligatus abſqꝫ diſpēſatione.
9 Infamia nulla precedente quando procedatur ad inquiſitionem.
10 Electio ⁊,poſtulatio poteſt fieri in loco ſubiecto interdicto.
11 Poſtulatio poteſt fieri ad papam per procuratores.
12 Poſtulationis petende practica que ſit.
13 Publicum qd conſtat plurium relatu,dicitur pro certo conſtare.
14 Papa in quibus ſupplere poſſit.
15 Confiteri aliquid,⁊ non negare paria ſunt.
16 Confeſſio procuratoris preſente parte nocet domino.49.
17 Confeſſio vnius procuratoris,quando noceat alteri.
18 Sententiam ignorans non ligatur pena contrauentionis.
19 Sententia tribus modis poteſt intimari.
20 Literis intimatis altero de tribus modis creditur.
21 Proficere,⁊ ſufficere differunt.
22 Sufficere dicitur,quod dat finem.
23 Publicum dicitur,quod fit a multis ſcientibus.
24 Manifeſtum dicitur id,quod a multis predicatur.
25 Scientia preſumitur in facto alieno,quando illud eſt publicum.
26 Intimatio vt noceat intimato quomodo ſit fienda.29.
Sententia quomodo ſit intimanda,vt parti noceat.
27 Argui quandoqꝫ licet de ſtatuto ad ſententiam.
28 Statuti ſcientia preſumitur ſi generaliter eſt promulgatum.
31 Cardinalis poteſt mandatum apoſtolicum impetrare.
32 Extenſio diſpoſitionis in penalibus quando locum habeat.
Terre regis appellatione que comprehendatur.
33 Interdicti ſententia lata in terris regis,ad quas extendatur.
34 Eccleſia inferior ſeruare debet id,quod metropolitana.
Ignorantiā nō allegat eccleſia inferior de his,que fiunt a maiori.
35 Uitia debet ſuperior inquantum poteſt perſequi.
36 Ulciſci verbum refertur ad vindictam per modum iuſtitie.
37 Sententia regularis qualiter dictetur contra regularem.
38 Iudex,vel ſuperior,ex quo poſſunt ad iuſtitiam incitari.
39 Sententia debet in ſe cauſam expreſſe continere.
40 Eccleſie appellatione comprehenduntur canonici.
41 Poſtulari non debet is,qui eſt ad prelaturam habilis.
42 Ad prelaturam inhabilis,quando non ſit poſtulabilis.
43 Poſtulantes ſcienter inhabilem ſunt priuandi poteſtate poſtulandi.
44 Poſtulantes ſcienter inhabilem ſunt priuati poteſtate eligendi.
45 Appellatio impedit,⁊ ſuſpendit electionem.
46 Appellatio non ſemper ſuſpendit electionem.
47 Poſtulari quare non valeat violans interdictum.
48 Confeſſio defenſoris non preiudicat domino,niſi ratificet.
50 Infamia nulla precedente nō admittitur quis ad inquiſitionem.
Teſtes qñ poſſunt in cauſa examinis ſine iuramento deponere.
51 Electio vt dicatur facta legitime,debet inquiri de vita.
Promoueri quis impeditur propter malam famam.
52 Uiſitatores quam formam debeant obſeruare in inquiſitione.
53 Ignorantia cadit in dubio ſuper facto alieno.
54 Sententiam excommunicationis non dicitur ignorare ſi per famam audiuerit.
Fama certa ſuper re,de qua quis dubitat,reddit ipſum culpabilē.
55 Sententia excōicationis lata in abſentia non debet dici ignota.
56 Procuratoris ſcientia non nocet domino.
Sententiam inhibitoriam intimare non ſufficit procuratori, vt dominus teneatur.
57 Delegatus non poteſt mandatum pape interpretari.
58 Genitiuus eſt aptus denotare dominium rei,aut poſſeſſionis.
59 Delegatus poteſt mandatum reſcripti pape interpretari.
60 Interpretationi cuilibet an ſit ſtandum.
Conſuetudo non requirit neceſſario ſcripturam.
61 Terre regis appellatione non venit terra,cui adheret.
62 Pene quando extendende.
63 Genitiuus de ſuo ſignificato dat dominium,ſeu poſſeſſionem rei.
Suus ſua ſuū,pronomen,denotat ſtricta ſignificatione dominiū.
64 Poſtulari non debet epiſcopus ad prelaturam in cuius loco latum eſt interdictum.
65 Electio etiam pape,an poſſit fieri in loco interdicti.
66 Poſtulatio non caſſatur vitio poſtulati alligati dignitati.
67 Poſtulatio facta in eo,in quo nullus eſt defectus,non valet.
68 Poſtulatio caſſatur vitio indiſpenſabili poſtulati.
69 Poſtulatio vitiatur poſtulati vitio non faciliter diſpenſabili.
70 Poſtulatio annullatur vitio poſtulati etiam diſpenſabili,vbi ⁊c.
71 Poſtulatio caſſat vitio poſtulati partim expreſſo,⁊ partim tacito.
72 Poſtulatio ſi admittatur vt in ſponſum,an valeat.
Eligens inhabilem,peccat.
Poſtulatus admiſſa poſtulatione,habetur pro confirmato.
73 Poſtulantes indignum qualiter debeant puniri.
Extrema duo ad eundem finem tendentia diſpoſitum in vno trahitur ad reliquum.
74 Extrema duo ſe habentia vt preambula ⁊ cōſecutiua,diſpoſitum in vno extenditur ad reliquum.

1 AD hec. ¶†Impoſtulabilis eſt,qui violat inter
dicctū.h.d.Et ponitur primo minuſa po
ſtulatio.Scdo,poſtulantiū petitio.Tertio,poſtulatio
nis,alias petitionis impugnatio.Quarto poſtulati
duplex excuſatio.Quinto,excuſationū reiectio.Sexto,reprehen-
ſionis cōcluſio.Septimo,poſtulationis repulſio.Octauo,gratio-
ſa cōceſſio.Scda ibi:poſtulatur.Tertia ibi: verū.Quarta ibi: qd
nec.Quinta ibi:nec valet.Sexta ibi:ſed vide.Septima ibi.nos igi
2 tur.Octaua ibi:licet aūt.¶†Not.qd actus capitulares ſunt facien
di in cōi,⁊ per congregatos in vnū:⁊ ſic exigitur qd oēs ſint.ſ.de
elec.in Geneſ.per Inn.⁊.ſ.de reſcriptis.eam te.de conſti.cum oēs.
ſ.eo.bone.ſi.de cōſuetu.cū conſuetudinis.Jo.And.de rebus eccle.
3 nō alie.dudū.lib.vi.¶†Not.qd per actum cōtrariū,etiam per ex-
traiudicialē,renunciatur appellationi,etiā extraiudiciali.Idē in
iudiciali ſi appellatio forte fuerat,ne electio fieret:ſi poſtea appel-
lantes ſimul conueniant in electione faciēda,valet electio:qꝛ viden-
tur appellationi renūtiare.Ad hoc.ſ.de offi.dele.gratū.ad hoc de
4 appel.ſolicitudinē.¶†Not.qd epiſcopus alteri eccleſie alligatus
5 de iure non pōt eligi,ſed poſtulari debet.¶†Not.qꝫ illud dicitur
vnanimiter factū a capitulo,qd eſt factū ab eo nemine diſcrepan-
te.De verbo Concorditer,habes glo.in.c.cupientes.§.qd ſi.c.vbi
6 periculū.de elec.lib.vi.¶†Not.qd extra collegiū pōt quis conſti-
tui procurator ad proſequendā electionē,⁊ ad petendū cōfirmatio
7 nē,vel poſtulationis admiſſionē.¶†Et no.qd abbas pōt eſſe pro-
curator eccleſie ſecularis.Facit.c.ſopite.de cēſibus.vbi abbas fuit
8 pro clero eccleſie cathedralis.¶†Not.qd archiepiſcopus,aut ſu-
periori dignitati alligatus, quaſi nō habens liberā volūtatē,abſqꝫ
9 diſpenſatione apoſtolice ſedis nō eligit,ſed poſtulat.¶†Not.qd
nulla infamia precedente procedit quis ad inquiſitionē,vbi agit de
10 impediendo,quē a promotione.¶†Not.qd in loco interdicto ge-
nerali ſubiecto pōt fieri electio,⁊ poſtulatio ſeruantibus interdi
11 ctum.¶†Not.qd poſtulatio pōt fieri ad papā per procuratores.
12 ¶†Not.practicā petende poſtulationis:qꝛ ad inſtar libelli debet
primo precedere narratio.Scdo debet cōcludi,vbi petitur alliga-
tus alteri eccleſie,vt habēs preſtare cōſenſum preſtet aſſenſum fa-
ciende trāſlationis.Et no.qd hec petitio tanquā pendēs a gratia,
⁊ nō a iure,humiliter peti debet.Ex quo habes qd totū, qd eſt in
poſtulatione,pēdet a gratia.Ad hoc.ſ.eo.bone.Et hec ſunt nota-
13 bilia prime partis.¶†Not.ex ſcda parte ibi:verū.qd id dicit pro
quaſi certo cōſtare,qd conſtat plurium relatu,vel qd publicū eſt.
14 ¶†Not.in his,in quibus papa procedit ex officio,pōt ſupplere de
facto,maxime qñ ſunt publica,vel notoria,vel manifeſta.ad idē.ſ.
15 eo.bone.⁊.ſ.de elec.cū nobis olim.¶†No.qd paria ſunt,aliquē nō
negare,tacere,⁊ quid cōfiteri,qñ eſt in iudicio interrogat⁹,⁊ aſtrin
gitur ad cōfitendū veritatē.Secus ſi ad hoc tantū citaretur,⁊ eſſet
cōtumax,oportet qd cōtumax ſit in rñdendo.Ad id infra de ordi.
16 cog.cū dilectus.⁊ vide gl.in.c.ſi.de cōfeſ.li.vi.¶†Et not.qd cōfeſ-
ſio procuratoris tacita vel expreſſa nocet dño,⁊ qd cōtumacia procu
ratoris nocet dño quo ad hoc.vt nō reſpondens habeat pro cōfeſ
17 ſo:vide vt lit.nō conteſta.c.ij.¶†Not.qd vbi ſint plures cōſtituti
18 procuratores,cōfeſſio vnius videtur alteri preiudicare.¶†Not.in
ver.ipſius epi excuſationē.qd non ligat ad penā contrauentionis
ſnie ignorans ſniam.Ad hoc.c.ad apoſtolice.ſ.de cle.excom.mini-
ſtran.⁊ hoc qñ probabilis eſt ignorātia:vbi aūt eſt improbabilis,
19 ſic.¶†Not.ſi.tres modos intimandi ſniam hic expreſſos:qꝛ quan-
doqꝫ intimat a papa:qñqꝫ a legato,qui protulit loco illius:⁊ qñqꝫ
20 a delegato.†Et not.qd in oībus iſtis caſibus dꝫ credi literis inti-
mantis:de quo in.c.poſt ceſſionē.de proba.Et ſic actus intimandi
21 ſniam eſt indelegabilis.¶In verſ.qd nec ſufficit.† not.primo qd
aliud eſt proficere,⁊ aliud ſufficere.Illud dicitur proficere,qd iu-
22 uat ad finē:⁊ illud ſufficere,qd dat finem.de reſcriptis.ſtatutū.§.
23 ſ.in ver.canonicus.lib.vi.¶†Not.ſecundo qd id dicitur publicū,
24 qd fit multis ſcientibus:⁊ illud dicitur manifeſtum,qd predica-
tur a pluribus.ſ.de preſump.tertio loco.Iſtū text.tibi allego in.c.

veſtra.de coha.cleri.ad declarandum quid ſit manifeſtum,⁊ quid
25 publicum,⁊c.¶†No.tertio quod facti alteri ſcientia preſumitur,
quando id eſt publicum,⁊ manifeſtum,⁊ maxime quando illud in
publicum ab aliis obſeruatur, vel ab eccleſia metropolitana.
26 ¶†Nota ergo quod in intimationibus ſententiarum,⁊ aliorum
actuum,quia extra caſus expreſſos a iure non exigitur intimatio
alterius actus,quam appellationis.In ea enim ſeruanda eſt for-
ma cle.cauſam.de elect.Sed vbi alias extra caſum ibi comprehen
ſum exigitur intimatio,non eſt neceſſe quod proprie inculcetur au
ribus eius,ſed ſufficit quod ad aliquem publicum locum intime-
27 tur.¶†Not.quod de ſtatuto ad ſententiam quandoque arguitur.
28 ¶†Not.quarto quod ſtatuti preſumitur ſcientia in dubio,eo quod
eſt generaliter promulgatum,nec exigitur quod auribus ſingu-
lorum per literas,aut per ſpeciale mandatum intimetur,vt ligat.
29 ¶†Ex hoc nota quod vbi intimatio eſt facienda perſone ſingu-
larium,oportet quod fiat aut per literas,aut per procuratorem ha-
30 bentem ſpeciale mandatum ad intimandum.¶†No.quinto quo-
modo intelligatur illud,quod quotidie dicimus,Publice factū
preſumitur ſciri in loco,vbi factum eſt publice.¶In ver.nec va-
31 let.† not.primo quod cardinalis poteſt mandatum apoſtolice ſe-
32 dis impetrare.¶†Not.ſecundo quod ad participium cauſe,extē-
ditur participium cauſati:⁊ quod ad participium cauſe ſequitur
participium pene,etiam in materia ſtricta,etiam cōtra naturam,
⁊ vim verborum propriam ⁊ ſtrictam:nam appellatione terre re-
gis,comprehenditur terra,in qua rex eſt dominus,aut in cuius
eſt poſſeſſione:⁊ tamen propter cauſe delinquēdi participium,ex-
33 tenditur ad terram adherentem regi.quod nota.¶†Nota quod
interdicti ſententia lata in terris regis extenditur ad terras,que
non ſunt regis,ſi tamen adherent regi,in eo,propter quod eſt lata
ſententia:vnde in terris regis in facto damnato dominantur regi
34 adheſibiles.¶†Nota tertio quod inferior eccleſia arctatur ad ſer
uandū id,quod ſeruat eccleſia metropolitana:⁊ quod eius quod
ſeruat metropolitana intolerabilis eſt ignorantia inferioris eccle-
ſie:⁊ ſic in dubio in agendis quis debet trahere exemplum a ſupe-
riore,vt quod ſuperior facit,⁊ ipſe faciat.¶In verſic.nos igitur.
35 † not.primo quod ſuperior,inquantum poteſt,debet vitia perſe-
36 qui,⁊ maxime inobedientiam.¶†Nota ſecundo quod verbum
Vlciſci,quandoque refertur ad vindictam per modū iuſtitie:⁊ hoc
quando in rem refertur ad delictum:vt ſi ſtatutum,vel ius dicit,
37 Delictum poſſit vlciſci.¶†Nota tertio bonum tex.pro arenga
contra inobedientes:quia iſte tex.ad literam ponit tibi formam,
quando regularis vellet dictare ſententiam contra regularem ali
38 quem propter inobedientiam.¶†Nota quarto illud allegabile,
39 pro incitando ſuperiorem ad iuſtitiam.¶†Not.quinto,quod vbi
ex ſententia indeterminata ex cauſa poteſt alteri preiudicare pre-
ter ſententiantis intentum,cauſa eſt in ſententia exprimenda.De
hoc.ſ.de re iudi.ſicut ad hoc infra de elect.ſuper eo.⁊.c.conſidera-
40 uimus.¶†Nota ſexto,quod appellatione eccleſie cōprehendun-
41 tur canonici.¶†Not.ſeptimo hic in materia poſtulationis,quod
quandoque quis eſt habilis ad prelaturam,⁊ hic poteſt eligi,⁊ non
debet poſtulari.hoc non habet hic,ſed de elect.per totum.de po-
42 ſtula.prela.c.j.lib.vi.†Quandoque quis eſt inhabilis ad tranſitum:
⁊ tunc aut inhabilitas eſt indiſpenſabilis,vel non de facili diſpen-
ſabilis,vt quando habet originem a delicto:⁊ tunc non eſt perſo-
43 na poſtulabilis,vel de facili diſpenſabilis:⁊ ſic loquitur hic.¶†No.
vltimo,quod poſtulantes ſcienter inhabilem,ad poſtulandū ſunt
priuandi,non priuati poteſtate poſtulandi,niſi ſecum diſpēſetur:
⁊ ſic pena decretalis,cum in cunctis de elec.habet locum etiam in
44 poſtulante,que ibi ponitur in eligente.¶†Nota quod poſtulan-
tes ſcienter inhabilem,tacendo inhabilitatem,ſunt priuati pote-
ſtate eligendi,ſicut ⁊ eligentes.de electio.cum in cunctis.Et vide
docto.in.c.j.eod.titu.in.vi,qui limitant hoc modo hoc capitulum.
¶Ex predictis notabilibus venio ad apparatum,⁊ dicta doct.⁊
expediam per particulas.Nos hic habemus plura.Primo,po-
ſtulationis petitionem.Secundo ibi: verum.illius reprobationē.
Tertio ibi:in ipſius,primam excuſationem,⁊ eius reprobationē.
Quarto ibi:nec valet.ſecundam excuſationem,ſeu ipſius reproba
tionem.Quinto ibi:nos igitur.pape determinationem quo ad po
ſtulationem.Sexto ibi:licet autem.habemus poſtulantium gra-
tiam circa eligendi poteſtatem.Videamus ergo hec quinque.
45 ¶†Venio ad primam partem:⁊ in illa ſignantur aliqua contra-
ria:quia hec appellatio debuit impedire electionē.de electio.cum
46 nobis olim.¶†Sol.Dic enim glo.prima quod aliquis erat defe-
ctus in appellatione,vel quia non ſuberat cauſa legitima appel-
landi,vel quia ſecundum docto.non erat ſeruata forma,de qua ho
die eod.tit.c.j.⁊.c.vt circa.lib.vi.¶Vel tertio dato quod appella-
tio fuerit legitima,fuit voluntarie cōueniendo in vnum ab ea re-
ceſſum:vel iſti fuerunt ita pauci quod appellatio nil proficiebat,
⁊c.¶†Et opponitur quod ex illa cauſa poſtulatio fuerit nulla,ſci
licet quia facta poſt,⁊ contra appellationem.Solu.vt in glo.pri-
ma,quia non erat legitima appellatio:⁊ per conſequens ſi fuit hic
appellatum,appellatio non tenuit.Dic quod ab ea fuit ex conſen
ſu partium receſſum:vel nulla fuit,quia facta contra formam ca-
47 pituli primi infra de elec.lib.vi.¶†Venio ad ſecundam partem,
⁊ quero primo quare nō valet poſtulari violans interdictum R i-
cit glo.ſuper verbo Seruaſſet.quam quidam non habent,quia
erat ſuſpenſus.de exceſſibus prelato.c.tanta.ſ.titu.proximo.cum
48 dilectus.⁊ hoc ſentit glo.fina.† Poſtea oppo,quia videtur quod
confeſſio procuratoris non noceat.ff.de interroga.actio.l.⁊ ſi ſic.
49 alias,⁊ ſi ſane.§.ſi defenſor.¶†Solu.Confeſſio procuratoris no-
cet domino:⁊ an,⁊ quando,plenius habes vt lite non conteſta.c.j.
C.de confeſſis.l.j.per Cyn.⁊ per docto.in.l.certum.§.ſed an ipſos.
ff.de confeſſio.Confeſſio aduocati etiam aliquando nocet: an et
quando: de appella.cum cauſam.de cenſibus.olim.Confeſſio de-
fenſoris non preiudicat domino:ſic loquitur contrarium,niſi ra-
tificet,vt ibi.¶Sed dices,ex quo tollitur cōfeſſio:quia non ſequi-
tur,non negauit,ergo confeſſus eſt:quia non negare,eſt medium
inter negare,⁊ confiteri.Solu.Dicunt docto.quod quandoque eſt
arctatus procurator ad reſpondendum veritatem,⁊ tacet,illud
habetur pro confiteri:de quo per glo.de confeſſis.c.ij.li.vi.Quod
intellige verum,vt ibi.Vel dic quod hic confeſſus eſt,proponen-
do excuſationem.Ad.l.ceterum.§.pen.ibi loquitur in confeſſione
50 contra naturā,que non preiudicat in principali confitenti.¶†Se
cundum contrarium ſignatur circa hanc partem: quia videtur
quod non debuerit papa ex officio repellere,nec inquirere de deli-
cto huius,ex quo non precedebat infamia:vt patet.ſ.de accuſa.cū
oporteat.⁊.c.qualiter ⁊ quando.¶Solu.Quando agitur de cri-
mine tam premoti:⁊ de iſto non inquiritur,niſi infamia preceden-
te,vt ibi.Si agitur de crimine promouendi,tunc quia ex officio
examinans habet de hoc inquirere,⁊ tenetur,ſi non inquirat,po-
teſt ex officio querere de perſona ipſius,⁊ de vitiis inhabilitanti-
bus tam reſpectu ſcientie,quam reſpectu morum,quam etiam re-
ſpectu etatis,⁊ de aliis criminibus: vt patet de electio.nihil.⁊.c.ſi
poſtquam.⁊.c.cum nobis olim.Quod nota:quia aliquo caſu pro-
ceditur ad inquiſitionem nulla precedente infamia:⁊ erit practica
inquirendi,ſecundū Inn.ſcilicet,quod procedetur de plano abſque iu
ramento:⁊ inquiretur in genere de crimine promouendi,non in
51 ſpecie.ff.de queſtioni.l.i.§.queſtionem.†Queri enim debet de ha-
bilitatibus ⁊ inhabilitatibus,⁊ de fama vel infamia eius:⁊ ſufficit
quod ſuper his portet literas teſtimoniales,dummodo promo-
uendus non habeat contradictionem,nec laboret infamia.ij.q.i.
alias.vj.determinationes.nec ſunt teſtes vt teſtes recipiendi,vt
dicit Inn.⁊ declarat Io.And.quia in tali actu non habebunt iu-
rare,quando ſit inquiſitio contra non infamatum.Ad hoc de co-
52 ha.cleri.⁊ mu.tua.† Et dicit Inno.hanc formam ſeruandam,quā
do eccleſia viſitatur:de offi.ordi.c.j.⁊ idem quando ſit inquiſitio in
capite,⁊ in membris:de re iudica.cum I.⁊ A.excepto quod tunc
iurant teſtes dicere veritatem de omnibus reformandis,⁊ de cri-
minibus exceptis.ſ.de accuſa.qualiter ⁊ quando.In ſpeciali vero
inquiſitione non iurant de omnibus,nec de occultis,ſed de his,
53 quibus facta eſt copia infamato:de accuſa.qualiter.ij.¶†Venio
ad tertiam excuſationem,que eſt tertia pars in ver.in ipſius.⁊ op
pono quod excuſatio fuerit bona,quia preſumitur ignorantia:vt
l.verius.ff.de proba.⁊ eſt caſus in.l.numerus.ff.de iur.⁊ fac.igno.
⁊ quia decretum,quod ignoratur, non ligat.ff.de decre.ab ordi.
fa.l.fin.cum ſimilibus.quia non ſufficit procuratoris ſcientia: vt
54 ff.de peti.here.l.item veniunt.§.petitum.¶†Sol.vt in glo.quia
ſi certum eſt,quem ignoraſſe ſententiam,ea non ligatur.ſ.de cle.
excommu.mini.apoſtolice.et ita procedunt contraria.Sed data
ſcientia vera,vel preſumpta,hec non excuſat:imo tunc certum eſt
quod ſciuit,ideo ligatur.Et ſurgit preſumptio ſcientie a publici-
tate,vt hic:quia hoc factum fuerit publicū.Et allegat iura.Ideo
concluſio eſt,quod circa publice nota non preſumitur ignorantia:
circa ſic non nota bene preſumitur ignorantia.Aut ergo conſtat
quod ſciuit:⁊ planum quod preiudicat.Aut conſtat quod ignora-
uit:⁊ non preiudicat.Aut eſt dubium an ſciuerit:⁊ tunc aut factū
eſt publicū:⁊ preſumitur ſcientia in dubio.Aut non eſt publicum:
⁊ tunc aut eſt ſibi notificatum,ſaltem per famam:⁊ ſufficit quo ad
reddendum eum culpabilem:vt patet de ſenten.excommu.inqui-
ſitionem.Et ſi dubitaret,licet per famam audiuerit,non excuſa-
tur,vt hic patet,de cle.excommu.miniſtran.illud. Per hoc non
obſtat.ff.que ſenten.ſine appel.reſcind.l.i.§.item cum ex eo edicto,
quia ibi edictum nō fuit publice propoſitum : alias valeret,etiam
ſi allegaret quod tranſiuerit in notitiam.Vide gl.in.c.eccleſia ſan
55 cte Marie.¶†Nota bene hanc gl.⁊ tex.ad concludendum quem
ſciuiſſe excommunicationem,vel aliam ſententiam,non eſt neceſſe
quod ſpecifice ſibi intimetur ſecundum formam cle.cauſam de ele-
ctio.quia illa tantum dat formā appellationis:ſed ſufficit ad con-
cludendam ſcientiam,per quam culpabilis reddatur,quod pu-
blice fuerit propoſita ſentētia in partibus illis,in quibus eſt per-

ſona,cuius ſcientia exquiritur:ꝛ hoc vult text. Sufficit ergo quod
ad aliquem locum publicum ſit deſtinata. Item ſufficit quod ſit
intimata,ita quod de eius prolatione ſit fama. Aduerte tamen qđ
non ſufficit famam fuiſſe,ſed oportet quod probet duo,quod fa-
ma fuerit,ꝛ quod illa fuerit cognita illi,de cuius agitur ſcientia.
56 quod nota,quia quotidie hoc contingit.† Item non ſufficit quod
ſit procuratori intimata,vt dicatur illius habere notitiam. Nec
obſtat cle.cauſam.quia ibi ſit intimatio ad concludendam validi-
tatem appellationis:hic ad afficiendam perſonam,vt poſt ſenten
tiam incurrat aliquam penam,vel aliquod odictum,que perſona
lia ſunt:tunc dico quod non ſufficit,intimationem fieri procura-
tori.Ad hoc vt lite non conteſt.c.i.ꝛ quod no.ff.ſi quis ius dicenti
non obtempe.l.i.§.ſi procurator.hec bene nota. Alij modi certifi-
candi colliguntur ex tex.quando per literas eius,qui ſententiam
tulit,ſit intimatio:ꝛ illis literis quo ad hoc credendum,eſt. Item
quando ſit intimatio per alium ſuperiorem,ꝛ maxime delegan-
tem. Item quando ſit intimatio per literas executoris ad hoc de-
putati vt denunciet. Item quando per procuratorem,qui conſti-
tuitur ad intimandum. Et aduerte,quia videtur quod iſte act⁹ ad
intimandum exigat ſpeciale mandatum,vt dicit hic textus ibi:
ſpeciale mandatum. Et ſic nota quod illud,quod operatur ſpecia
le mandatum,operantur litere. Nota illam gloſſ.que ſequitur de
57 conſtitutione quando ligat:dixi de conſtit.c.ij. ¶ † Venio ad quar
tam partem,in qua ponitur ſecunda excuſatio,ꝛ eius repulſio:ꝛ in
illa preſupponitur,excuſationem non profuiſſe,quod terra non
eſſet regis:quia ſic interpretatus eſt legatus mandatum. Duo ob
uiant huic parti:ꝛ primo quod legatus non potuit mandatū pa-
58 pe interpretari.ſ.de ſent.excommu.inter alia.† Secundo videtur
quod poſito quod potuiſſet,male ſit interpretatus:quia hic terra
regis non erat. Genitiuus enim aptus natus eſt notare dominiū,
aut poſſeſſionem:vnde non poteſt regere ex natura ſua,quod eſt
alterius,ex natura poſſeſſionis:vt patet de religi.l.ij.§.in locum.
Et quia non erat terra regis,ſed ei adherens,ergo non compre-
hendebatur in ſententia interdicti:ꝛ ſic mala fuit interpretatio.
59 ¶ † Ad primum reſpondet gloſ.quod ſpeciale eſt in legato,quod
poſſit mandatum pape interpretari:vel hic habuit in mandatis
a papa,ſecundum Hoſt.vel papa ratificauit. Sic intelligit Inno.
vel hic incidenter interpretatur,ſicut ꝛ poteſt legem interpretari,
60 ꝛ conſtitutionem:de verb.ſig.ex parte. ¶ † Nunquid autem cuili-
bet interpretationi ſit ſtandum. Dicit gl.quod quedam eſt inter-
pretatio generalis,ꝛ neceſſaria in ſcriptis redigenda,vt princi-
pis:vt dicunt iura,que allegat in contrarium.C.de legi.cum ſimi.
Alia eſt generalis,ꝛ neceſſaria,ſed non in ſcriptis redigenda,vt
conſuetudinis:ꝛ ſic videtur quod de eſſe cōſuetudinis non ſit ſcri-
ptura. Docto.ponunt in.c.ſin.ſ.titu.proxi. Tertio non eſt gene-
ralis,eſt tamen in ſcriptis redigenda:vt ſententia iudicis,quam
tulit in facto priuatorum ſententiando,ꝛ in quo ad illam cauſam
interpretando.ff.de re iudi.l.Paulus. Alia eſt non generalis,nec
in ſcriptis redigenda:vt eſt ſententia magiſtri. Hoc verum de ne
ceſſitate,ſecundum Hoſti.ꝛ vt ſit publica,niſi quatenus eius ra-
61 tio pungit. ¶ † Ad hoc ſecundū dicit gl.que incipit,que regi.qđ
attenta ſignificatione ſtricta non comprehenderetur terra iſta:qꝛ
licet eſſet adherens regi,non erat per hoc terra regis:ſed attenta
lata ſic:qꝛ poteſt dici latiſſime terra regis,que adheret regi. Sed
tunc vltra nos ſumus in penis,in quibus non habet locum extē-
ſio,ſed ſtrictiſſima debet fieri ſignificatio:vt patet in regula,in pe
nis.de regulis iuris.lib.vj. Dic quod ſtricte faciēda eſt interpre-
tatio,niſi ex participio cauſe,propter quam ſit ſententia,ꝛ pena
imponitur,extendatur ad naturam ſententie,que extendibilis eſt
ꝛ ſic iſte ſententie interdicti ꝛ excommunicationis extenduntur ex
participio in facto damnato:de ſenten.excommu.c.ſi concubine.
Ad propoſitum,adherebat iſta terra regi in facto damnato per
interdictum:ꝛ ſic hec terra participabat de cauſa interdicti:ergo
62 ad eam ſit extenſio. ¶ † Ex quo tu habes,quia licet pene in mate-
ria ſtricta non extendantur ad participium rationis ꝛ cauſe in ge
nere,ſi tamen datur participium cauſe in ſpecie,ſit extenſio ad ex-
tremum,qđ participat de ſpecifica cauſa,etiam contra propriam
verborum naturam,ꝛ ſignificationem.quod not. Et ſic limitatur
authen.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.ꝛ qđ ibi ſcribunt doct.
63 de elec.ſtatutum.lib.vi. ¶ † Not.glo.qđ genitiuus de ſuo proprio
ſignificato ſignificat dominiū,ſeu poſſeſſionem. Vide bonam glo.
pro hoc in.c.pro illorum.ſ.de preben. Facit qđ ſi ſtatuto puniretur
ingrediens rem alterius,vt intelligatur etiam de poſſidente.
¶ Vel ſecundo ſecundum gl.poteſt dici qđ iſta terra erat ſub iu-
riſdictione regis,licet non eſſet ſub dominio,ꝛ proprietate regis,
Et ſic habes qđ genitiuus quandoqꝫ ſignificat ſolā poſſeſſionem
iuriſdictionis,vel reſpectu alicuius iuris.quod etiam eſt notan-
dum. Vel forte iſta terra erat dotalis:ꝛ ſic erat dominus.C.de rei
ven.l.dote ancillam. Interdicta autem terra,quam cuius tenet,an
pignorata ſit interdicta. Dicunt doc.hic,quod ſic. Allegant de re

iudi.cum Bertoldus.quia habet poſſeſſionem.ff.de vſucapionib.
l.ſerui nomine. Dicunt doc.ſi dicat,Terra ſua interdicatur:quia
tunc Sua,notat dominium,non includeretur impignorata:vide
tex.vbi not.ſolam ſubiectionem ſine dominio,de verb.ſig.c.ij.lib.
vi. Sed ibi profertur in re,in qua non cadit dominium:terram au
tem adherentem regi,quidam dicunt propinquam,que ſuſtinet
ſimilem penam ratione propinquitatis:de pen.diſt.i.§.econuerſo.
Hoc falſum:qꝛ per hoc ſequeretur qđ vna terra interdicta,omnes
eſſent interdicte:qꝛ ſi prima,ꝛ ſecunda,ꝛ ſic in infinitum. Dic qđ
adherens dicitur illa,que adheret in delicto,ꝛ in cauſa,propter
quam eſt ſententia promulgata. Niſi ſaluares contrarium,quod
intelligatur de coherenti propinqua,non de coherente coherenti:
de ſent.excommu.c.ſi ciuitas.li.vj. Hinc eſt quod dicimus qđ ex-
communicatio non tranſit in tertiam perſonam:de ſenten.excom.
64 cum deſideres. ¶ † Venio ad penultimam partem,ſcilicet deter-
minationem,alias declarationem pape,erga poſtulationem:ꝛ vi-
detur qđ alia ratione papa potuerit,ꝛ debuerit reprobare hanc
poſtulationem factam de Altiſiodorenſi epiſcopo ad archiepiſco-
patum:quia,vt hic patet,hanc metropolitanā eccleſiam compre-
hendebat interdictum:ergo reperiebatur poſtulationem factam
eſſe in loco interdicto:ꝛ ſic valere non debet:de elect.cum inter R.
65 † Cuius gratia Joan.Andr.reuocabat in dubium,nunquid ele-
ctio facta in loco interdicto valet. Hugo de Vercellis quod ſic:qꝛ
hic actus eſt potius quidam contractus,vel quaſi.ſ.ut.i.cum in-
ter canonicos.ergo non inficitur ab interdicto:quia ſola inficiun-
tur ſacramentalia:de ſenten.excom.c.ſin.lib.vi.de eo,qui duxit in
ma.ſignificaſti. Contrarium tenet Archidi.xxiij.diſt.in nomine
Domini. Joan.Andr.tenet primum:quia hoc non expreſſum:er-
go ꝛc.ij.q.v.c.conſuluiſti.ꝛ quia penale non extenditur.de pen.diſ.
i.pene.ꝛ in regula,in penis. Non obſtat decre.cum inter R.quia
ibi erat interdictum non in rem latum,ſed in perſonas,per quod
concludebatur ſuſpenſio:ergo ꝛc.vt.ſ.titu.proxi.c.cum dilectus.
¶ Non obſtat de elect.vbi periculum.lib.vi.§.porro.quia ibi ſpe-
66 ciale in electione pape:ꝛ nihilo minus ibi facta tenet. ¶ † Secun-
do huic parti obuiat:quia non debuit propter vitium poſtulati
caſſari poſtulatio:cum demum debuit haberi acceſſus ad ipſum,
quando datur vitium in poſtulato:alias enim prouideretur per
viam electionis:vt patet de electio.per totum ꝛ ad hoc totus hic
titulus.50.diſt.Cenomanē. Solu. Hic erat duplex vitium. Pri
mo,quia hic vt epiſcopus alligatus non habebat liberum vola-
tum preter diſpenſationem apoſtolice ſedis:ꝛ in iſto propter iſtud
non impeditur,nec reijcitur poſtulatus. Aliud erat impedimen-
tum,ſcilicet propter non ſeruare interdictum:ꝛ iſtud eſt quod re-
67 pellit. ¶ † Conclude ergo,quādoqꝫ nullus datur defectus in pro
mouendo,ꝛ debet eligi:ſi poſtularetur,non valeret poſtulatio.
68 † Quandoqꝫ datur defectus in eum,ꝛ vitium eſt indiſpenſabile:ꝛ
69 tunc non valet poſtulatio:de elect.innotuit.quod ibi not.† Aut in
ipſo datur defectus,ꝛ vitiū eſt diſpenſabile,ſed non faciliter:ꝛ ad-
70 huc non valet poſtulatio:de renuntia.poſt trāſlationem.† Quan
doqꝫ datur defectus,ꝛ vitium eſt diſpenſabile,ꝛ non exprimitur
71 vitium in poſtulatione:ꝛ non valet poſtulatio,vt hic.† Quandoqꝫ
exprimitur alterum vitium,ꝛ alterum non:ꝛ idem,vt hic. Quan-
72 doqꝫ omne vitium exprimitur:ꝛ valet poſtulatio. ¶ † Quero ter-
tio quo ad iſtam partem,nunquid eo qꝫ quis eſt poſtulatus,ꝛ ad-
miſſa eſt poſtulatio,iſte dicatur prouiſus. Quidam quod non:qꝛ
non conſentit poſtulans in eum vt in ſponſum:hec enim poſtula-
tio eſt quoddam preambulum ad aperiendam viam ad electionē.
Ideo dicit Innocen.quod licet ab olim promiſcue eligentes vte-
rentur iſtis verbis,Eligo,ꝛ Poſtulo,inter eas tamen hodie eſt
differentia,ꝛ per iura,ꝛ conſuetudines:quia eligens conſentit de
preſenti in electum vt ſponſum,per quod ſi conſentit in inhabi-
lem,peccat,ꝛ punitur,vt patet in.c.cum in cunctis.ſ.tit.i. Sed po
ſtulans non conſentit in eum vt ſponſum,ideo non peccat. Dicit
tamen quod conſuetudo curie habet quod eo quod poſtulatus eſt
ꝛ admiſſus,quod ſit ſponſus,ꝛ prouiſus habeatur. Dico,quedā
eſt poſtulatio non ſolennis,que quādoqꝫ ſit ad preparationem ele
ctionis,vt eſt quando aliquis vult eligere monachum,vel alliga-
tum:quia aliquando poſtulant ab eo,ſine cuius licentia liberum
non habet volatum:ꝛ hoc nō facit ſponſum,etiam admiſſum per
ſuperiorem:imo ſolum preparat,ꝛ habilitat perſonam vt eligi
poſſit. Sic loquitur Hoſ. Quedam eſt poſtulatio ſolennis,in qua
debet ſeruari forma decre.quia propter.quia omnia fuerant ſolen
nia,niſi quod non conſentimus de preſenti in eum,niſi quatenus
ſuperior concedet:ꝛ tunc antequam admittetur per ſuperiorem,
hic nullum ius habet,poſtquam admiſſus eſt prouiſus:quia cen-
ſetur tacite in eum conſentire,ſi ſuperior ſecum diſpenſabit:ſic lo-
quitur hic. Nec obſtat.c.ij.de elect.lib.vj.quia tacita conditio po-
teſt adeſſe,vt hic,licet non expreſſa,vt ibi. ¶ Venio ad vltimam
partem,que vltima dicit quod iſti erant priuandi poteſtate eligen
di,niſi papa ex gratia remiſiſſet. Huic parti obuiant duo. Primo
de con

de contradictione litere:quia papa primo videtur velle quod non
peccaſſent:quod patet,quia dicitur quod hoc non fecit propter
poſtulantium perſonas.Secundo in fin.dicit contra.Solu.Pri-
mum dixi habito reſpectu ad gratiam,quam facere volebat,non
73 habito reſpectu ad ius:quia in veritate peccauerat.¶ †Secundo
obuiat decre.quia non videtur quod poſtulantes indignum de-
beant puniri pena concilij:quia concilium loquitur de eligenti-
bus,& hi ſunt poſtulantes:& in penis non fit extenſio de caſu ad
caſum,etiam ſuppoſita eadem ratione ſtatuendi:vt patet in.c.ſta
tutum.de elec.lib.vi.in authen.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.
Sol.Hic non fit extenſio hominis,ſed iuris:quia papa hic illam
penam extendit ad poſtulantes.Homo enim non extendit,vt ibi:
ſed ſic ius,vt hic.Hec non eſt bona:quia papa hic loquitur decla-
ratorie.Quod patet,quia factum eſt preteritum:ſi papa diſponen
do hoc feciſſet,hic non debent iſti puniri:de conſtitu.c.ij.&.c.fina.
74 †Uel quedam ſunt,que habent ſe inſimul vt preambula,& conſe-
cutiua,& ſtatutum,& in conſecutiuo extendit penam ad preambu-
lum:nam poſtulatio habet ſe preambule ad electionem:pena in
actu eligendi extenditur ad preambulum poſtulandi ex illa regu
la,quod prohibito conſequenti,& omne antecedens ad illud vide-
tur prohibitum.nota illud.Uel ſecundo,quandoque duo extrema
habent ſe ſic connexe quod quanquam ſint ſeparata in modo,ſunt
tamen connexa in fine:quia cuiuſque finis eſt idem:& tunc diſpoſi-
tum in vno extenditur ad reliquu:& hoc,quia idem dicuntur pro-
pter participium finis. ¶ Quedam ſunt omnino ſeparata & ex
parte modi,& ex parte finis:& tunc diſpoſitum in vno,non extendi
tur ad reliquum.Sic loquitur contrarium:nam hic tenditur ad
reliquum.Electio,& poſtulatio ordinantur vt modi ad eundem
finem,ſcilicet promiſſionis eccleſie.Idem not.gloſſ.de elec.quam
ſit.libro.vi.& de electio.ſciant cuncti.eo.lib.Nam extenſio fieri non
dicitur.Dicit glo.non omnimoda eſt ſimilitudo,ergo de tempo.
or.c.i.lib.vi.in glo.magna.Nec extendi dicitur,ſi extendatur ad
caſum incluſum in mente.Glo.de elec.ſi poſtquam.libro.vi.in glo.
mentem.Item quod hec extenſio fit,quando reperiuntur duo ex-
trema communiter in iure parificata:glo.eſt de elect.ſi poſtquam.
in glo.ſi prouiſione.libr.vi.Secus autem,ſi in aliquo caſu in duo-
bus extremis reperiretur idem depoſitum:quia tunc non fieret
extenſio.Ita dicit glo.de elect.quanquam.libr.vi.in glo.fin.Secus
ſi reperiantur duo extrema,& in vno lex extenſiue in eadem mate-
ria apparet,diſpoſitum in vno,habet locum in alio:quia tunc no-
ua diſpoſitio ſuper altero extremorum extendetur.glo.in.l.quod
non ratione.ff.de legi.&.l.quod ſeruo.C.de fur.& in.l.que contra.de
regu.iur.lib.vi.¶ Aduerte tamen quod licet non ſufficiat vna ſi-
multanea diſpoſitio,ſi tamen reperiatur in iure vna ſimultanea
diſpoſitio,illa communis,& pluries repetita,habet illam vt pro
parificatis.Gl.eſt notabilis,& non eſt alibi.de electio.c.ſi poſtquã.
in glo.prouiſione.& per iſta tollentur hic contraria:quia poſtula-
tio,& electio communiter in iure in eis eſt idem diſpoſitum.De
iſta materia vide plene.ſ.capitulo proximo.Florentie.

1 ¶ Poſtulationem caſſatam innouans,eſt eligendi,& poſtulan-
di poteſtate priuandus.
2 Caſſare verbum quandoque refertur ad id,quod eſt nullum.
3 Innouari quid dicatur.
4 Epiſcopus vt alligatus poſtulatur,& non eligitur.
5 Poſtulantes indignum priuantur poteſtate eligendi.15.
6 Poſtulatio iterata non valet,caſſata poſtulatione.
7 Electio facta per pauciores in numero,quando valeat.
8 Capitulum peccans in actu poſtulandi,priuatur poteſtate eligen
di & poſtulandi.
9 Poſtulationis admittende practica que ſit.
10 Legatus de latere non poteſt poſtulationem prelati admittere.
Poſtulationis admiſſio ſolius eſt pape.
11 Poſtulationis admiſſio de ſe non dat licentiam tranſeundi.
12 Abſoluendi,& dandi licentiam tranſeundi,practica que ſit.
13 Poſtulatio poteſt licite admitti antequam licentia detur.
14 Poſtulatio de indigno,non debet caſſari tanquam mala.
16 Poſtulantes ex quibus cauſis poſſint a poſtulatione reſilire.
17 Poſtulatio facta in diſcordia,& admiſſa,an valeat.
18 Eligendi poteſtas ad non priuatos deuoluitur,alijs priuatis.
19 Capitulum an poſſit ſuſtineri per vnum ſolum.
20 Uniuerſitatem non facit vnus,imo ſaltem tres requiruntur.
Collegium non poteſt in vno principiari,nec ſubſiſtere.
21 Conſecrandi ius in tribus archiepiſcopis conſiſtit.
22 Electio facta ab vno ſolo non valet,licet ceteri male elegerint.27.
23 Uniuerſitas remanet in vno.
24 Pluralis locutio,quandoque in vno poteſt contineri.
25 Eligendi poteſtas non transfertur omnino in vnum.
26 Uniuerſitatis iura poſſunt in vno transferri.
28 Eligentes indignum an ſint priuati,vel priuandi iure electionis.
29 Legatus non dat licentiam tranſeundi de vna eccleſia ad aliam.
30 Electio & confirmatio quibus verbis confirmentur.

1 GRatum. ¶ †Qui poſtulationẽ caſſatam in-
nouat,eſt eligendi & poſtulandi po-
teſtate priuatus.h.d.¶ Prima recitat relationem le-
gati continentem proceſſum canonicorum Senonen-
2 ſium.ac ipſius legati approbat proceſſum,ibi:nos igitur.¶ †No.
primo quod verbum Caſſare,quandoque refertur ad id,quod eſt nullum.
3 Uide vt lite non conte.accedens.¶ †Nota ſecundo quod id dici-
tur innouari,quod alias factum fuit quo ad rude factum,licet nõ
4 foret validatum.¶ †Nota tertio quod epiſcopus vt alligatus po
5 ſtulatur,& non eligitur.¶ †Nota quarto quod poſtulantes indi-
gnum ſemel poſtulatione reiecta,ipſo iure priuantur poteſtate eli
gendi.An videtur quod ſint priuandi,quando poſtulant impo-
6 ſtulabilem:dic vt.ſ.c.proximo.antequam caſſetur.¶ †Et nota
quod caſſata poſtulatione,non valet poſtulatio iterata:ſecus ſi
7 caſſata poſtulatione fiat electio:vt patet de elec.innotuit.¶ †No.
quinto vnam regulam in materia electionis,de qua multũ audie-
tis clamare in c.i.de elec.quod in actibus collegij aliquibus priua
tis ipſo iure poteſtate vocis dãde,hec poteſtas deuoluit ad alios,
licet numero pauciores,& vires capituli ſunt in nõ priuatis,adeo
quod factum per illos,licet numero pauciores,valet,ex quo in
ipſos datur deuolutio poteſtatis,qui ipſi tunc non ſunt ſolũ pars
capituli,ſed totum capitulum.Quod nota.Et ſic limitatur quod
factum a minore parte capituli,non va:quia illud procedit,quãdo
poteſtas maioris ad eos non eſt deuoluta.Et nota quod ad vali-
dandam electionem,vel poſtulationem,etiam vnico contextu fa-
ctam,ſufficit ad minorem in eodem contextu poteſtatem fore de-
8 uolutam.de quo dicetur.ſ.de elect.dudum ¶ †Nota ſexto quod
capitulum peccando in actu poſtulandi,non ſolum priuatur pote
9 ſtate poſtulandi,ſed etiam poteſtate eligendi.¶ †Nota ſeptimo
practicam poſtulationis admittende,quia non confirmatur,cum
nihil ibi ſit,quod confirmetur,eo quod ius nullum tribuitur,ſed
tantum admittitur,vel repellitur,& poteſt admittẽs dicere,quod
10 de tali prouidimus.† Et nota quod legatus de latere non poteſt
admittere alligatum epiſcopatui,nec etiam poteſt dare licentiam
tranſeundi,niſi a papa confirmetur.Et ſic admittere poſtulatio-
nem in epiſcopum de alligato ad aliũ epiſcopatũ,ſolius eſt pape.
11 Ad hoc de tranſlatio.prelato.per totum.¶ †Et nota quod per
admiſſionem poſtulationis,non videtur data licẽtia tranſeundi.
12 ¶ †Nota octauo practicam abſoluendi,& dandi licentiam tranſ-
13 eundi.†Et nota quod poſtulatio poteſt admitti,& de eo prouide
ri ante,quam detur licentia tranſeundi:et ſic prepoſteratio quod
prius prouideatur,quã licentia detur,non videtur vitiare poſtu-
14 lationem.†Primum dubium cum gloſſa prima obſtat:quia po-
ſtulatio fuit nulla,eo quod de indigno:ergo nõ poteſt caſſari.So.
Caſſatam.i.caſſam nuntiatã:vel caſſatam.i.nõ admiſſam.¶ Hic
habemus duo.Primo poſtulationem vnam,que confirmatur:al
teram,que repellitur.Secundo habemus factum legati,etiam ad
mittendo poſtulatum priuſquam confirmetur.¶ Uideamus pri
mo aliqua circa poſtulationẽ reiectam.Secundo,aliqua circa ad-
miſſam.Tertio,aliqua circa poteſtatem faciẽtium admiſſionem.
15 Quarto,aliqua circa ipſam admiſſionem legati.¶ †Ad primum
circa poſtulationem reiectam,habes caſum quod non valet poſtu
latio de inhabili:& quod poſtulantes priuantur poteſtate poſtulan-
di,& eligendi.Et cauſa huius aſſignatur in ſecunda gl.que eſt cla-
ra:& aſſignatur etiam in.c.precedenti.Propter hoc doct.hic po-
nunt multos caſus,in quibus quis priuatur poteſtate eligendi:
quos non curo,quia pertinet ad ſummiſtas.Ponit tamen vnã re-
gulam inter ceteros,quod licet eligens poſtulandum priuetur pote
ſtate eligendi,non tamen poſtulans eligendum:quia hoc non reperi
tur iure cautum.¶ Primus eſt,quando quis eligit per laicalem
abuſum.ſ.tit.i.quiſquis. ¶ Secundus,quando quis eligit ſemel
reprobatum propter vitium perſone:vt hic,&.ſ.titulo.i.ſuper eo.
¶ Tertius,qui eligit omnino ineligibilem,vel poſtulandum:vt
c.innotuit.ſ.tit.i.&.ſ.c.proximo.no.ſ.c.ſi.non ſic econuerſo,vbi quis
poſtulat eligendum:& talis poteſt reſilire a poſtulatione,& eligere
alium,non obſtante temporis curſu:vt.ſ.tit.i.in cauſis.¶ Quar-
tus,qui recipit prelatum electũ,vel poſtulatum,cuius electio,vel
poſtulatio fuit nulla.ſ.tit.i.bone.¶ Quintus,ſi eſt excommunica
tus,vel ſuſpenſus.ſ.tit.i.cum dilectus.&.ſ.ti.i.illa.¶ Sextus,qui
non eligit intra tempus iuris.ſ.titu.i.ne pro defectu.de conceſſio.
preben.c.ij.¶ Septimus,quando quis poſtulat poſt electionem.
ſ.tit.i.bone.i.reſpon.&.§.ſi.adeo quod ſecundum doctores hoc proce-
dit,etiam ſi appellatio ſit interpoſita ex falſa cauſa:& ſic in hoc eſt
differentia inter poſtulationem & electionem:quia non impeditur ele
ctio,niſi vbi ex iuſta cauſa eſt interpoſita appellatio:vt.ſ.titu.i.cum
nobis olim.quod ſecus eſt in poſtulatione,vt dicunt.Et ratio,quia po-
ſtulatio debet fieri in concordia:vt.ſ.c.ſ.&.ij ¶ Octauus,quia laicus

tamen iſte non poteſt dici proprie priuari,cum nullo tempore poſ-
ſit eligere:vt.J.tit.i.c. Maſſana.⁊.c.ſacroſancta.¶ Nonus caſus
16 in caſu.c.ij.de elect.lib.vi.¶†Et ex predictis eliciuntur quatuor
regule.Prima,quod poſtulantes potuerunt reſilire a poſtulatio
ne,licet non poſſent ab electione reſilire:quia conſentiunt in eum
vt ſponſum.J.eo.bone.ij.qđ not.quia ampliat illud capitulum,ne
poſſit reſilire,quando ſit de habili:⁊ tunc non procedit prouiſio.
Poteſt tamen ſuperior,ſi vult,admittere,⁊ petere per viam gra-
tie,quod poteſt haberi per viam iuris,nõ repugnat quin fieri poſ
ſit per viam gratie.Ad hoc de electio.quia diligentia.Secunda
regula circa priuatos,quod electio facta abſqꝫ priuatis,eis non
vocatis,tenet:quia ſunt priuati:quia nullum ius habent,ideo nõ
poſſunt agere de contemptu.Nec obſtat qđ ſint in quaſi poſſeſſio-
ne:quia ex hoc perſona inhabilitatur quo ad executionem:ideo
poſſeſſio nil operatur:vt dixi in.c.dilectus.S.de conſue.⁊ ideo ſuf-
ficit qđ de hoc fiat fides,etiam poſt factam electionem,etiam ſi di-
cens ſe habere poteſtatem appellauit.de elect.Cumana.⁊ per hoc
non ſufficit quaſi poſſeſſio,vt eſt dictum:licet docto.hic ſentiant
contrarium.Hoc temperant hic aliqui.niſi reperiantur in quaſi
poſſeſſione.J.c.in Geneſi.de elec.Tu dic quod poſſeſſio non profi-
cit:qꝛ cenſetur priuatus quaſi poſſeſſione ⁊ effectu eius:vt patet
ex no.per Inno.J.de elec.cum Vintonien.Ad hoc,quia male fidei
cenſetur,qui non eligit ex quaſi poſſeſſione:vt in cap.conſultatio-
nibus.⁊.c.ex literis.de iure pa.¶ Tertia,quod vbicunqꝫ pronun
tiatur electio,vel poſtulatio nulla.vitio electi.eſt ipſo iure nulla,
eligentes ſunt ipſo iure priuati eligendi poteſtate,ſi ſcienter elege
runt.de elec.cum in cunctis.§.clerici.⁊ hoc indiſtincte.Et per hoc
videtur extendi ad alia vitia,quã ibi contra.de quo in regula,iu-
ris ignorantia.de reg.iuris.lib.vi.¶ Quarta regula quo ad red-
dendam electionem vel poſtulationem nullam,eſt quod vbi poſtu
latio ſit contra appellationem,quantumcunqꝫ etiam ſine cauſa,
poſtulatio eſt nulla:ſecus in electione.Allegat de elect.cum nobis
olim.Et aſſignat cauſam:quia valet electio in diſcordia,ſed non
poſtulatio:quia debet fieri in concordia:vt in cap.ſeq.⁊ ſecundum
Inno.quod fatetur Hoſtien.quando poſtulatio eſt facta poſt ap-
pellationem,non a duplo maiori parte:alias propter appellatio-
nem non inficeretur.infra eodem.ſcriptum.⁊ dicto.c.cum nobis
olim.⁊ cap.bone.⁊ dicam in cap.auditis.quia non eſt longa diffe-
rentia inter electionem,⁊ poſtulationem,ſed ſolum in cauſa poſſeſ
17 ſionis.¶†Venio ad ſecundum,ſcilicet poſtulationem admiſſam,
⁊ oppo.quod non valeat poſtulatio.infra cap.bone.ſecundo.quia
ex quo poſtulatio eſt facta in diſcordia,repellenda eſt.Dic,quan-
doqꝫ ſit poſtulatio in diſcordia,⁊ in ipſa diſcordantes priuantur
poteſtate eligendi,ita qđ diſcordia ſaltem in inſtanti reperitur fa-
cta a non habentibus poteſtatem eligendi:⁊ tunc poſtulatio non
inficitur,vt hic.Quandoqꝫ poſtulatio ſit in diſcordia,⁊ diſcordan
tes remanent cum poteſtate eligendi.Hic Innocen.recitat opin.
quidam quod viciatur:quidam quod non.Hoſtiẽ.concordat opi.
Aut poſtulatio ſit ſine cauſa,⁊ vnus tantum diſcordans,⁊ appel-
lans impedit eam.Aut ſit cum cauſa:⁊ tũc aut tanta pars diſcor-
dat,quod faciat vltra tertiam partem totius collegij:⁊ hoc impe-
dit poſtulationem,alias appellationem:vt in cap.ſcriptum.infra,
de electione.Si autem non aſcendat pars contradicens ad tan-
tam partem,quod aſcendat ad tertiam:⁊ tũc cum due partes ſint
pro poſtulatione,valet poſtulatio:vt dicto capi.ſcriptum eſt.non
obſtante appellatione alterius.Et ſic temperatur opi.Innoc.qui
18 dixit quod appellatio,etiam ex falſa cauſa,impedit.¶†Venio ad
tertium,ſcilicet ad poteſtatem facientium admiſſionem.Et hic
aduerte:dic quod aliquibus eligendi poteſtate priuatis,ad non
19 priuatos deuoluitur poteſtas eligendi.¶†Quid ſi propter ma-
lum eligere vel poſtulare omnes ſunt priuati poteſtate eligendi,
vno excepto,an ille ſolus ſuſtineat capitulum,ita quod ab eo va-
20 leat facta electio?¶†Primo videtur quod nõ:quia vniuerſitas
non poteſt eſſe in vno,imo exiguntur ſaltem tres.de elect.cap.pri-
mo.x.q.iij.c.vno.ff.de verbo.ſigni.Neratius.Hinc eſt quod colle-
gium non poteſt principiari,nec ſubſiſtere in vno:quia iam colle-
gium eſſe deſinit,eo quod deuenit ad vnum.Probat,quia ſi vnũ
tantum animal remanſit in grege,non eſt ibi grex.ff.de lega.pri-
21 mo.l.ſi grege.¶†Secundo hoc patet:quia ius conſecrandi eſt in
tribus archiepiſcopis,⁊ duobus epiſcopis:ſi deficiat hic nume-
rus,archiepiſcopus cum vno,vel ipſe ſolus conſecrare non po-
22 teſt:vt patet.lxv.diſt.c.ſi forte.¶†Tertio pro hac parte videtur
caſus infra,de electio.bone.vbi ab vno non valuit electio,licet alij
23 male elegiſſent.†In contrarium facit,quia vniuerſitas remanet
in vno.ff.quod cuiuſqꝫ vniuerſi.l.ſicut.⁊ ius ſaltem vniuerſitatis.
24 ¶†Secundo,quia pluralitas verificatur in vno.ff.vi bono.ra-
pto.l.pretor ait.§.homines.vbi hominibus coactis,intelligitur
25 ſiue vnus,ſiue plures coadunentur.¶†Gloſſ.dicit quod per pri-
ma iura Ioan.tenuit quod poteſtas non deuoluitur in vnum:et
hoc ponitur in dicto cap.ſi forte.Per ſecunda dicit quod ſic glo.
⁊ ſic reſidet.Ad obiecta reſtat reſpondere:quia opi.gloſſ.tenetur.
26 ¶†Et ad illud,quod dicitur de vniuerſitate,quod vniuerſitas
non eſt in vno:fatendum eſt quod non eſt,nec originari poteſt in
vno:ſed iura vniuerſitatis in vno poſſunt ſuſtineri:vt dicta.l.ſi-
cut.¶ Per hoc reſpondetur ad id,quod dicitur de grege:quia
cum grex non poſſit in iure conſiderari,qꝛ porci non habent quid
iuris,⁊ oportet quod in rudi facto conſiderentur:fatendum eſt qđ
grex non eſt in vno:ſicut nec redditur vniuerſitas in vno:ſed bene
eſt ius vniuerſitatis,quod illũ faciat vt plures repreſentare.Ad
cap.ſi forte.eſt reſponſio,ibi plures exiguntur vt pro forma agen-
di:quia de forma conſecrandi eſt,vt plures adſint,vt.J.dicam.de
tempo.or.ſi archiepiſcopi.⁊ propter formam vnus defectum for-
me ſupplere non poteſt:in actibus vniuerſitatis non exiguntur
plures pro forma,ſed ibi exigitur ſolum ius,⁊ potentia vniuerſi-
27 tatis:que poteſtas poteſt eſſe in vno:⁊ ſic loquitur hic.¶†Ad.c.
bone.glo.reſpondit dupliciter.Primo,quod electio,que fuit fa-
cta per vnum,non fuit nulla ex defectu poteſtatis illius,quaſi in
eo non reſideret poteſtas eligendi:ſed fuit nulla,quia male proceſ
ſit eligendo prima electione non caſſata,illa exiſtente valida:vt pa
tet in.c.conſideranimus.infra.de elect.Vel ſcđo ſi detur priuatio
aliquorum,⁊ omnium aliorum de vniuerſitate ipſo iure,tunc po-
teſtas deuoluitur in vnum,vt dixi:ſed ſi tunc non ſunt priuati,ſed
priuandi,tunc ante,quam ſint priuati,non valet quod fit ab vno:
28 quia nondum eſt aliorum deuoluta poteſtas.¶†Ad cognoſcen-
dum autem an ſint priuati,an priuandi,cõſidera an peccatum ſit
in perſona electi vel poſtulati:⁊ ſunt priuati:vt dicto cap.cum in
cunctis.an peccauerunt in forma.⁊ ſunt priuandi,⁊ non priuati.
Sic loquitur dictũ cap.bone.⁊ eſt caſus de elec.quia propter.ibi:
⁊ in cap.bone.Si peccauerant,peccauerant in forma:quia non vo
cauerant illum ſolum:electio ergo non erit nulla,nec ipſi ipſo iure
priuati poteſtate eligendi.Duplici ergo ratione ibi non valuit
vnius electio.Primo quia prima valida non caſſata.Secundo,qꝛ
ius collegij ad eum nondum erat deuolutum.Glo.bene dicit:ſed
vnum preſupponit,quod eligentes aliquo canonicorum contem-
pto,dicantur in forma peccare:quod eſt falſum:quia de forma nõ
eſt quod vocentur canonici ad electionem,ſed de iuſtitia.Si enim
eſſet de forma,electio eſſet nulla:qđ eſt falſum.de elect.quod ſicut.
vt no.doct.in.d.c.qđ ſicut.⁊.c.auditis.⁊.c.quia propter.⁊.d.c.bone.
29 ij.⁊ eſt caſus in.c.eccleſia.J.de elect.¶†Venio ad vltimum,ſcilicet
ad factum legati:⁊ videtur quod non poſſit prouidere legatus:qꝛ
non poteſt dare licentiam tranſeundi:quia hoc eſt de reſeruatis
principi.de offi.leg.quod tranſlationem.¶ Sol.Dicit gl.qđ hoc
30 facit de ſpeciali licentia:vel dic quod papa ratificauit.¶†Oppo.
ſecundo quod legatus male diceret prouidemus:quia deberet di-
cere confirmamus.de elect.noſti.⁊.c.tranſmiſſam.¶ Solu.dicit
glo.quod practica admittende electionis eſt,quod dicant,Confir-
mamus:ſed in poſtulatione non debent diceret Confirmamus:
quia cum totum,quicquid ibi eſt,pendeat a gratia,nihil eſt ibi,
quod poſſit confirmari.J.c.ſi.ſed debent dicere,Poſtulationẽ ad-
mittimus:vt.S.c.proximo.De hoc dicam.J.eo.c.bone.ij.Qualiter
ſe habeat ad electionem,qualiter ad preſentationem,⁊ qualiter ad
poſtulationem,not.J.de electio.cum monaſterium.

1 ☞ Poſtulatio que merito ſit repellenda.
2 Cardinalis preſbyter poteſt ad inferiorem eccleſiam promoueri.
Superior non eſt impoſtulabilis ad dignitatem inferiorem.
3 Epiſcopus alligatus dignitati non eligitur,ſed poſtulatur.
4 Allegationum quedam conſiſtunt in facto,⁊ quedam in iure.
5 Iudex poteſt allegare pro parte plenius,quam allegauerit.
6 Eccleſie Romane appellatione quid veniat.
7 Vtilitas eccleſie particularis quando dicatur priuata.
8 Vtilitas priuata cedit communi.
9 Poſtulatio quibus verbis admittatur,vel reijciatur.
10 Poſtulatur inhabilis a ſolo papa.
11 Poſtulationes facte in diſcordia,non ſunt admiſſibiles.
12 Gratia eſſe dicitur,⁊ non iuſtitia,quicquid eſt in poſtulatione.
13 Poſtulatio per que verba renuatur.
14 Electioni vt interſint vocandi voces habentes.
15 Eccleſie tribus modis poteſt prouideri.
16 Poſtulatus dicitur vnanimiter,qui ab omnibus poſtulatur.
17 Iudex quando poſſit ſupplere ex officio ea,que ſunt facti.
18 Iudex tenetur ſupplere officium imperiti.
19 Iudex tenetur ſupplere ea,que reſpiciunt decorem alterius iu-
dicis.
20 Iudex ſupplet ea,que reſpiciunt miſerabiles perſonas.
21 Iudex tenetur ſupplere ea,que ſunt facti in materia peccati.
22 Iudex tangentibus vtilitatem priuatam,tenetur ſupplere.
23 Iudex procedit ex officio in his,que concernunt periculum ani-
marum.
24 Iudex ſuperior ſupplet ea,que ſunt facti.

25 Judex in agendis officio mercenario an ſuppleat de facto.36.
26 Judex non ſupplet ad preiudicium abſentis ea, que ſunt facti.
27 Judex ſupplet in facto ea, que emergunt lite conteſtata.
28 Judex ſupplere de facto ad publicam vtilitatem quãdo dicatur.
29 Judex non ſupplet ad commodum inſtantie priuate.30.
31 Judex poteſt ſupplere ea, que ſunt facti, parte abſente.
32 Judex in duobus caſibus ſupplet ea, que ſunt facti, parte pre-ſente.
33 Judex ſupplet in eſtimatione rei ſuo arbitrio relicta.
34 Judex ſumendo aduocati officium ſupplere non debet.
35 Judex poteſt victum victori in expenſis damnare.
37 Judex inferior non ſupplet ea, que ſunt facti.
38 Judex poteſt ſupplere ad factum in cauſa priuati.
39 Judex non poteſt ſupplere de facto in dando curatorem adulto.
40 Judex ſupplet factum ex officio, licet aliud cõmodum reſpiciat.
41 Judex an poſſit ſupplere de facto in cauſa criminali.
42 Arbiter poteſt ſupplere de facto, vt iudex.
43 Utilitas publica prefertur vtilitati priuate temporali.
44 Utilitas publica non prefertur priuate ſpeciali.
45 Poſtulatio ſi cum electione concurrat, prefertur electioni.
46 Poſtulatione non admiſſa, an fiat iniuria poſtulato.
47 Poſtulationẽ licite factam an ſuperior compellatur admittere.
48 Nominatio an differat a poſtulatione.

1 BOne. Caſus. † Poſtulatio, per quam priuata, vel minor vtilitas cõmuni, vel maiori prefertur, vel que fit a minori, quã a tertia parte capituli, admitti non debet. h. d. ¶ Et primo ponit duas diſcordes poſtulationes. Secundo, vtranq; repellit, cauſas exprimens. Tertio, monet nouam prouiſionem fieri. Secunda ibi: nos
2 igitur. Tertia ibi: mandantes. ¶ † Primo not. qđ presbyter cardinalis poteſt ad inferiorem eccleſiam promoueri, ⁊ promouetur tanquam titulo alligatus per viam poſtulationis: ⁊ ſic videtur quod non ſit impoſtulabilis ſuperior ad inferiorem dignitatem.
3 ¶ † Not. ſecundo quod epiſcopus vt alligatus dignitati, ⁊ nõ habens liberum volatum abſq; diſpenſatione, non eligitur, ſed po-
4 ſtulatur. ¶ † Not. tertio qđ allegationum quedam cõſiſtunt in fa-
5 cto, ⁊ quedam in iure. † Et not. quod iudex poteſt ſupplere de iure
6 allegando pro partibus plenius, quã allegauerint. ¶ † No. quarto quod appellatione Romane eccleſie ſtricte cõprehenditur ſpecialis eccleſia Romana, ⁊ non vniuerſalis: ⁊ qđ appellatione eccle-
7 ſie ſimpliciter, comprehenditur vniuerſalis. ¶ † No. quinto quod vtilitas eccleſie particularis in reſpectu ad vtilitatem eccleſie vni-
8 uerſalis, poteſt dici priuata. † Et not. quod priuata vtilitas cedit
9 communi, ⁊ publice. ¶ † Not. ſexto practicam nõ admittende, vel admittende poſtulationis: quia debet dicere, Concedimus: vel Non
10 concedimus: vel Admittimus: vel, Non admittimus. ¶ † Not. ſeptimo quod inhabilis poſtulatur a ſolo papa. Quod eſt verum, quando poſtulatur propter epiſcopalis dignitatis alligationem, ⁊ quando poſtulatur ad epiſcopatum, vel quãdo poſtulatur propter vitium indiſpenſabile ab alio quem a papa. Si vitium foret diſpenſabile ab inferiori a papa, ⁊ poſtularetur ad inferiorem dignitatem epiſcopali, diſpenſaret, ⁊ poſtulationem admitteret habens poteſtatem ſecum diſpenſandi. Docto. de tempo. ordina. dilectus. de etate ⁊ qualita. a multis. ⁊. j. c. fin. Et no. quod inhabilis poſtulatur: nunquam tamen videbis qđ inhabilis electus admittatur. de elect. innotuit. exceptis caſibus, in quibus ſolus papa ex ſpecialiſſima gratia quandoq; hoc facit. Unus eſt de elec. quia di-
11 ligentia. alius de cor. vitia. c. ij. ¶ † Not. octauo qđ poſtulationes facte in diſcordia non admittuntur: ⁊ eo ipſo eſt legitima cauſa repellendi poſtulationẽ, eo quod repellitur in diſcordia facta. Aut ergo fiunt in diſcordia: ⁊ ipſos admittere pendet ex ſpecialiſſima gratia. Aut in concordia: ⁊ ſpectat ad gratiam ſpecialem. Sic dicit glo. de electio. cupientes. §. denique. in verſicu. gratia. libro. vi.
12 ¶ † Nota quod totum, quicquid eſt in poſtulatione, eſt gratia, et
13 non iuſtitia. † Et not. tex. ibi: non duximus admittendam. pro pra-
14 ctica poſtulationis. ¶ † Not. quod ad electionem vocandi ſunt ſo-
15 lum voces habentes. Ad hoc de electione. quia propter. ¶ † Not. hic tres modos, ⁊ vias eccleſie prouidendi: aut prouidetur per electionem, aut poſtulationem, aut nominationem. Et de nominatione hic, ⁊ de elec. cum inter vniuerſas. De hac de poſtulatione prelato. c. j. lib. vi. de electione. ſi quis iuſto. lib. vj. ⁊ ibi per Jo. doc. in
16 c. cum inter. de elec. ⁊ glo. in. c. qđ ſicut. eo. tit. ¶ † Not. vltimo quod is dicitur vnanimiter approbatus, ⁊ poſtulatus, qui ab omnibus eſt poſtulatus. ¶ In hac decre. ſunt ponderãda duo, vel tria. Primo, modus procedẽdi, in quo papa ſupplet de facto, ⁊ de iure, pro partibus allegando. Secundo habes proceſſum, ⁊ diffinitionem, in quo papa vtranq; poſtulationem reijcit. ⁊ cauſas aſſignat. In prima, preiudicium publice vtilitatis. In ſecunda, diſcordia. Ultimo habemus mandatum proceſſus ad nouam prouiſionem, in
17 qua tres modi prouidendi exprimuntur. ¶ † Ad primum oppo. quia non ſupplet iudex de facto. C. vt que deſunt aduo. partium. l. j. glo. tangit duo. Primum an iudex ſuppleat de facto, vel de iure. Secundum de modo ſupplendi. ¶ Ad primum concludit quod quedam eſt ſuppletio iuris: ⁊ in hac ſupplet iudex allegando pro parte, vt hic. Quedam eſt ſuppletio facti: ⁊ opi. ſunt plures. Azo. Accur. qui dicunt qđ ſupplet de facto per legem. ff. de peti. here. l. fi. Et dicit gl. quod quandoq; iudex procedit contra abſentem, et pro eo ſupplet de facto. Quandoq; procedit contra preſentem et in his, que ſunt ſibi nota vt iudici, ſupplet de facto. In his, que nõ ſunt ſibi not. vt iudici, aut vult ſupplere ad publicam vtilitatem: ⁊ poteſt. de elect. cum nobis olim. aut ad priuatam: ⁊ non poteſt. Per hoc dicit quod militem, ⁊ excommunicatum poteſt repellere ab agẽdo. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ⁊ patet. J. de excep. exceptionem. Et hec de primo. An aũt, ⁊ quando iudex ſuppleat, dic vt ſupra. ¶ Circa ſecundum, videlicet qualiter iudex debeat ſupplere, ⁊ nunquid de facto poſſit ſupplere. Glo. tangit duo. Primo, nunquid, ⁊ in quibus poſſit ſupplere. Secundo, qualiter debeat ſupplere. Concludendo glo. ⁊ doct. tam iuris ciuilis, quã canonici, de materia iſta Legiſte in. l. j. C. vt que deſunt aduoca. Bart. in. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. per Jo. xxx. q. v. iudicantem. per doc. hic aliquid: de ele. cum inter R. de conſue. cum inter. ⁊ c. cum dilectus. de accu. ad petitionem. Aliquid per Inn. de accuſa. inquiſitionis. ⁊ de teſti. per tuas. de elec. cum nobis. de appel. conſtitutus. de reſcriptis. ex tenore. de conſuet. cũ dilectus. ⁊ Inn. ĩ. c. j. Unde hic ſunt plura videnda. Primum, an, ⁊ quando teneatur officium impartiri, ſcilicet inquirendo. Secundum, quando poſſit officium mercenarium impartiri. Tertium, quando poſſit
18 nobile. ¶ † Ad primum dic, ſi officium reſpicit principaliter publicam vtilitatem, tenetur. ff. de officio preſid. l. congruit. ⁊ in aut. vt nulli iudi. §. j. ⁊ §. quoniam. de accuſa. inquiſitionis. ⁊ c. qualiter ⁊ quãdo. Iſtud eſt verum, principaliter inquirendo: ſed ad inſtantiam per partem inchoatam non arctatur ad ſupplendum ad cõmodum partis. Tex. cum dicto Inn. J. de elec. cum nobis. ⁊ proba-
19 tur de appel. conſtitutus. † Aut reſpicit vtilitatem priuatam: et ſi reſpicit decorem alterius iudicis: ⁊ adhuc ſupplere debet. C. de appella. coſ. ⁊ l. iudicibus. in fi. ⁊ de fide inſtru. cum Joannes. vt puta interrogando partes, vel repetẽdo teſtes alias in iudicio productos, vel inſtrumenta: de teſti. cum clamor. eo. titu. per tuas. de
20 probatio. licet cauſam. † Aut reſpicit partis vtilitatem: ⁊ tunc aut reſpicit miſerabiles perſonas: ⁊ tenetur ex officio ſupplere. Idem ſi actum pium. ff. de officio proconſul. l. nec quicquam. §. aduocatos. Quod intellige quando nõ poteſt pretendere probabilẽ ignorantiam: alias non tenetur: vt. l. j. §. magiſtratibus. ff. de magi. con-
21 ueni. † Aut reſpicit omnino priuatum: ⁊ tunc aut ſumus in materia peccati: ⁊ tunc iudex tenetur ex officio ſupplere: de iureiur. ad noſtram. ⁊ ibi per doct. ⁊ in multis caſibus matrimonialibus: vt patet in. c. j. qui ma. accu. poſ. ⁊ in. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. de diuor. porro. de clandeſti. deſpon. cum inhibitio. cum ſi. de
22 vſuris. cum in dioceſi. ⁊ no. de vſuris. quia fruſtra. † Aut tangit vtilitatem priuatam: ⁊ etiam tenetur ſupplere de facto, quando equũ eſt ſecundum equitatem valere actionem dari, ⁊ de rigore iuris repellitur pars ab agendo: vt. l. plane. ⁊ l. vltima. de peti. here. ⁊ not. de iudicijs. nouit. ¶ Extra iſtos autem caſus ad priuatam vtilitatem non ſupplet iudex procedendo ex officio: imo tũc debet qui-
23 libet pro ſuo iure agere: vt not. in dicto. c. ad noſtram. ¶ † Ex his infertur, quod ſi agitur de titulo beneficij, quia illud reſpicit publicam vtilitatem, ⁊ periculum animarum, iudex aliquando proce-
24 dit ex officio: de elec. cum nobis. de offi. ordi. c. cordi. lib. vi. † Sed ſi agitur de iuribus priuatis eccleſiarum, planum quod papa ſupplet ex officio: de inſti. cum veniſſent. Ita apoſtillauit illam clauſulam tempore lect. Aut tangit vtilitatem priuatam: ⁊ non tenetur ſupplere de facto. Et procedunt hec etiam in caſibus, in quibus poteſt ſupplere de facto. In caſibus autem, in quibus nõ poteſt, non eſt dubium: de hoc de exceptio. exceptionem. vbi docto.
25 ¶ † Ad ſecũdum, nunquid iudex in his, que aguntur officio mercenario, quod deſeruit actioni, poſſit ſupplere de facto: dic qđ aut eſt papa, vel Imperator, non ſubiectus legi: ⁊ ſupplet de facto, prout libet: vt not. Hoſ. in dicto. c. cum dilectus. de conſue. ⁊ ponit in. c. cum inter. de elec. ad hoc de inſti. cum veniſſent. ⁊ dicit Cyn. in dicta. l. j. Aut eſt alius iudex inferior legi ſubiectus: ⁊ in his, que ſunt iuris, ſupplet ex officio: vt. l. j. C. vt que deſunt aduoca. part.
26 † Aut in his, que ſunt facti: ⁊ tunc quedam ſunt, que radicantur in perſonam iudicis, quedã, que in perſonam partis. In primis, vt dare dilationes, facere pronũtiationes, ⁊ ſimilia: ⁊ tunc aut tale officium exercetur contra partem contumacem: ⁊ non ſupplet ad preiudicium abſentis: vt. l. properandum. §. ⁊ ſi quidem. C. de iud. ff. de iudi. l. ad peremptorium. quia tunc materia tangente priuatam vtilitatẽ partis pro preſente contra abſentẽ, non ſupplet. l. properandum. §. ⁊ ſi quidem. de iudi. Aut proceditur partibus preſen-

tibus,⁊ reſpicit litis ordinationem,⁊ in his,que concernunt ius
publicum,vel iuris publici obſeruãtiam,vel in quibus iudicium
redderetur retro nullū,vel eluſorium:⁊ ſupplet de facto: vt in de
latione iuramenti calumnie.l.j.ff.de officio aſſeſ.C.vt nemo pri
ua.l.ij.⁊ de iudi.properandum.§.i.glo.de electio.vt circa.lib.vi.in
verbo,Abſentia.de elect.vt circa.libr.vi.in verbo Interdictum.
de elec.c.cupientes.§.ceterū.li.vi.in verbo Contumacia.Que po
nit multos caſus,in quibus ſupplet:⁊ ibi Jo.Mona.text.de libe.
obla.c.i.de iudic.cauſam.vt lite pend.eccleſia.Idem ſi reſpiciat iu
dicis decorem,vt in repellendo militē procuratorem nomine alie
no,repellendo excommunicatum,⁊ repellendo infamem.ff.de po
ſtul.quos prohibet.⁊ de excep.exceptionem.§.i.Aut reſpicit par
tis vtilitatem,vt quod plures dent vnum procuratorem:⁊ nō va
27 let parte non petente.ff.iudi.ſol.l.iam tamen.§.penul. ¶ † Quan
doqꝫ reſpicit litis deciſionem:⁊ tunc in his,que emergunt ante li
tis conteſtationem non ſupplet,niſi petatur:in his,que emergunt
poſt litis conteſtationem ſupplet,etiam ſi non petatur.ff.de edili.
edic.l.ediles.§.item ſciendum.vt eſt in condemnatione expenſarū,
28 ⁊ fructuū,⁊c. † Quandoqꝫ agimus de his,que radicantur in par
te:dic quod aut tãgitur publica vtilitas:⁊ iudex ſupplet de facto.
de elect.bone.⁊ dicto.c.conſtitutus.Et dicitur ſupplere ad vtili
tatem publicam,quando ſupplet ad vtilitatem eccleſie ſiue com
29 modum:vt patet de inſtitu.cum veniſſent. ¶ † Aduerte tamen qđ
ſi vult,poteſt ſupplere ad commodū inſtantie priuate: vt dicit.d.
c.bone.⁊.d.c.conſtitutus.ad hoc de appel.oblate.Dicit tamen In
noc.hoc verum,quando tangitur publica vtilitas annexa anima
rum periculo:ſed ſi agitur de iuribus eccleſiarum,papa ſupplet:
vt dicto.c.cum veniſſent.inferiores non:vt not.de iureiur.ad no
ſtram.in.c.i.de exceptio.⁊ ibi per Jo.Cald.Dic hoc verum,quod
raro ſupplet,niſi ſit magna cauſa.Et ponit,vt lite non conteſta.
30 quoniam.in prin. † Aut vult ſupplere circa tangentia vtilitatem
priuatam:⁊ tunc ſi vult ſupplere interrogando partes,vel repetē
do teſtes alias in iudicium productos,⁊ inſtrumenta in iudicium
producta:⁊ poteſt:imo partes interrogando poteſt vſqꝫ ad con
cluſionem in cauſa:de fide inſtru.cum Joannes.l.vtiqꝫ.de inter.
act.in authen.de teſti.§.illud.cum ſi.ad hoc de teſti.per tuas.⁊.c.
cum cauſam.⁊ glo.de probatio.licet cauſam.⁊ glo.de teſti.cum cla
31 mor. † Si iura partium producendo:aut vult ſupplere in materia
peccati:⁊ poteſt,quia in hoc tangitur publica vtilitas,vt in cauſa
matrimoniali,⁊ in ſimilibus,per iura.ſ.allegata.Aut vult ſupple
re in alia materia:⁊ tūc aut iudex vult ſupplere parte abſente pro
ea,vbi contra eam poteſt procedere ad diffinitiuam ſententiam:et
poteſt:vt patet in.l.fin.C.de tempo.appel.⁊.l.properandum.§.⁊ ſi
quidem.C.de iudi.⁊ dicit hic glo.⁊ Jo.in dicto.c.iudicantem.In
nocē.de accuſa.veniens.⁊ hoc in cauſa principali,⁊ appellationis,
32 vt patet ex dictis iuribus. † Aut vult ſupplere parte preſente:et
Bar.dicit indiſtincte qđ non poteſt ſupplere,niſi in duobus caſi
bus.Primo,ad inquirendam veritatem inſtrumenti:in authen
ti.de tabellio.in prin.⁊ conditionem teſtium productorum.Alleg.
ff.de teſti.l.iij.in glo.ſuper ver.inimicitie.in authen.de teſti.§.i.in
33 glo.que incipit,id eſt,artis. ¶ † Adde tertium,quando vult ſup
plere in certificanda eſtimatione rei,cuius eſtimatio relinquitur
eius arbitrio:vt.l.ſi quid ex Pamphila.de leg.ij.⁊.l.ſemper.§.of
ficio.ff.quod vi,aut clam.⁊ no.in.l.i.C.de ſeru.que pro eo,quod in
tereſt.Procedunt hec,quando factum nō eſt notorium iudici:ſed
ſi factum ſit notum iudici vt iudici,dicit Cy.quod poteſt ſupple
re:vt dicta.l.i.⁊ gl.in.l.age.C.de tranſac.Idem doc.de reſcriptis.
ex tenore.de conſuetu.cum dilectus.⁊ de conſue.cum inter.not.de
teſti.per tuas.Si factum eſt notū iudici vt iudici,⁊ ex actis,ſi alio
modo ſit in iudicium,credo qđ ſi de his ſibi vt iudici conſtat,⁊ ex
actis,⁊ contigerit poſt litem conteſtatā iudex ex officio poſſit ſup
plere:vt.l.ediles.§.item ſciendum.ff.de edili.edic.Idem ſi contin
gant ante,quam de eis conſtet ex actis,non tamen exigant forma
lem petitionem vel exceptionem,poteſt iudex ſupplere de facto,
etiam ſi pars non petat:vt patet ex notatis per Innoc.de cenſib.
cum olim.puta in tangentibus actum piorum:vt in materia pecca
ti.Idem ſi petere non poſſet,vt ibi: puta quando equitas ſurgit
parti ante,quam poſſet deducere:ſed antiquo rigore iuris repelli
tur.Ad hoc quod not.de proba.licet cauſam.Si autem exigant
formalem petitionem,vel exceptionem,vt quia aliter non ſunt in
iudicium deducta,non video quod iudex ſupplere poſſit propter
ſolam notorietatem:quia etiam notoria,licet non exigant forma
lem libellum,exigunt tamen partis inſtigationem:vt dixi in ma
teria notorij:⁊ patet vt lite non conteſta.accedens.⁊ quod ibi not.
docto.ſuper glo.⁊ quod not.glo.in cle.appellanti.de appel.in cle.
¶ Hec vera,niſi vbi conſtat funditus agentem ius agendi nō ha
bere:vt in.l.vbi pactum.cum glo.C.de tranſac.vel niſi ſint conne
xa omnino deductis.Sufficeret tamē qualiſqualis petitio,vel ex
ceptio exigitur in allegationibus:⁊ quod in connexis non poſſit.
patet de ordi.cogni.cum dilectus.⁊ de except.denique.Si enim ex
toto deficit ius agendi,vel eſt connexum iuri,⁊ quoquo modo eſt
deductū,ex quo ei conſtat de iuſtitia,⁊ cum ſaltem quo ad finalem
ſententiam ſit ab eodem petita iuſtitia: argu.C.de tranſact.l.vbi
pactum ⁊ maxime quando eſt facta concluſio generalis,⁊ in predi
ctis,⁊ circa predicta petit per vos iuſtitiam exhiberi.Facit quod
no.in.c.dilectus.de or.cog.maxime per Cal.Poterit etiam de fa
cto ſupplere pro parte,quando contra naturalem equitatē clau
ditur os agere volenti,⁊ excipere ex rigore iuris: vt.l.planc.⁊.l.ſi.ff.
de peti.here.⁊ no.in capi.nouit.infra de iudi.Aut de eis non con
ſtat vt iudici,ſed vt Deo:⁊ nihil poteſt ſupplere.Aut ei conſtat
de eis vt homini:⁊ tunc ſi queritur an poſſit ſupplere iudicando:
dic quod non.Aut ſupplere querendo:⁊ poteſt.ff.de leg.iij.l.Offi
dius.xxx.q.v.iudicantem.Aut vult ſupplere , factum partibus
ad memoriam reducendo:⁊ adhuc poteſt de facto ſupplere,Unde
dicit Cynus quod poſſet dicere partibus,Mementote quod fa
ctum eſt ibi pactum de nō petendo.Ex his apparet quod iudex ſe
cundum gl.poteſt repellere militem,⁊ etiam repellere infamem:quia
in vno cauſatur publica vtilitas,in alio tangitur decor iudicis.
Per hoc patet an poſſit repellere teſtes.Dico quod aut teſtis eſt
inhabilis ex toto:⁊ poteſt ipſum repellere:imo debet iudex inqui
rere,inquantum poteſt,eius inhabilitatem:vt dicit Inn.de accu.
inquiſitionis.in verbo Repellantur.⁊ not.in.l.tertia.§.primo.ff.
de teſti.⁊ in aut.de teſtibus.§.primo.Aut vult ſupplere repellen
do teſtem inhabilem,qui tamen poteſt habilitari conſenſu partis
tacito vel expreſſo,vt in domeſtico,vel in teſte proxeneta , vel alio
mediatore facti:et tunc dicit Jo.And.in addi.Spe.in tit.de teſti
bus.§.primo.verſi.item quod domeſticus quod non poteſt ſupple
re,niſi pars opponat.Et no.in ti.de teſtibus.§.primo.verſic ſepe.
quia ex quo pars non opponit , habilis eſt teſtis. ¶ Pridie con
ſultatus fui,quid ſi conſtaret ex actis ipſum proxenetā eſſe:⁊ per
predicta dixi quod ſi pars fuit preſens , ⁊ ſciuit teſtem contra ſe
productum,⁊ nihil oppoſuit,quod iudex non poteſt ſupplere , ſeu
repellere,quantumcunqꝫ ſit ſibi notorium:quia neſcit quod pars
velit illum repellere:⁊ quis poteſt tacite vel expreſſe illū approba
re pro ſe,⁊ contra ſe.Ideo non ſupplet iudex,etiam in facto noto
rio,vt.ſ.dixi.Sic intellige gl.de procuratore,⁊ proxeneta,de teſti.
34 Romana.libro ſexto.in gl.fin. ¶ † Si queritur de modo ſupplen
di.Glo.dicit quod ſtando,⁊ ſedendo ſupplere debet,non officium
aduocati,vel formam aſſumendo.C.de poſtulan.l.quiſquis.quod
35 nota. † Ex his apparet quod poteſt iudex damnare in expenſis vi
ctum victori,etiam ſi non petatur: quia talia emergunt poſt litis
conteſtationem:vt dicta.l.ediles.§.item ſciendum.ff.de edil.edict.
⁊ tenet Dy.⁊ Bar.in.d.§.hoc autem.non tamen ad hoc tenetur:
36 quia nō tangitur aliquis actus pius.vel vtilitas publica. ¶ † Ue
nio ad vltimum,an poſſit ſupplere in his,que ad ipſum ſpectant
ex nobili officio,id eſt,ſuo nomine.Et hoc dicit Bar.in loco preal
legato,Aut reſpicit publicam vtilitatem:⁊ pōt in omnibus his,
in quibus poteſt procedi ex inquiſitione,dum tamen formalia ſer
uentur.de accuſa.cum oporteat.⁊.c.qualiter ⁊ quando.⁊ ideo vbi
agitur de titulo beneficij,quia hec reſpicit vtilitatem publicam,⁊
imminet periculum animarum,ſupplet.ſ.ca.i.de electio.cum no
bis olim.de conſue.cum dilectus.de appel.oblate.Si agitur de iu
ribus priuatis eccleſiarum: hoc non habemus expreſſum,niſi in
37 papa.de conſtit.cum veniſſent.vt ſuppleat. † Unde dicit Innocē.
quod alij inferiores non procedunt ex officio ad vtilitatem eccle
ſiarum:quia illa tenentur iura ſeruare. Hoc ponit de iureiuran
do.ad noſtram.el.ij.⁊ idem no.de teſti.cum olim.in.c.quoniam.vt
lite non conte.dicit quod in talibus non procedunt ex officio,niſi
ex magna cauſa.Satis puto cauſam ſubeſſe,vt ſi prelatus ordin fuiſ
ſet negligens,vel impeditus,vel forte iuramēto excluderetur,vel
alia cauſa agere non poſſet,vel debet,vel eſſet ipſemet alienans,
qui nollet reuocare.Aut non reſpicit vtilitatem publicam:⁊ tunc
aut dirigitur contra certam perſonam,ita qđ inde ſperatur ſequi
ſententia:⁊ tunc non poteſt ſupplere de facto,ſicut nec de iure: vt
38 dixi.ſ.in officio mercenario:vt dicto.c.hoc autem iudiciū. † Aut
non dirigitur contra certam perſonam,nec ſperatur ſequi diffini
tiua ſententia:⁊ tunc ſi officium conſiſtit in dandis adminiſtratio
nibus miſerabilibus perſonis,vt furioſo,⁊ prodigo:⁊ poteſt ſup
plere de facto.ff.qui.ex cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.§.adeo.C.de ad
39 mi.tut.l.ſancimus.§.i. † Si vult ſupplere dando curatorem adul
to,non poteſt:quia non datur niſi petenti.De quo in.l.iij.§.ſi pu
pillus.ff.de tutel.de tuto.⁊ cura.da.ab his.l.illud.⁊.l.fin.Secus in
40 tutoribus:vt ibi. † Aut reſpicit aliud commodum:⁊ poteſt iudex
interponere illud officium nemine petente.ff.de bo.poſ.l.ſeruus.
in prin.Quod intellige quando factum eſt notum iudici vt iudici,
vt ibi dicitur:nec tunc prodeſt,niſi ratum habeat.l.iij.§.ignito.ff.
41 de bo.poſ. ¶ † Ex his apparet nunquid in criminali iudex ſup
pleat de facto.Aduerte,ſi vult ſupplere iam inſtantia non incho
ata:⁊ planum quod poteſt,vt dixi.ſ.q: tangitur publica vtilitas,
Si vult ſupplere inſtantia inchoata:⁊ tunc ſi vterqꝫ eſt preſens:et
poteſt

poteſt.ff.de penu.ſi non defendantur.ff.de queſtionib.l.i.in fin.C.
ad Uelleia.l.ij.de iure.cal.c.i.z.ij.ad hoc.l.iij.§.i.z qđ ibi not.ff.de
con.ſi.ob cau.Si actor eſt preſens,z reus eſt abſens,in caſibus,in
quibus cõtra abſentem poteſt procedi:z debet iudex de facto ſup-
plere:vt patet in.l.ſi.C.de tempo.appel.z dicto.§.ſi autem reus.z
ſcribit Inno.de accuſ.veniens.Si actor eſt abſens,z reus eſt pre-
ſens:dicit Bar.quod de iure ſupplere non poteſt: quia debet ille
abſolui:vt.l.libellorum.ff.de accu.Credo quod ſi iam eſt cõcluſum
in cauſa,poſſit ſupplere ferendo ſententiam,licet non petatur: vt
patet in.l.quamuis.C.de adulteriis.Si actor eſt abſens ante,ſatis
eſt equum dicere quod iudex ex eadem tela non ſuppleat ad vtili-
tatem partis.Si tamen velit nouã ex officio telam inchoare,cre-
do quod poſſit,z ipſum punire:per no.de elec.per inquiſitionem.
de fideiuſſo.peruenit.de ordi.cog.cum dilectus.Et hec ſufficiant.
42 ¶ †Nunquid autem poſſit arbiter ſupplere vt iudex.Spec.tenet
quod ſic,in tit.de diſputa.z alleg.§.ſi.iuxta ſi.vbi plene Spec.exa-
43 minat hanc materiam.¶ †Uenio ad ſecundum principale,ſcili-
cet ad poſtulationes,z cauſas reprobationis.Reprobatur prima
ex cauſa publice vtilitatis:z ſic publica vtilitas prefertur priua-
te.Oppo.xix.q.ij.duo ſunt.vbi priuata debet preferri communi.
44 †Sol.Dic quod quedam eſt priuata vtilitas temporalis: z huic
preferenda eſt cõis,vt hic,z ab alio,z a ſe,de cuius agitur vtilita-
te.Quedam eſt vtilitas ſpecialis:z hec aut includitur in cõmuni:
z communis preferenda eſt priuate.Aut non includitur: z prefe-
45 renda eſt priuata.Ad hoc de regula.licet.¶ †Secũdo,repellitur
ſecunda:quia fuit facta in tanta diuiſione.Et ex hoc concludit gl.
ſ.quod ſi concurrat poſtulatio cum electione,ad hoc vt valeat po-
ſtulatio repugnans electioni,oportet qđ ſit facta a duplo maiori
46 parte: vt eſt caſus in.c.ſcriptum.de elect.¶ †Contra hoc oppo.
qđ minima pars eligentium debuit preferri maiori poſtulanti:
qz poſtulantes nituntur gratie,vt hic,eligentes autẽ iuri.¶ Glo.
dat duas ſolutiones.Prima,quod non preferantur poſtulantes:
quia dato quod poſtulatio non nitatur iuri,nititur tamen hone-
ſtati,z equitati,z cuidam gratie debite:quam ſi nõ admittit ſupe-
rior,videtur facere iniuriam poſtulato,z poſtulantibus: vt.l.i.§.
pen.ff.de aqua quoti.z eſti.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi vero.in fin.Simile
qđ dicimus in patrono,qui nititur gratie,z tamen ſi preſentatus
per eum non admittitur.fit iniuria z preſentanti,z preſentato.de
iure patro.paſtoralis.Hoc non placet glo.z merito:quia hec gra-
tia non eſt in tantum debita,qđ dicatur fieri iniuria:vt patet in.c.
pen.Ideo ſoluit ſecundo qꝫ licet electio nitatur iuri,z poſtulatio
gratie,nititur iuri,quando eſt facta a capitulo,vel ab aliqua ſcin-
tilla capituli.Sed potentie capitulares,z capitulum ſunt in dua-
bus partib9:ergo nulla eſt ſcintilla capituli in tertia minori: ideo
non valet propter defectum poteſtatis ipſius:z potius valet gra-
tia,que petitur a capitulo,z ab illis,in quibus ſunt potentie capi-
tuli.z bene dicit.Ad hoc.ſ.de electi.cum eccleſia.ex quo poteſtas
47 non eſt deuoluta ad minorem.¶ †Tertio circa hoc gl.reuocat in
dubium,an ſuperior,a quo petitur poſtulatio,cõpellatur ſibi pro-
uidere,z poſtulationem alias licite factam admittere.Uariat tri-
pliciter.Primo narrat quod non:quia totum,qđ eſt in poſtula-
tione,eſt gratia.Facere autem gratiam,eſt in poteſtate alicuius:
quia nemo cogitur de ſuo gratiam impartiri: alias ſi cogeretur,
nõ eſſet gratia.ff.de adimen.leg.l.ad rem legatam.x.q.ij.precarie.
¶ Glo.recitat in contrarium alios,qđ compellatur,ſaltem cau-
ſatiue:quia ſi ei non prouideat,tenetur in equiualenti prouidere:
vt in.c.paſtoralis.Hoc non placet doc.quia.c.paſtoralis.loquitur
in preſentante patrono.¶ Tertia eſt opi.diſtinguens,aut poſtu-
latio ſit ex cauſa:z cõpellitur ipſam admittere: alias habetur re-
curſus ad ſuperiorẽ.de iure patro.nullus.z tunc quis ſit ſuperior,
nota gl.de renuntia.admonet.ſi ſine cauſa:tunc non compellatur.
¶ Credo qđ aut ſit poſtulatio a papa:z tunc totum pendet a gra-
tia:nec compellitur dare,ſi non velit:nec dicitur facere iniuriam,ſi
non admiſerit.Caſus.ſ.c.penul.Aut ſit ab inferiore:z ſi non ſubeſt
aliqua cauſa poſtulandi,totum pendet a gratia.Si ſubeſt cauſa,
dico qđ queritur quoddam ius debitũ ex equitate:qz gratia,z diſ-
penſatio tunc eſt debita.i.q.vij.exigunt.z ſi oportet eam alias con
cedere,z ſi non faciat,habetur recurſus ad ſuperiorem:z ſi denega
tur,dicitur poſtulato fieri iniuria.¶ Quandoqꝫ nulla ſubeſt cau-
ſa,vel vtilitas:z tunc dico qđ eſt pura gratia:z ſuperior ad hoc nõ
poſſet compelli.Aduerte tamen qđ cauſam dico ſubeſſe,quando
eſt vtilitas eccleſie,non propter meritum perſonarum:z ſi repella-
tur,ſit iniuria eccleſie,z in conſequentia poſtulato.Itẽ acquiritur
ius quo ad poſtulantes,vt non poſſint reſilire:vt patet.ſ.c.proxi-
mo.Ex his infertur quo iure petat iſte ſuam electionem cõfirma-
ri,ſeu poſtulationem admitti.Quidam dicunt qđ officio iudicis.
Hoc non placet gl.qz ſic competeret ius agendi de iure: z hoc eſt
gratia.Officiũ enim iudicis obtinet ad inſtar actionis,qđ non da
tur niſi ius habenti:de offi.iudicis.c.i.Sed dicit glo.quod nullum
competit ius,niſi quedam petitio gratie Credo qđ coram ſupe-
riore papa debet per meram gratiam petere,coram inferiore ſine
cauſa.Idem cauſa ſubſiſtente implorabit quoddam officium gra
48 tioſum,debitũ tamen ex honeſtate,vt patet ex premiſſis.¶ †Ue-
nio ad vltimam partem,z quero quis ſit hic modus prouidendi
per nominationem.Dicit glo.quod omnes in vnum concordant,
z vadunt ad ſuperiorem illum,quẽ illi nominant,z petunt vt cum
eo diſpenſet.Et differt a poſtulatione:quia poſtulatio ſit cum ſo-
lennitate.Uel dicit gl.poteſt dici qđ nominatio non differt a po-
ſtulatione:qz idem ſunt:z hoc patet ex dictione Seu.¶ Nota pri-
mo ex glo.in quo differat nominatio a poſtulatione:z qđ poſtula-
tio exigit ſolennitatem:de qua in.c.qz propter.De hoc dic vt.ſ.eo.
in cauſis.per doc.de poſtu.c.i.lib.vi.z not.de dictione Seu,que po
nitur inter diuerſa voce,eadem ſenſu.De nominatione autem in
quo differat a poſtulatione,dicit Inno.hic quod gl.eſt vera:quia
differt,qz poſtulatio cum ſolennitate,nominatio ſine.¶ Hoſt.te-
net contrarium,ſcilicet qꝫ nominatio debet fieri cum ſolennitate:
ſed in hoc differt,quod poſtulatio z electio ſit de vno,nominatio
ſit de duobus vel pluribus,z papa,vel ſuperior poſtea eligit.lxxv.
alias.lxxxv.diſt.archidiaconum.Et dicit qꝫ ea facta,ſuperiori nõ
licet reſilire,ſicut nec a poſtulatione.Et ex tali nominatione ius
acquiritur:vt.xvi.q.ſi.c.ſanctorum.z.ij.q.vi.diffinitiua.ver.nomi-
nationes.Dicit tamen qꝫ ſi ſuperior,z poſtulantes conſentiunt,
poſſunt a poſtulatione recedere,z a nominatione,nõ obſtante ali-
qua contradictione poſtulati.Et in hoc vltimo concordant Inn.
z Compoſ.Unus autem non poteſt nominari,ſecundum eum.Fi
naliter concludit quod etiam de vno fieri poteſt:z non eſt electio,
vel poſtulatio.De nominatione autem,que ſit in ſcrutinio,dic qđ
nullum ius acquiritur.ſ.titu.ij.quod ſicut.

1 ¶ Archiepiſcopus in archiepiſcopum poſtulatur.
2 Archiepũs alteri eccleſie alligatus non eligitur,ſed poſtulatur.
3 Poſtulare dicitur,qui dicit Conſentio in talem poſtulandum.
4 Unanimiter verbum quid importet.
5 Poſtulatio non annullatur ex contemptu aliquorum.
6 Electionis caſſationem poſſunt proſequi aſſiſtere debentes.
7 Contemptus quomodo excludatur.
8 Excipiendo vel replicando non poteſt alterum tantum reproba-
ri,vel approbari.
9 Poſtulatio admiſſa per quam clauſulam reuocetur.
10 Contemptus quando ius ſuum proſequi nequeat.
11 Electioni debens intereſſe,qualiter proſequatur contemptum.
12 Poſſeſſio contra ius,preſumitur in dubio iniuſta.
13 Pretendens ius in electione quid habeat probare.
14 Papa tradens ius alterius credens eſſe illius,non transfert do-
minium.
15 Poſſeſſio que ex patientia queritur,in quibus procedat.
16 Preſcribere põt quis contra eccleſiam Romanã iura ſpecialia.
17 Proteſtatio facta clandeſtine non releuat proteſtantem.
18 Preſcribi nullum ius poteſt contra ignorantem.
Poſſeſſio habetur per pati,z non quaſi poſſidetur.
19 Prelatus diffidens de iure ſuo an debeat dimittere rem.
20 Poſtulatione preſentata non permittitur variatio.
21 Poſtulatio preſentata ſuperiori non debet negligi.
22 Poſtulatio facta a minori capituli parte non admittitur.
23 Factum contra formam mandati,eſt nullum.
24 Concorditer factum quid dicatur.
25 Canonici quando cogantur electione admittere extraneum.
26 Eligendi ius dicens ſe habere deducet proprietatem quaſi poſſeſ-
ſionem.
27 Eligendi iuris quaſi poſſeſſio non iuſtificatur ſola admiſſione.
28 Poſtulatio poteſt tribus caſibus inualidari.
29 Poſtulatio non relinquenda,facta ſcrutinii publicatione.30.
31 Capituli actus quando valeat.
32 Capituli mandatum an poſſit vnus vel plures adimplere.
33 Reſcriptum,vt ſi eſt de antiqua conſuetudine admittatur ſup-
plicans,quomodo intelligatur.
34 Electionis poſſeſſionem non iuſtificat voluntaria admiſſio.
Poſſeſſio contra ius ex antiquitate poſſeſſionis iuſtificatur.
35 Factum pretextu mandati prioris poſt datam ſecundi valet.
36 Poſtulatio facta per omnes de collegio preter quinqꝫ valet.
37 Poſtulatio debet fieri in concordia.
38 Capituli minor pars non conuincet maioris partis negligentiã.
39 Electio an valeat ſiue ſiat a maiori,vel minori parte.
40 Capituli partis negligentia poteſtas deuoluitur ad vigilãtem.
41 Electio debet mitti ad ſuperiorem cum votis ſingulorum.
42 Decretum ſuperioris in poſtulatione exigitur.
43 Literis capituli,z ſubſcriptioni datur fides.
44 Poſtulantes non poſſunt a poſtulatione recedere.
45 Uariatio,vel ſuperioris illuſio,non eſt licita.
46 Iudiciũ ſuperioris nõ debet dependere ab arbitrio inferiorum.

47 Confirmationis petitio non eſt inepta.
48 Poſtulatio preſentata ſuperiori de inhabili an valeat.
49 Poſtulatio reuocata ante preſentationem an valeat.
50 Papa poteſt anticipare tempus a iure ſtatutum.
51 Eccleſie eſt de digno prouidendum,& non extraneo.
52 Eligi non debet ignotus.
53 Prelatũ ad maiorẽ dignitatẽ aſcẽdere honeſtius eſt,quã ad parẽ.
54 Conſenſus diuiſus non proficit ad poſtulationem.
55 Tranſlationis practica quõ fit.
Abſolutio a vinculo ſimpliciter,non dat licentiam tranſeundi ad aliam eccleſiam.
56 Archiepiſcopus debet habere pallium,& non eſt reale.
57 Extrane⁹ põt in eccleſia inſtitui,vbi oẽs de eccleſia ſunt extranei.
58 Nominatio ſingularis non tribuit ius.
59 Archiepũs renũtians epiſcopatui perdit vſũ pallij epiſcopatus.
60 Epiſcopus ſucceſſor non vtitur pallio ſine licentia pape.

1 BOne memorie. †Archiepũs ĩ archiepiſcopũ poſtulatur,et ex quo poſtulatio preſentata eſt pape,ſine ipſius licentia reſilire nõ licet.h.d. ¶ Diuidit in ſex. In prima ponitur admittẽde poſtulationis petitio,exceptio,& replicatio. In ſecunda,apoſtolica trimẽbris prouiſio.ibi:q̃.vſq; ibi:ceterũ. In tertia,temeraria,& iniuſta poſtulatio,eius repulſio,faciende prouiſionis monitio,& eiuſdem comminatoria retẽtio:vſq; ibi:verum. In quarta,ſuffraganeorũ ad concordiam reuocatio,canonicorũ deſenſio,alias diſſenſio,duplicis poſtulationis iniuſta innouatio:vſq; ibi:nec nocebat. In quinta,in qua ponitur tacite obiectionis reſponſio,ſecundum vnum intellectum:vel ſecundum aliũ,vnius partis iuris cõfirmatio:vſq; ibi:intelleximus. In ſexta,vbi ponitur diffinitiua prouiſio,archiepiſcopi tranſlatio,& pallij mittendi promiſſio. Hec enim eſt illa decre.propter quã quaſi omiſi ſtudere in iure canonico:ſed vici volũtatẽ propter rationẽ. ¶ Caſus erit in ea. Vacante eccleſia Strigonẽſi,que eſt ſedes archiepiſcopalis,canonici Strigonẽſes vnanimiter cõſenſerũt,& poſtulauerũt archiepũm Collacen.in archiepũm Strigonenſem.quẽ cum peterent admitti a ſede apoſtolica ſuffraganei Strigonẽ.eccleſie,nec non Quinqueeccleſieñ.epiſcopus,& quidã alij prelati,pretendentes de cõſuetudine ſe habere vocẽ in electione,tanq̃ contẽpti ſe poſtulationi oppoſuerant. Opponebatur etiam cõtra proceſſum. Nuntij auẽt contra replicabant,negando dictos de iure aliquã habere poteſtatem eligendi,quãquã forent aliquãdo ex gratia vocati:ſed in preſenti noluerant intereſſe. Unde ex duplici cauſa concludebant,eos non cõtemptos. Primo,quia nullum habebant ius eligendi. Scdõ,dato qđ haberent,fuerunt vocati,ſed noluerant intereſſe. ¶ Super his contentione ſuſcitata,papa non plene informatus,nec de iure ſuffraganeorũ,nec de proceſſu,nolens non plene inſtructus procedere ad vlteriora vt debebat,remiſit negotiũ,& mandatum fecit canonicis tripartitũ. Primũ erat,quod ſi ſuffraganei perſiſterent in contradictione,& canonici non diffiderent de iure ſuo,ſed vellent perſiſtere in cõtradictione ſua,deberẽt procuratores idoneos ad ſedem apoſtolicã tranſmittere,qui papam ſuper agendis melius informarent. Secundo,qđ ſi ſuffraganei,ſcilicet oẽs deſiſterent a ſua cõtradictione,& canonici ſuo inſtarent propoſito,deberent mittere perſonas idoneas,que ſuper proceſſu ſedem apoſtolicã informarent,& certificarent. Tertium,qđ ſi contradicentibus dictis epiſcopis ipſi canonici diffiderẽt de iure ſuo,aliã perſonã prouiderent ſibi in paſtorem. Facto mandato quidã ex canonicis receſſerunt a poſtulatione,alijs perſiſtentibus in eadẽ,& poſtularunt vnũ de ſuffraganeis,ſcilicet Quinqueeccleſienſem epiſcopũ poſtularunt in archiepiſcopũ:& hec fuit pape preſentata. Papa ipſam nõ admiſit:& hoc ex duplici cauſa. Primo,q: magna diſcordia facta erat,& a minori parte illorũ canonicorũ,& ſuffraganeorũ. Secũdo,q: temerarie immutata per eos,cũ poſtquã fuit apoſtolice ſedi preſentata,non poterant ab illa recedere,niſi prout papa permittebat. Tertio,q: dato qđ papa permiſerit,ipſi non ſeruauerunt formã in contraueniendo. Papa enim in vltima parte mãdati,que poterat facto eorũ proportionari,dederat illis poteſtatẽ vt poſſent diſcedere a prima poſtulatione,ſi diffiderent de iure ſuo:& loquebatur omnibus:ergo hec demũ permiſit,ſi eſſet maior pars,qui diffiderent:& ſic nõ ſufficiebat minor ad ſeruandã formã mandati. Illa poſtulatione caſſata ipſe fecit ſm mandatũ canonicis,vt ipſi procederent ad electionẽ canonicam:vel niſi poſtulatio cõcorditer oẽs poſtularent,requiſito ſuffraganeorũ conſenſu,ſi eſſet de approbata conſuetudine:alias comminabatur qđ ipſe prouideret. Interim antequã mandatum fuiſſet preſentatũ,illi,qui ſtabant pro Collaceñ.qui fecerant primã poſtulationem,omnes ſuffraganeos reuocauerunt ad concordiam,preter Quinqueeccleſienſem,antequã habuiſſent hoc ſecundum mandatum. ¶ Aduerte,iſti peccauerunt:q: nitebantur ex ſecũda parte mandati,vbi papa dicit qđ ſi poſſent,ſuffraganeos ad concordiã reuocarent:& non habuerant qđ volebat papa:q: Quinqueeccleſienſem,qui ſaltẽ poterat proſequi contemptũ,ad concordiã non reuocarunt. Itẽ dato qđ hec reuocatio profuiſſet,per ſequentẽ reuocationem ab iſta fuit receſſum. Tandem fuit mãdatũ preſentatũ:& q cõſenſerãt in Collaceñ.innouarũt eandẽ poſtulationẽ,per hoc receſſerũt a prima,reuocatis quibuſdam canonicis a ſe:hoc habuit tollere primam,etiam dato qđ eſſet valida:& ſecunda non valuit,q: contra formam ſecundi mandati,in quo comprehendebatur qđ vbi eligerent facere poſtulationem,deberent concordem facere:& in iſta diſcordabat Quinqueeccleſieñ.& vltra hoc aliqui canonici,qui cum eo erant. Tandem illi,qui poſtulauerant Quinqueeccleſienſem cõuenerũt in vnum,& vocauerunt alios ad poſtulationem concordem,vel electionem canonicam faciendam,alijs nõ venientibus,qui poſtulauerant Collaceñ.ipſi ex hoc propter negligẽtiã reputantes poteſtatem deuolutam proceſſerunt ad poſtulationẽ ipſius Quinqueeccleſieñ.& male:quia papa ex mandato voluit q prout debebãt eligere poſtulationẽ,qđ oẽs eſſent cõcordes in congregãdo ad poſtulationẽ faciendam:vt patet ex ſecũdo mãdato. Hoc facto ponẽdo vnũ caſum qđ ver.nec nocebat eſſet partis allegatio:dicebat pars Collaceñ.q electio ſua valebat:q: facta ab omnibus,& omnibus reuocatis pter Quinqueeccleſiẽſem:nec obuiabat qđ aliqui receſſiſſent canonici:q: ipſi non potuerant receſſiſſe. Primo quia ex quo erat apoſtolice ſedi preſentata,nõ poterãt poſtulãtes ab illa recedere:alias quia vel erat dubia,& papa debebat ipſam iudicare:vel erat approbanda in caſu,quo alij conſentirẽt:& erat approbanda.ergo nõ poterãt poſtulãtes ab ea libere recedere:alias ſi dicerẽt oppoſitũ illuderẽt pape:& pẽderet a poteſtate eorũ pape iudiciũ. Illi aũt aſſerebant cõfirmandã ſuam:q: facta ſm formã ſecundi mandati,& ad eos deuoluta poteſtate:papa examinatis hinc inde iſtis poſtulationibus perpendit de iure nullã approbandam:nõ primam de Collaceñ.q: illa erat facta cõtemptis ſuffraganeis,de quib⁹ dubitaſ an vocẽ habeant:ſecũdam de Collacen.nõ cõfirmauit,nec de iure erat admittẽda,prout illi fuit datus acceſſus:q: omnes nõ cõſenſerũt,eo q: nõ Quinqueeccleſieñ.& ſecundum formã mãdati papa vt reijcerẽt poteſtas opponẽdi ex forma mãdati exigit cõſenſus omniũ. Item ab ea fuit receſſum p ſecundam innouationem:& ſecũda innouatio fuit vitioſa ex alio.ſ.quia non fuerunt concordes,vt habebat forma ſecundi mandati. Prima de Quinqueeccleſieñ.nõ valuit:q: facta in diſcordia,& cõtra formam primi mãdati,vbi debebant a prima diſcedere cũ conſenſu & concordia omnium. Item q: receſſerunt poſtquã iam preſentaſſent pape:& nõ poterãt de iure diſcedere:nec poterãt ex mandato pape,ex quo non erat omnium diffidentia. Scda nõ valuit:quia non fuit concors,& contra formam ſecũdi mandati,vt ad poſtulationem concordẽ procedere deberent:nec vocati fuerunt ſuffraganei. Ideo papa propter comminationẽ,quã fecerat,de iure abſq; iniuria poterat prouidere,cũ ad ipſum foret deuoluta poteſtas ex cõminatione de prouidẽdo,vbi per canonicã electionẽ vel poſtulationem concordẽ non prouiderẽt:ſed q: non habebat plenam notitiã illorum de regno,& non volebat prouidere regno de perſona extrinſecus nõ valens ſalua cõſcientia prouidere,licet videretur honeſtius qđ Quinqueeccleſienſis,vt ſuffraganeus aſcenderet ad metropolitanã,quam archiepiſcopus ad parẽ de metropoli ad metropolim:volens tamen partẽ tutiorem eligere,q: oẽs licet diuerſis partibus cõſenſerant in Collacen.h̃ diuerſis temporibus abſoluit predictũ Collaceñ.a vinculo,quo tenebatur eccleſie Collaceñ.& tranſtulit eum ad metropolim Strigonen.dando ſibi licentiã tranſeundi,& pallium proteſtatur ſe ad vſum,& nomine eius trãſmiſſum. ¶ Legã decre.per partes,notabilia colli-
2 gendo,& materiã explicando. ¶ †Not.primo qđ archiepiſcopus,
vt alteri eccleſie alligatus,non valens abſq; diſpenſatione trãſire,
3 poſtulatur,& non eligitur. ¶ †Not.ſecundo qđ procedit hec practica,Conſentio in talem poſtulandũ a papa. Dic hodie vt de po
4 ſtu.prela.c.j.lib.vi. ¶ †Not.tertio de verbo Unanimiter,vide in
5 c.j.ſ.ea.&.c.bone. ¶ †Not.quarto qđ contemptus aliquorum non
annullat ipſo iure poſtulationem,ſicut nec electionem.de electio.
6 quod ſicut. ¶ †Et nota quod etiam de conſuetudine aſſiſtere debentes in electione poſſunt proſequi caſſationẽ electionis propter cõtemptum. Et not.practicam opponendi,quia ſufficit qđ cõcludant qđ habeant ius eligendi,licet non dicant ſpecifice ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligendi:q: ſi habent ius eligendi,ſunt in quaſi poſſeſſione,alias non haberent.de cauſa poſ.cum eccleſia.et patet in.c.cũ olim.ſ.de elect.querelam. Et ſic eſt caſus de eo,qđ diſputat Inn.de cauſa poſ.cũ eccleſia.an procedat petitio,Peto electionem caſſari,vel confirmari,q: ad me ſpectat ius eligendi:ſi ni-
7 hil de poſſeſſione dicat. ¶ †Not.quinto qđ ad excludendum con-
temptum,nõ ſufficit ius habentem admitti de gratia:q: admitti-
8 tur tunc abſq; preiudicio iuris ſui. ¶ †No.ſexto qđ vbi excipiendo vel replicando duo qualificate ponuntur in cõfeſſione,licet ex

vno

vno fundetur intētio partis aduerſe,tñ nō pōt aduerſa pars vnū
approbare,⁊ alterū reprobare.Ad hec.l.Aurelius.§.idē queſiit.
ff.de lib.leg.⁊ quod ibi ſcripſit Bar.⁊.l.j.C.de do.ante nup.dixi de
reſcri.ex parte decani.¶Habes notabilia vſq; ad verſi.nuntios.
9 vbi papa facit mandatum.Videamus hanc partem.¶†Primo
contra hanc partē opponitur,quia ſi ſic erat quod de gratia fuiſ-
ſent admiſſi,non habebant aliquod ius:⁊ ſic merito poterant re-
pelli.Male ergo mandat papa vt de iure ipſorum inquiratur ad
caſſandam poſtulationē.Ad hoc.ſ.de ver.ſig.abbate.ex.q.ij.agno-
uimus.C.de ſeruitut.l.j.ſimili.Poteſt enim eū,qui gratiam facit,
per predicta iura reuocare:nec tali datur reſtitutio,quia non dici-
tur ſpoliatus,cum non poſſederit:vt in.c.olim.de reſtit.ſpol.Glo.
tertia fatetur contrarium:quia ſi hoc eſt verum quod non habe-
bat ius,ſed hoc erat partiū allegatio,conſulit tamen quod quan-
do quis admittitur de gratia,quod fiat ꝓteſtatio,quod in dubio
videretur admiſſus tanquam ius habens:cum iſte ſit actus,qui
non permitteretur facilitate,vel amicitia,ſed tanquam ius habēti
tantum:vt no.de cauſa.poſ.cum eccleſia.⁊ hic per Inn.An in du-
bio admiſſus,videatur admiſſus de gratia.Gl.hic,⁊ Inn.in vna
parte ſue gl.dicit qđ videtur admiſſus de iure.In ſecunda gl.ma-
gna,in principio,dicit ꝙ in dubio,ex quo poſſeſſio eſt cōtra ius,vi-
detur precaria:vnde opꝫ qđ ꝓbet ꝙ nō ſit precarie.Allegat de cā.
poſ.cū eccleſia.ff.ſi ſerui.vē.ſi qs diuturno.lꝫ dicat ſecꝰ in corpora-
libꝰ:qꝛ dicens precariā,dꝫ illā ꝓbare.Primū cōiter teneť:qꝛ tale
eſt,qđ nō patereť niſi ius hñti.Vñ ex quo eſt in poſſeſſione,preſu-
miť de iure admiſſus.Tutiꝰ ergo eſt ꝙ ꝓteſtetur admittēs,vt gl.
10 dicit.¶†Nunqđ aūt ſufficit admittere de gratia ius hñtē,ita ꝙ
nō poſſit ꝓſequi contemptum:dicit Inn.qđ ſic,ſi admittat vt vo-
cem habeat,⁊ permanēs in poſſeſſione:ſecus ſi admittatur vt per-
dat poſſeſſionem.vel vt nō habeat vocē:qꝛ ſit in preiudiciū ſui iu-
ris:vnde tūc poſſet ꝓſequi.Sed ipſe tꝫ qđ nō pōt eſſe ſine preiudi-
cio,ex quo de gratia admittitur:vt in dictis iuribus.ff.de precar.
ſi is qui.de appel.ſolicitudinē.⁊ qđ no.ſ.de elec.querelam.Ad hoc,
qꝛ illi,qui de gratia,nō acquiritur ius,niſi intēdat vti iure ſuo.ff.
quēadmo.ſerui.admi.l.ſi.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.l.j.ſicut nec retine-
tur.Sed ille,qui admittitur nō habet aliquam poſſeſſionē,cū non
intendat vti iure ſuo:⁊ alias:tunc vltra ſi iſta erat partium allega
tio,quatenus erat cōtra ſe,illi ſtandum:quatenus ergo cōfiteban-
tur quod illi fuerant admiſſi,ſtandū erat:quatenus cōfitebantur
quod gratia:qꝛ hoc erat pro ſe,nō erat ſtandū:igitur male mādat
adhuc de hoc inquiri:qꝛ iam pape conſtabat ꝙ illi debebāt intereſ
ſe.Dicit Abbas ꝙ cōfitētes erāt nūcij ſine mandato,quorū cōfeſ-
ſio dño nō preiudicat:vt no.ſ.ti.j.⁊ no.ſ.vt lite non conteſt.c.j.Vel
ſuffraganei intendebant petitorium:⁊ iſti cōfitebantur de poſſeſ-
ſiōe.Sed certe ſatis hic agebatur de poſſeſſione,ex quo dubitaba-
tur de electione,ad cuius validitatem poſſeſſio confert:vt de elect.
querelam.de iure pa.conſultationibus.cum ſi.Dicit glo.⁊ melius,
quod hic qualificate confitebatur admiſſus de gratia:quo caſu
pars non poteſt approbari,⁊ pars reprobari:per illa,que dixi no
tando:⁊ maxime quando illa,que intendit approbare pars aduer-
11 ſa,habet iuris reſiſtentiam,vt hic habebat.¶†Secundo ſol.glo.
eſt,quod dato quod confiterentur ipſos eſſe in quaſi poſſeſſione,ex
quo erant extra collegium,talis poſſeſſio eos nō iuuabit,quaſi con
tra ius,et ex quo non oſtendebant aliquam cauſam iuſtificādi ſuā
poſſeſſionem.Papa non innititur illi poſſeſſioni,niſi aliter iuſtifi-
12 cetur:⁊ ſic ſunt excludendi,ſecūdum gl.¶†Nota bene ꝙ poſſeſſio
contra ius in dubio preſumitur iniuſta,niſi iuſtificetur:nec parat
poteſtatem eligendi,⁊ non releuat ab onere probādi titulum.Ad
hoc,quod ſcribit gl.de procu.ex inſinuatione.de elect.conſtitutus.
13 ¶Nota bene quod ad hoc vt iuſtificetur,oportet quod probetur
quod ipſis ſcientibus ⁊ patientibus fuerunt admiſſi:quia in du-
bio non preſumitur quod eis patientibus,licet ſi patiantur,pre-
ſumatur quod de iure.Hic Inn.ponit latam gl.in qua tractat de
modo acquirendi quaſi poſſeſſionem in incorporalibus:quam gl.
ponit in pluribus locis:de cauſa poſ.cum eccleſia.⁊ de in integ.re-
ſtitu.c.ij.Tradam ipſam concluſiue:⁊ dicit quod requiritur quod
primo vtatur iure,quod intendit querere:quia factum exigitur in
acquirenda poſſeſſione:vt hic vſus eſt pro facto.ff.de acquir.poſ.
l.j.⁊.l.iij.⁊ in.c.ij.de conſue.corpus ergo exigitur in exercendo fa-
ctum.Secundo exigitur animus:⁊ ex parte animi exigitur quod
vtatur vt pro iure ſuo.Nam ſi volo vti ſeruitute,oportet quod fa-
ciam quaſi vtar,⁊ hoc animo vt vtar vt pro iure meo.ff.quemad-
modum ſeruit.amit.l.fina.ff.de iti.actuq; priua.l.fina.Conſtabat
autem hic primo per verba expreſſa dicētis ſe vti iure ſuo,alio nō
contradicente:conſtabat etiam facto quod talis eſt actus,⁊ exerci
tium,quod non competeret,niſi ius habenti,⁊ nō fieret niſi ab ha-
bente ius:vt ſi interfuit in electione,ſcrutinio,vel compromiſſo,
de electio.in Geneſi.Quot autem,⁊ quales actus hic concludant,
non poteſt dari certa doctrina.Nam hoc preſumitur ex qualitate
actuum,ex modo exercendi,⁊ multis alijs:et ſecundum hoc hinc ⁊

inde reſultat onus probandi.Idem dicit Innocent.in capitulo
cum eccleſia de cauſa poſſeſſio.et ſi qua poteſt doctrina dari,poni-
tur ibi:dic vt ibi.¶Sed hic eſt dubium,an ad hoc vt acquirat
poſſeſſionem,exigatur quod vere credat,vel ſciat ſe vti vt pro iu-
re ſuo.Dic quo ad finem ſolum querende quaſi poſſeſſionis,non
quia vt predo poſſidet:de reſtitutio.ſpolia.in literis.Sed ſi pro-
pter finem preſcribendi,tunc bene oportet vt credat alios non eſ-
ſe in bona fide.de preſcriptio.ſi diligenti.Latius hoc proſequitur
de cauſa poſſeſ.cum eccleſia.vbi declarat quod quo ad finem in-
terdicti recuperande,⁊ quo ad finem poſſeſſionis retinende:dic vt
ibi,et hic in ſecunda gloſſ.¶Secunda gloſſ.dicit quod quo ad fi-
nem recuperande ſufficit quod probet poſſeſſionem facti,abſq; eo
quod probet quod non clam,vi,vel precario,⁊c.ff.de vi ⁊ vi ar.l.
prima.§.interdictum.imo plus ſi vult probare ipſum per vim
poſſediſſe,non auditur.l.prima.§.primo.ff.de vi ⁊ vi ar.Secus ſi
obijceret quod precario poſſedit,vel quod precario eſt admiſſus
ad electionem:quia per hoc concluditur vel non poſſeſſio,vel poſ-
ſeſſio eſt reuocabilis.ff.de preca.l.ſecunda.Secus ſi agat confeſſo-
ria,vel vti poſſidetis:quia tunc oportet quod probet ſe non clam,
vel precario poſſidere:quia in talibus ſuccumbit,niſi credat ſe ſuo
iure vti.l.prima.in fin.ff.vti poſ.¶Requiritur ſecundo patientia
eius,contra quem:et oportet quod ſit ille,cui ex poſſeſſione preiu-
dicatur in ſpecie,quando queri agitur,⁊ pro illo,cui preiudicatur
ſumitur ille,qui illud ius poſſidet,ſiue illius iuris habet proprie-
tatem,⁊ poſſeſſionem illius iuris,ſiue poſſeſſionem tantum:vt ſi
aliquis poſſidet iuriſdictionem,quam acquirere ſufficit patientia
illius,ſiue habeat proprietatem,⁊ poſſeſſionem,vt quia eſt domi-
nus illius iuriſdictionis,⁊ illam quaſi poſſidet.Vbi autem non
poſſidet,ſentit hic Innocen.quod ex patientia proprietarij non
queratur,cum ipſius patientia non exigatur:quia ei non preiudi-
catur in poſſeſſione.Quod puto,quando alius poſſidet:alias il-
lius exigitur patientia.Et puto quod creatur quaſi poſſeſſio,licet
non poſſideat:quia intereſt ſua vt poſſeſſio ſit vacans.Item ſuffi-
cit ſecundum Innocent.quod ei preiudicetur in reſtringendo iu-
quod omnem exceptionem remouet: vt. l. j. §. ſi quis riuos. ff. de ri
uis. Item quia ex neceſſitate eccleſie communicatur excommuni
cato: ⁊ maioꝛ nō eſt neceſſitas vltra carentiam vicarij Ieſu Chri
ſti. xxvj. diſtin. omnis. ij. q. vj. ad Romanam. Et ſic expeditum eſt,
nedum de facta, ſed etiam de facienda: in cle. ne Romani. de elec.
32 ¶ † Aduerte hic glo. iuncto tex. videtur ſentire quod vbi a iure,
vel vigoꝛe ſtatuti remouetur exceptio, videtur etiam qđ tollatur
exceptio inhabilitatis perſone. Hoc falſum eſt: qꝛ admittitur exce
ptio defectus poteſtatis agentis: vt patet in cle. j. de ſequeſ. poſ. et
fruc. Dixi alias qđ hic in actu electionis, in qua proceditur ſecun
dum merum ius nature, qꝛ hec electio non ſubijcitur ex toto iuri
poſitiuo, quo caſu inhabilitates in perſonas agentium fateoꝛ qđ
admittuntur, ſi concludant inhabilitatem, inſpecto iure nature.
Ideo credo quod admitteretur exceptio, qđ nō eſſet electus a car
dinalibus: ſi admitteretur exceptio, quod cardinales non conſen
ſiſſent, admitteretur etiam exceptio permiſſa ex capite huius ſta
tuti, quod eſſent excommunicati ex capite huius ſtatuti. Sed exce
ptiones, que concernerent inhabilitatem poſitiuam in perſonam
eligentium, non credo quod admitterentur, vt dixit Cōpo. Item
qđ vbi vigoꝛe ſtatuti vel iuris in actu tolluntur omnes exceptio
nes, etiam exceptio nullitatis actus opponi non poteſt, etiam ex
perſona agentium. ¶ Habes gloſ. que dicit, quod licet nulla exce
ptio admittatur contra ſententiam, admittitur tamē exceptio, per
quam ſententia redditur nulla ex defectu perſone agentis, ⁊ iudi
cantis: quia iudex non eſt. in cle. j. de ſequeſ. poſ. ⁊ fru. Quod nota.
Hoc dictum puto verum, quando non ſubeſt perſona, cū qua poſ
ſit iudicium nullitatis agitari, vt eſt in papa. ¶ Uel dic, Quādo
que datur inhabilitas cauſe agentis, etiam inſpecto iure naturali,
⁊ poſitiuo: ⁊ tunc rejectio omnium exceptionum iſtam non tollit:
qꝛ rejectio exceptionum fit contra actus, qn̄ actus aliquid recipit
eſſe, quod non eſt, ſi omni iure deficit. Ideo ſi opponeretur qđ iſti
non fuerint cardinales, qui elegerunt, admitteretur hec exceptio.
¶ Quandoq; datur habilitas cauſe agentis, ſaltem inſpecto iure
nature, licet deficiat inſpecto iure poſitiuo: ⁊ tunc ſi actus eſt talis,
cuius validitas ponderetur de iure naturali, defectus exceptionis
concludentis defectum in cauſa agente iure poſitiuo, non admitti
tur. Si autem eius validitas ponderetur ſecundum ius poſitiuū,
vt qꝛ eſt actus, qui ſubijcitur iuri poſitiuo, ⁊ admittitur exceptio,
vt hic: dicunt vltra hic doc. quod non poſſet opponi contra papē,
ꝙ non ſit de collegio. lxxix. di. opoꝛtebit. ⁊ c. ſeq. vel ꝙ ſit monachꝰ,
vel quod ſit vxoꝛatus: de quo in dicto. c. ſi quis pecuniam. xviij. q.
33 ij. quod ſic. ¶ † Uenio ad quartum, de quo agitur hic. ſ. de acceſſu:
quero an poſſit hic fieri acceſſus. Dic quod publicato ſcrutinio, ⁊
pendente, adeo ꝙ dicit hic ꝙ pendente etiam ſcrutinio non pote
runt diſcedere a votis ſuis eligentes, niſi per acceſſum: qꝛ cum no
minatio etiam vnius ſolius impendente ſcrutinio poſſit conualeſ
cere per acceſſum, id eſt per conſenſum illorum, qui prius non con
ſenſerant, ⁊ ſpes eſt in debitum rei. Inſti. de verb. obli. §. ex condi
tionali. Ad hoc. j. eod. indēnitatibus. §. ſi autem. Et dicitur pende
re ſcrutinium, ſecundum conſuetudinem eorum, quando non eſt la
34 ceratum, ſeu ab eo receſſum. ¶ † Quid ſi papa aliquis ſit promo
tus contra hanc foꝛmam? Dic ꝙ ſi eſt occultum, de hoc non iudi
cat eccleſia: de ſimo. ſicut. ⁊ tamen peccat promotus. de ſimo. per
tuas. Excuſat tamen probabilis ignoꝛantia, licet nō craſſa: de cle.
35 excō. mi. apoſtolice. ¶ † Quid de ſimoniaco inthroniſato per ſedi
tionem, preſumptionem, vel aliud ingenium. Dic quod excommu
nicatus eſt. lxxix. di. c. j. ⁊ ſi. xxiij. di. in nomine domini. ⁊. c. ſi quis
ex epiſcopis. vſq; ad ſi. Et dicit Hoſt. ꝙ Cardinales deberent illa
capitula inter ſe legere, ⁊ exponere in tractatu electionis, dicens
ſeditionem, ſiue pro violentia, vel impreſſionem, preſumptionem
pro ambitione, ingenium pro fraude, vel calliditate quoꝛumcunq;

36 querentium que non ſunt ſua. ¶ † Ultimo glo. ponit hic caſum, in
quo non confirmatus adminiſtrat. Alios habes. ĩ. eod. nihil. ⁊ c.
indennitatibus. §. ceterum. ⁊ §. ſi vero. vbi de hoc lib. vj.

1 ☞ Epiſcopus vel qui in epm eligitur, qualis eſſe debeat.
2 Dignitates eccleſiaſticas nitens, cuius qualitatis eſſe debeat.
3 Epiſcopus in ſua dioceſi habet curam animarum.
4 Prelatus debet eſſe ſpeculum inferiorum ſuorum.
5 Argumentum a minori procedit in iure. 27.
6 Epiſcopus debet habere ſcientiam noui ⁊ veteris teſtamenti.
7 Presbyter debet habere in ſe ſcientiam canonum penitentialiuȝ.
8 Scientia triplex eſt.
9 Scientia eminens que ſit, ⁊ in quo.
10 Scientia mediocris que ſit, ⁊ in quo.
11 Scientia ſufficiens que ſit, ⁊ in quo.
12 Officium recipiens, cui non ſufficit peccat.
13 Prelature officium non debet indoctus conſequi.
14 Archidiaconus debet ſcire iura.
Patritio turpe eſt ignorare ius, in quo verſatur.
15 Cantor ſcire debet cantum.
16 Ordinari an poſſit illiteratus omnino.
Clericus dicitur, qui in hereditate Domini eſt aſſumptus.
17 Monachi, ⁊ eremite plus egent contemplatione, quam ſcientia.
18 Epiſcopus debet eſſe legitime natus.
Jura ſingularia, ⁊ diſpenſatiua, non trahuntur in conſequentiam.
19 Epiſcopus debet eſſe etatis triginta annorum.
20 Illegitimus eſt inhabilis ad dignitatem epiſcopatus.
21 Beneficiandus debet eſſe legitime natus.
22 Epiſcopus debet eligi canonice.
23 Annus ceptus in quibus habeatur pro completo. 24. 25.
26 Promotus an propter defectum ſcientie debeat reijci.

1 **Cum in cunctis.** ¶ † Dicit qualis eſſe debeat, qui in epi-
ſcopum eligitur. Punit ſcienter alium eligentes. Di-
cit, quando vacant beneficia illius electi. Dicit quales
aſſumi debeant ad dignitates, perſonatum, ⁊ beneficium curatuȝ,
⁊ ponit penam contrafacientis. Et quomodo ſic aſſumptus de-
beat ad ordines promoueri: ⁊ ſub qua pena remouens quo ad eaȝ
appellationē, ⁊ extendens eam ad preterita. ¶ Diuiditur in duas
principales partes. In prima, duplex conſtitutionis cauſa, ſeu ra
tio. In ſecunda, conſtitutio, ibi: in preſenti. Ratio prima finalis,
ſecunda impulſiua. ſecunda ibi: ea propter. Secunda habet tres
principales partes. Secunda ibi: inferiora. Tertia ibi: clerici. Pri
ma facit duo. In prima ponit qualis eſſe debet, qui aſſumitur ad
dignitatem, perſonatum, vel beneficium curatum. ¶ Secundo,
quomodo, ⁊ ſub qua pena debeat ad ordines promoueri remouēs
appellationem a preſenti, ⁊ extendens ad preterita, ibi: cum anteȝ.
¶ Tertio etiam facit duo. Primo, ponit penam peccantium in
eligendo epiſcopos. Secunda ibi: epiſcopos autem. Penam pec-
cantium in eligendo inferiores. Expediam decre. per partes.
2 ¶ † Nota primo qualitates requiſitas ad perſonam aſſumendaȝ
ad ordines, ⁊ dignitates eccleſiaſticas. Et primo exigitur maturi
tas etatis. Secundo, grauitas morum. Tertio, literarum ſcientia.
Et nota ꝙ hec fortius in epiſcopo exigantur, quam in alijs infe-
3 rioribus dignitatibus. ¶ † Not. ſcdo ꝙ epſ vniuerſaliter in tota
4 dioceſi dicitur habere curā, ⁊ dr prepoſitus cure. ¶ † Tertio, quia
prelatus dȝ eſſe ſpeculum inferiorum, vt in ſe oſtēdat qualiter alij
debeant in domo Dei cōuerſari: poſitus eſt eñ vt ſignum ad ſagit
5 tam. ¶ † Nota ꝙ argumentū a minori procedit in iure. ¶ † Que-
6 ro, qualis exigatur ſcientia in epō, ⁊ alijs bñficiatis. Dic, epſ de-
bet habere ſcientiam veteris ⁊ noui teſtamenti: qꝛ iudex eſt, ⁊ pa-
ſtor animarū. xxiij. di. qꝛ epſ. xi. q. j. de pſona. ⁊ c. canonū. de ſang. ⁊
7 affi. c. j. † ⁊ presbyter canones penitētiales. xxxviij. di. q ipſis. ⁊ alia
8 q ibi cōtinent. † Et exigit in epō eminēs, lȝ cōpetēs toleret. ĩ. e. cuȝ
nobis. de renuntia. niſi. Unde nota verſus: Sani, triginta, ſacer or
do, pura voluntas, Et morū grauitas ſcientia ſponſa. parentis,
9 Cōcurrēs fama, dant hec tibi pōtificale. † Et eſt eminēs, ſi ſubti-
les queſtiones, ⁊ extraneas diſcutere, ⁊ diffinire nouit, ⁊ in prom-
ptu ſine deliberatione reſpondet, ⁊ maxime de fide. preſenti. xxxvi.
10 di. §. eccleſie. † Ille mediocrem hȝ, q cū deliberatione, ⁊ reuolutiōe
11 librorū veritatem ſcit inuenire. ¶ † Sufficiētem hȝ, q ſufficienter
per ſe ſufficit ad ea, que ſibi imminēt eſſe dicenda: q oīa ſunt redu-
cēda ad arbitriū boni viri, ſm Inn. qui pōtiſſime qualitateȝ loci,
ad quē aſſumit, cōſiderare dȝ: vt. ĩ. eo. in cauſis. §. fin. ⁊ c. ſcriptū. §.
12 penul. † Peccat aūt ille, q recipit officium, ad quod ſua cōſcientia
nō ſufficit. j. q. j. nō eſt putāda. in ſi. xlix. di. §. j. in ſi. xxxviij. di. oēs. ⁊
p totā. xviij. q. ij. ſi qs abbas. Ex cauſa tñ diſpenſari poteſt, ſi tamē
ſpes ſit ꝙ proficere debeat: ⁊ hoc ex diſpenſatione: alſ indigne p-
mouens puniretur. xxx. di. quando epſ. lxxvij. di. ſi quis. xxxvij. di
13 ſtin. per totum. † Sed ſi nō eſt ſpes de ipſius profectu, promoueri
non debet, niſi vrgente magna neceſſitate eccleſie, ad quam promo
ueri debet: de eta. ⁊ qua. querit. qꝛ in profectum ⁊c. de renuntia. niſi
14 §. ne profectu. † Quid de archidiaconis? Dic de eis, ⁊ de alijs, qui
habent cauſas audire, illi debent ſcire iura: qꝛ verecundum eſt pa-
tritio, ⁊c. ff. de orig. iur. l. ij. in aut. de ſanctiſ. epis. §. damus. j. q. vij.
15 conuenientibus. ¶ † Cantor debet ſcire cantū: ⁊ ſic de alijs ordini
bus, ſcdm qd vnicuiqꝫ congruit ex officio exercere. xxiij. di. per to-
16 tum. ¶ † Ordinandus ad quencunqꝫ ordinem, debet ſaltem eſſe li
teratus: alias illiteratus omnino non debet ordinari: de tempo. or
di. c. nullus. li. vj. Si tamen ordinetur, clericus eſt: cum ⁊ ſecundum
primam clericorum originem clericus dicatur, qui in hereditate
domini eſt aſſumptus. xij. q. j. clericus. xxi. di. cleros. de preben. cum
ſecundum. Item ex quo baptizatus eſt, ſuſceptiuus eſt cuiuſlibet
ſacramenti: de presby. non bap. veniens. Et hec procedunt in prela
to. In abbate dicendum eſt vt de eta. ⁊ qualita. cum contingat.
17 ¶ † Monachi, ⁊ eremite plus egent contemplatione, quam ſcien
tia. xxviij. queſtio. ij. c. j. ⁊ per totum. xvi. qd. j. legi. ⁊ quod ibi not.
18 ¶ † Uenio ad glo. huius partis, ⁊ oppono: ⁊ videtur qd vltra hic
requiſita, in epō exigantur alia, qd ſit legitime natus. ĩ. eo. capitu-
lum. ⁊ c. innotuit. ⁊ qd ſit conſtitutus in ſacris. ĩ. eo. dudum. Gloſſ.
fatetur cōtrarium hic poſita: ⁊ illa exiguntur: vt ibi nota qd ius
ſingulare, ⁊ diſpenſatiuum non eſt ad conſequentiam trahendum.
Ad hoc de priuile. qꝛ circa. etiam ex maioritate rationis non extē-
ditur: vt no. de reſcriptis. in noſtra. ⁊ eſt caſus de preben. cui de nō.
19 ¶ † Nota ſecundo etatem in epō requiſitam: qꝛ exigitur ꝙ etas ſit
perfecta triginta annorum: ⁊ etiam alia requiruntur, que compre-
20 henduntur in verſibus. ſ. poſitis. ¶ † Nota tertio qd illegitimus
non eſt habilis ad epiſcopatum obtinendum de iure, niſi diſpenſa
21 retur. ¶ † Opp. quod non ſolum in epō exigatur qualitas legiti-
mitatis, ſed etiam in quocunqꝫ alio beneficiando. de fi. presby. c. ij.
li. vj. penul. ⁊ vlti. c. So. Fatendum qd iſta ⁊ illa exiguntur in epō, ⁊
alijs multa alia, que exiguntur in epo. Et de primo patet hic. De
ſacro ordine, de eta. ⁊ qua. a multis. Et de pura voluntate inquan-
tum excludit ſeruum: de ſer. nō or. per totū. inq̄tum epm. ſ. c. pro-
ximo, ⁊ ſi. inq̄tum religioſum in. c. ſi religioſus. de elec. lib. vj. De
grauitate morū hic, ⁊. xxiiij. di. qui epſ. De ſcientia. xxviij. di. oēs.
⁊ hic, de eta. ⁊ qua. c. penul. Et ſapientia, que etiā ad tēporalia. xxx-
viij. di. Petrus. ⁊ de ſponſa. parētis. j. qd natus ſit ex legitimo ma
trimonio, hic, ⁊. ĩ. c. innotuit. De fama. xxx. an. de laicis. ⁊ de accu.
omnipotens. Dicit Jo. an. ꝙ ſi dixiſſet pontificatū, potuiſſet dice-
re quo ad decus. ſ. qd nō eſſet corpore vitiatus, ⁊ ſit decorus: ⁊ ſub-
iungit quod debent in eo cōcurrere illa tredecim, de qbus Ad Ti
tum. j. ⁊ ad Corin. iij. De qbus habetur a. xxv. di. vſqꝫ ad. 50. exclu
22 ſiue, ⁊ a. lxxxi. vſqꝫ ad. xci. ¶ † Itē requiritur qd ſit canonice elect⁹
23 ſecundum formā. ĩ. e. qꝛ propter. ¶ † Scdo opp. cū gl. exigitur hic
quo ad etatem ꝙ epſ exegerit trigeſimū annū, imo videt ꝙ ſuffi-
cit ꝙ annus ſit ceptus. ff. de mu. ⁊ ho. l. ad Rempublicā. Dic, qñqꝫ
ius diſponit, ⁊ exigit annū perfectum, vel contentat de cepto: ⁊ ſer
ua qd diſponit ius, vt hic: nā in epō exigit annū cōpletū: in inferio
rib⁹ dignitatibus ſufficit ꝙ annus ſit ceptus. Et in his non po-
teſt dari ratio: qꝛ ſunt de volūtarijs. Unde non oīm, que a maiori-
24 bus ſunt, reddēda eſt ratio. l. nō oīm. ff. de legi. † Qñqꝫ tpſ exigit
in cōputādo: ⁊ ius cōputat tpſ de momēto ad momentum: ⁊ illud
25 adhuc ſeruandum eſt. ff. de minori. l. iij. §. minorem. ¶ † Qñqꝫ ius
ſimpliciter loquitur de anno: ⁊ tunc aut eſt fauor ꝙ annus ceptus
habeatur pro completo: ⁊ habetur. Aut eſt odium qd annus cept⁹
habeatur pro cōpleto: ⁊ expectatur cōplemētum anni: ⁊ computa
tio ſit de momento ad momentum, vt. d. l. iij. §. minorē. Ad hoc. ĩ.
26 de ver. ſig. queſiuit. de hoc. lxx. di. ſubdiaconus. ¶ † Glo. ij. arguit
quod non ſolum debet quis propter defectum ſcientie impediri,
27 quinimo promotus remoueri: dic vt in ea. ¶ † Glo. tertia arguit
quod argumentū a minori eſt validū affirmatiue ſumēdo: ⁊ argu-
mentū a maiori ſi ſumat negatiue. Dic vt in ea. ibi: ſȝ nec ipſe, qua-
ſi dicat, Paul⁹ nō fuit ſine ſtimulo carnis: ergo nec Euſtochium.

1 ☞ Beneficia priora electi in epiſcopum quando vacent. 8.
2 Ordo in promoto ad dignitates quis debeat conſiderari.
3 Promotus adminiſtrans intempeſtiue quam penam incurrat.
4 Clauſula. Liberam habeas facultatem: quid operetur.
5 Beneficia plura an quis poſſit ſimul habere.
6 Confirmationis actus quid operetur.
7 Beneficiorum vacationi an proficiat clauſula, ſiue nanciſcatur.
9 Epiſcopus infra quod tempus debeat conſecrari.
10 Conſecratio epiſcopi expectatur ad vacationem priorum benefi-
ciorum.
11 Beneficia priora epiſcopi conſecrati nondum tranſlati, non va-
cant.
12 Beneficia epiſcopi electi poſſunt alteri conferri ante cōſecrationē.

Epiſcopi

1 Epiſcopi electi beneficia priora vacant poſt tres menſes.
1 + Diſpenſatio conceſſa ad ſupplicationem impetrantis eſt ſtricti iuris.
Surreptione non poteſt reſcriptum impugnari.

1 §. Cum vero. ¶ † Nota primo quando vacent benefi
cia priora electi ad epiſcopatum: quia
tria exiguntur. Primum, quod ſit confirmatus. Secũdum, quod
habeat adminiſtrationem eccleſiaſticorum bonorũ. Tertiũ, qḋ la⸗
pſum ſit tẽpus de conſecrandis: his concurrentibus vacent ipſo
iure priora beneficia: ⁊ collator hꝫ liberam poteſtatem alteri confe
2 rendi. ¶ † Notãt doc. hic conſiderandum ordinem in promoto ad
dignitates, vel beneficia. Et primo cõſideratur electio. Secundo,
confirmatio. Tertio, adminiſtratio. Nam ſicut ex cauſa oritur obli
gatio, ⁊ ex obligatione actio: vt. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur.
ſic ex electione confirmatio: vt in. c. tertio. ⁊ ex confirmatione admi
3 niſtratio: vt. ↄ. c. tranſmiſſam. † Nam alias promotus adminiſtrãs
4 incurreret penas. c. auaritie. e. ti. lib. vj. ⁊ in. c. qualiter. ¶ † Not. hec
verba Liberam habeas facultatem: q2 excludũt alterius requiſi⸗
5 tionem. ¶ † Nota propter plurale: videtur quem poſſe habere plu
6 ra beneficia: de quo de reſcriptis. gratia. lib. vj. ¶ † Nota quod per
actum confirmationis, licet quis conſequatur facultatem admini
ſtrandi, ad hoc. ↄ. eo. tranſmiſſam. non tñ eo ꝙ confirmatus conclu
7 ditur cum ea actualiter habere, vt hic. ¶ † Quero an proficiat ad
vacationem beneficiorum, ſiue nanciſcatur poſſeſſionem vel de iu⸗
re vel de facto. Doc. dicunt ꝙ ſufficit ſiue de iure ſiue de facto nan
ciſcatur poſſeſſionem. Allegant. ↄ. de accu. accedens. ⁊ remittit de
priuil. c. penulti. ſuper. ↄ. glo. per quod dicit hoc intelligi Jo. an. fa⸗
8 cit in arg. decre. cum, qui. de preben. lib. vj. ¶ † Secundo quero qḋ
ſi non poteſt habere poſſeſſionem, an vacent priora beneficia. Dic
qḋ aut habet poſſeſſionem de iure ⁊ de facto: ⁊ procedit qḋ hic dici
tur: q2 ſine dubio vacatio inducitur lapſo tempore de conſecrãdis.
Aut habet poſſeſſionem, de facto, ⁊ non de iure: ⁊ idem. Aut non
poteſt habere poſſeſſionem de facto: et tunc aut propter impedi⸗
mentum facti: ⁊ non vacant priora beneficia: q2 non dicitur habere
quietam poſſeſſionem, prout exigunt iura. Dicunt tñ doc. qḋ ſuffi
cit qḋ habeat maiorem partem bonorum. Allegãt de reſti. ſpo. fre
quens. li. vj. Jo. An. de elec. commiſſa. lib. vj. dicit qḋ ſufficit qḋ ha
beat maiorem partem cure ſpiritualium, Sed non eſt verum quo
ad hoc vt vacent priora beneficia: vt no. gl. de prebẽ. ſi tibi cõceſſo.
li. vj. ¶ Quñq nõ habet, nec habere poteſt poſſeſſionẽ propter im⸗
pedimentum iuris concernens perſonam eius: vt quia non poteſt
adminiſtrare propter peccatum occultum: ⁊ perinde eſt, ac ſi admi
niſtraret, vt ſibi imputetur impotentia ex ſuo delicto proueniens.
ff. quod me. cauſa. l. ſi mulier. ¶ † Non obſtat de conceſ. prebend. q2
diuerſitatem. q2 hoc delictum eſt proxima, ⁊ immediata cauſa im⸗
pedimenti: ibi ſecus: vt ibi no. Nam ibi non eſt delictum cauſa im⸗
mediata, ſed ſuſpenſio: ideo impeditur in tranſcurſu temporis: ſed
hic eſt impotentia immediata ex delicto proueniens, que non im⸗
pedit quo minus vacent. Glo. in hac parte ſignat duo contraria.
Primum: de conceſ. preben. quia diuerſitatem. remittit ad ibi no.
Secundo, ⁊ hoc tangitur in ver. in aliis dignitatibus. vltime glo.
huius partis: ⁊ videtur quod nullo expectato tempore ſtatim va⸗
cent priora beneficia, ex quo nactus eſt poſſeſſionem: vt de preben.
de multa. ¶ Sol. Aliud in epiſcopatibus, vt acceptatione epiſco⸗
patus, ⁊ habita poſſeſſione non vacent, niſi lapſum ſit tempus de
conſecrandis, vt hic: aliud in dignitatibus aliis, in quibus eo qḋ
acceptat ſecundam, vacat prima ipſo iure, etiam nullo alio tempo
re expectato. Si primum beneficium non habeat curam animarũ,
ſecundum ſic, dicit gloſſ. quod acceptatione ſecundi vacat primum
de iure, ſed non de facto, ſed ſemper retinet primum: de quo de con
ceſ. preben. literas. ⁊ eo. titu. cum noſtris. Sed hoc non probant il⸗
9 la iura: dic vt ibi. ¶ † Quero quantum eſt hoc temporis de conſe⸗
crandis. Gloſſ. quod videtur eſſe tempus ſex menſium: quia intra
tres menſes a die vacationis debet eligi. ↄ. de elec. ne pro defectu. ⁊
intra tres alios debent conſecrari. 100. diſt. quoniam. Dic quod
tempus de conſecrandis eſt tantum trium menſium poſt confir⸗
mationem. ↄ. eo. ne pro defectu. ⁊ intra tres alios debet conſecrari.
100. di. quoniam quidem. niſi neceſſitas eum impediret petere con
ſecrationem: quia tunc illud tempus ſibi non currit. vt. d. c. quo⸗
niam. alias procedit quod hic. Doc. tenent gloſſ. dicunt tamen ꝙ
quo ad penam illius canonis expectamus ſex menſes: hoc ponas.
10 §. pro ratione ſalutis. quia cadit in eadem gloſſ. ¶ † Quero quare
expectatur conſecratio, vel ꝙ lapſum ſit tempus de conſecrandis,
ad vacationem priorum beneficiorum. Dicit gloſſ. quod ante cõ
ſecrationem non dicitur pleno iure habere eccleſiam, cum adhuc
tempore conſecrationis poſſit excipi contra ipſum: de accu. ſuper
his. vnde aſi conſecrationem non dicitur habere eccleſiam: quia ha
bere, eſt cum effectu habere. ff. de verborum ſignifica. l. nomen filia⸗
rum. §. habere. Unde dicit gloſſ. quod ante conſecrationem non
dicitur maritus eccleſie, quo ad hoc vt renuntiare non poſſit
preter licentiam pape. Aut ergo eſt conſecratus, et lapſum
tempus de conſecrandis: et vacant priora beneficia. Aut non
eſt conſecratus, ⁊ lapſum tempus de conſecrandis: ⁊ vacant, ſi non
ſit impeditus. Aut eſt conſecratus, ſed nõ eſt lapſum tempus de
conſecrandis: ⁊ gl. hic vult qḋ vacent priora beneficia: ⁊ quaſi oẽs
hoc videntur tenere. Hoſt. tenet contrariũ: p eo. xciij. diſt. ſi q epi.
⁊ dicit Hoſt. qḋ nõ fuit ſola cauſa, q2 poſſit per acceptionem repel
li, propter quam beneficia nõ vacent: ſed grauamen expenſarũ, qḋ
tũc ſubiit epũs. Item ſufficit ſic ſcriptum eſſe. Preterea ſufficit ad
habendum totum tp̃s. qḋ ab initio ſic potuit impediri: ar. Inſti.
de aut. tuto. §. ſed neq. q2 ſufficit qḋ hereditas potuerit eſſe dam⸗
noſa, licet ſit lucroſa, vt tutor adire nõ poſſit. Jo. An. dicit ꝙ aut
nondum lapſo tempore quis eſt iam tranſlatus, ⁊ conſecratus: ⁊
11 vacant priora beneficia. † Aut nondum eſt tranſlatus, licet ſit con
ſecratus: ⁊ non vacant. Et ſic concordant opi. ⁊ ſic duo requirunt,
conſecratio, ⁊ tranſlatio: licet ſepe curia ſeruet contrariũ: vt no. vt
12 lite pen. in cle. ſi duobus in gl. ſecus. in ſi. ¶ † Quero an de volun⸗
tate electi poſſint beneficia alteri conferri ante cõſecrationem, vel
lapſum tp̃s de ꝯſecrãdis. Hoſt. dicit qḋ ſic: ſed tutius eſt qḋ prius
expreſſe renuntiet. Dicit tamẽ quod ſi delegatus illa conferret de
volũtate electi, qḋ nõ valeret collatio, eo ꝙ in manibꝰ eius nõ põt
illa renuntiare, niſi ad id datus eſſet: de renun. admonet. Jo. And.
remittit de his que ſi. a ma. parte ca. ex ore. ⁊ de cõceſ. preb. poſt ele
13 ctionem. ¶ † Quid ſi diſpenſatũ eſt cũ electo, ꝙ nõ teneatur intra
certum tempus conſecrari. Dic quod nihilominus poſt tres men
ſes vacabunt beneficia, ſm̃ Inn. ⁊ Hoſt. ⁊ alios: q2 diſpẽſatio odio
ſa eſt, ⁊ reſtringenda: de conſan. ⁊ affi. qḋ dilectio. Et ſic ſufficit qḋ
operetur vt eximat a pena conſecrationis: nõ autem operabitur
vltra, qḋ habeatur pro conſecrato. Et hoc dicit verũ, quando pro
ſuo cõmodo eſt facta diſpenſatio: ſecus ſi princeps proprio motu
ex aliqua cauſa diſpenſauerit pro vtilitate publica: ⁊ prohibuiſſet
vel conceſſiſſet. ff. quod quiſq iuris. l. iij. C. de peti. bo. ſubla. l. j. ⁊. ſi.
14 lib. x. de preb. ſi motu proprio. lib. vj. ¶ † Nõ. hic quod dicitur di⸗
ſpenſationem ſtricti iuris: hoc eſt verum, quando conceſſa eſt ad
petitionẽ impetrantis, ⁊ eſt fundata ſuper vtilitate priuata. Se⸗
cus ſi conceſſa ad vtilitatem publicã, ⁊ proprio motu. Et ſic habes
qḋ motus proprius non ſolũ operatur quo ad tollẽdũ vitium ſur
reptionis, ſed quandoq ampliat vlterius qḋ eſt agẽdũ: q2 facit ꝙ
verba actus conceſſi latius interpretentur. Forte primũ nõ eſt ve
rum. Nam vacant beneficia aut ex conſecratione, aut lapſu tempo
ris de conſecrandis, propter negligentiam, que concluditur pro⸗
pter lapſum. Sed ex quo eſt diſpenſatum, nulla concluditur negli
gẽtia: igitur non obſtat ꝙ diſpenſatio intelligatur ſtricte, nec ex⸗
tendatur: quia id verum, niſi pena conſecutiue ſequatur ex eo, ſu⸗
per quo eſt diſpenſatum. Ad hoc qḋ not. de ſi. preſby. c. j. de reſcri⸗
ptis. ſtatutum. §. cum autem. li. vj. vbi ſi eſt diſpenſatum, vt ſit ca⸗
nonicus, poterit eſſe legatus. Ad hoc de preben. quia in tantũ. vbi
eſt diſpenſatum ꝙ habeat duos canonicatus, videtur diſpenſatũ
ꝙ habeat duas voces. De hoc, an ius diſpenſatiuum extendatur
ad ea, que dixi de iudi. in. c. at ſi clerici. ¶ Quero qḋ ſi ante lapſum
temporis de conſecrandis potuit conſecrari, ⁊ fuit in negligentia,
quo minus conſecraretur. Dicit Inno. ꝙ etiam prius poterunt
conferri beneficia. Similiter dicit ꝙ ſi propter impotentiaꝫ ſit im
peditus quo minus conſecretur intra tres menſes, ex infirmitate,
vel alia iuſta cauſa, quod tunc poſt non vacabunt beneficia. Hoc
vltimum eſt verum. Primum non placet ſibi: quia hoc beneficiuꝫ
iuris, vt expectetur tempus de conſecrandis, ſibi non auferenduꝫ
eſt. Et hoc idem Compo. q2 conſtitutio penalis eſt reſtringenda.
qḋ putat Jo. An. quod plus eſt, etiam ſi tantum de tempore foret
lapſum, quod veriſimiliter non poſſet intra tempus expediri: ⁊ cer
tum etiam quod hoc ſit verum: de elec. commiſſa. li. vj.

1 ☞ Animarum curam annexam tres dignitates habent.
2 Beneficia habentia preſbyteratum annexum.
3 Curatus debet eſſe idoneus ſcientia ⁊ moribus.
4 Beneficio inhabilis ratione ordinis quis dicatur.
5 Beneficia que requirant in promouendo ordinem precedere.
6 Beneficiatus ſi non ordinetur an priuatus ſit ipſo iure beneficio.
7 Beneficium omne tempore debito, poteſt appellari officium.
8 Appellatio contra ius non valet.
9 Pena quando ipſo iure imponatur, ⁊ quando non.
Beneficiatus non priuatur beneficio, niſi monitus.
Monitio iudicis ad priuationis actum debet ſolenniter fieri.
10 Ordinari nullus compellitur, qui non habet beneficium. 11.
12 Archidiaconus non habet principalem animarum curam.
13 Beneficia curata ſi quis duo teneat, vacat primum.
14 Excommunicare poteſt, qui habet animarum curam.
15 Excommunicare cum ſolennitate ſpectat ad epiſcopum.
16 Promoueri quando quis poſſit. 19.

17 Beneficia abſq; cura quis tenere poſſit.
18 Preſbyter non poteſt quis effici ante annum trigeſimum.
20 Extenſio quando permittatur.
21 Ordinari quando debeat beneficiatus, ſeu alter ordinandus.

§. **Inferiora.** ¶ Nota primo quod ſicut eſt dare dignitatem decanalem, ita eſt dare archi-
1 diaconalem: ⁊ econuerſo. † Et nota hic tres dignitates, ⁊ beneficia
que habent animarum curam annexam, ſcilicet decanalis digni-
tas, ⁊ archidiaconalis, ⁊ etiam parochialis eccleſia. ¶ Nota ter-
tio etatem habilem ad dignitatem curatam, ⁊ parochialem eccle-
ſiam: quia eius etas eſt vigintiquinq; anni. Quod etiam procedit
in religioſis, quibus conferuntur prioratus conuentuales. In nõ
conuentualibus non curatis, an ſufficit quod peregerint vigeſi-
2 mum, de quo de ſta.mo.ne in agro.§.ceterum.in cle. ¶ † Nota quar
to circa beneficia, que de iure habent annexum ordinem preſbyte-
ratus. Et nota quod omne beneficium curatum habet ordinem
3 annexum. ¶ † Nota quod promouendus ad dignitatem curatam
vel beneficium curatum, vltra etatem debet eſſe idoneus ſcientia, ⁊
4 moribus. ¶ † Per hoc dicunt quidam, quod licet eccleſia, vel bene-
ficium habeat annexum ordinem de iure, niſi aliud diſponatur,
quis habilis cenſetur ad beneficium, licet ſecundum illud tempus
non habeat ordinem, dummodo intra tempus poſſit ordines aſſu
mere, etiam poſt ſuſceptum beneficium. Ad hoc de inſtit.c.j.lib.vj.
de preben.ſi pro clericis pauperibus. de quo in.c.preterea.de eta.⁊
quali. Secus ſi inhabilitate ſcientie, vt dixi: quia ille exigitur vt cõ
temporaneus ſecundum tempus beneficij. Unde nõ ſufficit quod
poſſit habilitari. Ita eſt in etate in minoribus, ⁊ ſimilibus, q: non
ſufficit diſpoſitio, niſi aſſit actualiter qualitas. Uel ſecundum an-
5 tiquam lec. ¶ † Nota quod beneficia habentia ordinem annexum,
regulariter non requirunt in promouendo ordinem precedere, vel
cum promotione contemporaneum eſſe, ſed ſufficit habilitatẽ per-
ſone ſubeſſe ad promouendum aſſumpto beneficio. Ad hoc de in-
6 ſti.c.j.li.vj. ¶ † Nota ſexto quod licet in beneficijs habentibus an-
nexum ordinem quis intra tempus ſtatutum ſe non faciat promo
ueri, per hoc non eſt ſecundum hec tempora priuatus ipſo iure be
neficij, ſed eſt tantum modo priuãdus: ⁊ ſic defectus requiſiti poſt
aſſumptum beneficium non annullant ipſo iure aſſumptionẽ, ſed
demum per ſententiam. ⁊ bene. Nam hodie ipſo iure priuatur in ec
cleſia parochiali non collegiata: in alijs autem remanet diſpoſitio
7 iuris antiqui, iuxta no.eo.tit.lib.vj.licet canon. ¶ † Nota ſeptimo
quod omne beneficium lato ſumpto vocabulo, poteſt appellari of-
8 ficium. ¶ † Nota octauo quod non valet appellatio contra ius: ⁊
ſic notorium diſpoſitionis repellit appellationem. de qua in mate
9 ria notorij dixi. ¶ † Nota quod vbi pena venit ex non facto cõmit
tenda, ⁊ pena non imponitur ipſo iure, ſed venit imponẽda ab ho-
mine, ante priuationem non ſufficit lapſus temporis, ſed expecta-
tur etiam iudicis monitio. De hoc per doc. de preben. extirpande.
Et hic eſt caſus pro dictis eorum. Euentus ergo dici non facit qđ
pena poſſit ab homine imponi, ſed exigitur ꝙ precedat hominis
monitio. Circa hanc partem oppo. quod non ſit neceſſaria moni-
tio, quo ad hoc vt priuetur iure queſito. 100.di.c.j. So. In epiſco-
po non exigitur monitio, vt ibi: in inferioribus dignitatibus ne-
ceſſaria eſt monitio, vt hic: ⁊ ſententia monitionis, tamẽ ſine iuris
ſolennitate. de eta.⁊ qua.queris. de conceſ.preben.cum noſtris. Et
hoc ideo, quia non poſſunt eſſe non notoria. de tranſla.prela.quan-
to. Ideo non eſt iuris ordo ſeruandus.ij.q.j.de manifeſta. Innoc.
notat hic duo. Primum, quod in notorijs monitio non exigit ſo-
lennitatem, ſicut nec citatio. Dixi vobis in materia notorij. Secũ-
do, quod ſicut tranſitus epiſcopi preſumitur notorius, ita ⁊ tranſi
tus ad aliquam dignitatem preſumitur. Extenditur ergo illud.c.
quanto. quod notabile eſt: hodie in parochiali eccleſia ſeruatur de
elec.licet canon.li.vj. vbi priuatur ipſo iure intra annum, ſi non fa-
ciat ſe promoueri, niſi eccleſia ſit collegiata.c.ſi.ſtatutum. libro.vj.
10 ¶ † Oppon. quod quis non compellitur neceſſario ad ſuſcipien-
11 dum ordinem.liiij.diſt.conſuluit. † So. Aut nullum ſuſcepit bene-
ficium, cuius virtute compellatur: ⁊ non compellitur, vt ibi. Aut
ſuſcepit beneficium: ⁊ tunc ſi habet annexum ordinem, tenetur ſuſ-
cipere ordinem: ſi non habet annexum ordinem, non compellitur,
niſi in ſubſidium, vbi deficiunt clerici: vt.j.de eta.⁊ qua.queris. Et
de hac materia vide plene de elec.licet canon.li.vj.in gl.tamen plu
12 ra quam ſoleo hic recitare, ſed ſufficit ibi remiſſio. ¶ † Opp. quod
non habeat archidiaconus curam.xvj.q.vij.nullus.j.de offic.ar-
chi.cum ſacris. So. Archidiaconus habet curam, ſed non princi-
palem: habet ſub epiſcopo, vel habet eam quo ad parochiam ſuã,
ſi aliquam diſtinguit: alias diſtinguit non quo ad totam dioce-
13 ſim. † Per hoc infert gloſſ. plura. Primum, quod ſi archidiaco-
nus acceptat ſecundum beneficium curatum, primum vacat: ar-
gumen. de prebend. de multa. ⁊ hodie in extrauaganti execrabilis.
in ſi.cle. Per hoc infertur ſecundo quod archidiaconus poteſt
14 excommunicare. ¶ † Nota gloſſ. quia habet curam: ideo poteſt
excommunicare: omnis igitur habens curam poteſt excommuni-
care. Nec obſtat.xvj.queſtio.ij.viſis. quia fatendum quod non po-
teſt excommunicare cum ſolennitate, de qua.xj.queſtio.iij.cum ali
quis. ſed abſq; illa ſolennitate ſic: ⁊ hoc eſt verum. Ad hoc infra.de
offic.ordinari.ſi ſacerdos.⁊.c.cum ab eccleſiarum. ⁊ vide quod ibi
no.ad hoc de appella. Romana. de ſenten.excommuni.venerabili-
16 bus.libro ſexto. ¶ † Oppo. quod ante.xxv.annum poſſit promo-
ueri. de eta.⁊ qualita.preterea. Solu. diſpenſatiue poteſt, vt ibi: de
quo dicetur.j.eodem.cum dilecti.no.de iure, vt hic: ⁊ not.in.c.vno.
de eta.⁊ qua.libro ſexto. ¶ Si dubitatur de etate, probabit cuius
17 eſt intentio.⁊ no.de probatio.in preſentia. † Hodie diſpenſant epi-
ſcopi cum his, qui compleuerunt.xx.annum in dignitate, ⁊ perſo-
18 natu abſq; cura: de eta.⁊ qualita.libro ſexto.c.ſ. ¶ † Oppo. quod
non poſſet quis promoueri infra.xxv.annum ad decanatum: quia
non poteſt promoueri ad preſbyteratum ante.xxx.annum, vt pa-
tet.lxxviij.diſt.ſi triginta.⁊.c.preſbyter Dicit gloſſ. quod illud ca-
19 pitulum hodie eſt correctum per hanc decre. † Hoſtien. dicit quod
hic promoueri poteſt in.xxv.anno.⁊ quanquam non poſſit preſby
terari, niſi in.xxx.anno, diſpenſabitur vt ante promoueatur: vnde
aliter non poterit ordinari, niſi diſpenſetur. Innocẽ. videtur velle
quod promoueri poterit in.xxv.⁊ poterit etiam ordinari: quia iſta
ordinatio ſit ex neceſſitate. Et.c.contrarium loquitur de ordina-
tione, que non impelletur aliqua neceſſitate: quo caſu expectentur.
xxx. alias abſurdum eſſet quod beneficium tanto tempore careret
adminiſtratore. Sed tene hic quod dicit Ioan. An. de eta.⁊ quali.
in cle.generalem. quia vbicũq; duo ſic ſe habent annexe quod vnũ
venit conſecutiue ad alterum, immutatio facta in vno extenditur
ad reliquum, quantũcunq; materia ſit ſtricta. ¶ Nam hic eſt con-
nexa quod beneficium decanatus exigit ordinem preſbyteratus,
ſtatuto hoc quod poſſit quis in.xxv.promoueri, videtur ſtatutum
quod talis poſſit ad ordines in.xxv.promoueri.⁊ ſic corrigit ius
20 antiquum ex vi connexitatis, ⁊ conſequentie neceſſarie. † Hodie
autem ſerua cle.generalẽ quo ad tempus conſecrationis. ¶ Que-
ro ad declarationẽ litere, que dicit quod prefixo a canonibus de-
bet ordinari: de quo tempore loquatur. Dic quod de tempore, de
quo.lxxviij.diſtin.quaſi per totum.j.de tempo.ordi.c.ij.⁊.iij. Quia
poſt conſecrationem debẽt ordinari in proximis quatuor tempo-
ribus, vel ſaltem vſq; ad ſex menſes: nec credit gloſſ. quod loqua-
tur de canonibus.lxxviij.diſtinc. quicunq;. vbi poſt diaconatum
expectatur quinquennium ad ſacerdotium recipiendum. Dic qđ
in proximis debet fieri, vt eſt caſus hodie de preben.ſi pro paupe-
ribus in eccleſia parochiali non collegiata, ſerua de elect.licet ca-
non.li.vj. vbi eſt plena gloſſ. de hac materia.

1 ☞ Conſtitutio antiqui iuris declaratoria an trahatur ad pre-
terita.
2 Beneficio non priuatur impeditus promoueri.
3 Promotus dicitur electus, et confirmatus, licet non habeat or-
dinem.
4 Promotus quando priuatur beneficio, impeditus promo-
ueri.
5 Eligentes indignum, priuantur poteſtate eligendi.
6 Eligendi poteſtate an priuetur ſuſpenſus.
7 Sententia ſuſpenſionis quibus verbis promulgetur.
8 Beneficium conferens indigno priuatur poteſtate conferendi.nu-
me.12.
9 Beneficij collatio quando deuoluatur ad capitulum.11.
10 Eligendi poteſtas quando deuoluatur ad ſuperiorem.
13 Eligentes indignum quando priuentur eligendi poteſtate.
14 Eligentium indignum pena an procedat in cardinalibus.nu-
me.16.
15 Eligentes indignum, per quem actum puniuntur.

1 §. **Hic ſane.** ¶ † Nota quod conſtitutio antiqui iuris, declaratoria trahitur ad preterita, quando
expreſſe trahitur, vel ſi pars facti, cui dat formam, pendet de futu-
2 ro, alias non. ¶ † Nota ſecundo quod impeditus ad promouen-
dum non compellitur vt promoueatur, nec priuatur beneficio, ſi
3 propter impedimentum deſiſtit quo minus promoueatur. † Et
nota quod promotus dicitur electus, ⁊ confirmatus, licet nondum
habeat ordinem requiſitum, non tamen dicitur plene promotus,
4 vt dixit gloſſ. ſupra circa princip. ¶ † Opponi. quod impeditus
quo minus promoueatur, priuetur beneficio. de eta.⁊ qualita. vt
abbas. Solu. Quando preter culpam non poteſt promoueri, non
priuatur, vt hic: ſi propter culpa non poteſt promoueri, priuatur,
vt ibi. De hoc vide gloſſ. pleniſſimam de elect.licet canon.in gloſſ.
penulti.libro ſexto.non inſiſto. Hec eſt ſatis ſufficiens ſolutio.
5 ¶ † Uenio ad verb.clerici. Nota primo penam eligentis ſcienter
indignum moribus, etate et ordinibus: quia tales eligentes pri-
uantur

nanť poteſtate eligendi.Et nota qđ dicit Tūc, qualiter intelligať
6 illud Tunc,declaratur.ĩ.eod.cum Vintoñ.¶ †Item ſi ſuſpenſi
ſunt ab eccleſiaſticis beneficijs,⁊ ſic apparet ꝙ per ſolam ſuſpen-
ſionem a beneficijs nđ excluditur quis a poteſtate eligendi: alias
ſuperflua foret illa pena:niſi diceres quod eſt in longius tempus.
7 ¶†No.quod per hec verba,Noueris te ſuſpenſum:promulgatur
ſententia ſuſpenſionis.de excommunicatione,de appel. preterea.
8 ¶†No.quarto ꝙ illa eadem pena, que habet locum in epiſcopo
conferente beneficium indigno,habet locum in conſentiente con-
9 ferri:quia perdit poteſtatem dicta beneficia conferendi.¶†Not.
quinto ꝙ ex poteſtate conferendi ad epiſcopum ſpectante in caſu,
quo peccat,ſcienter indignum eligendo, poteſtas deuoluitur ad
capitulum:⁊ capitulo negligente deuoluitur ad archiepiſcopum:
⁊ ſic capitulum in conferendo ſupplet delictum epiſcopi,⁊ archie
piſcopus ſupet negligentiam vtriuſqꝫ.Et ſic epiſcopus non ſup-
plet negligētiam capituli in poteſtate propter ſui delictum ad ca-
10 pitulum deuoluta.†Et not.quod deuoluta poteſtate ad capitulū,
dummodo a prouidendo ceſſent propter diſcordiam in eligendo,
deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem ⁊ ſic diſcordia in concordando
de eligendo non excludit negligentiam in deuoluenda poteſtate.
11 ¶†Quero ad litere intellectum,quando de epiſcopo deuoluatur
poteſtas ad capitulum,id eſt,inquantum dicit poteſtatem deuol-
ui de epiſcopo ad capitulum.Hic Inn.dicit quod quandoqꝫ pote
ſtas eligendi ſpectat ad epiſcopum,ſeu totaliter prouidendi:quan
doqꝫ ad capitulum ſpectat:quādoqꝫ ſpectat ad eos ſimul electio,
ſed confirmatio tantum ad epiſcopum:quandoqꝫ ſpectat electio
ad inferiorem eccleſiam,confirmatio ad epiſcopum.Si totalis pro
uiſio ſpectat ad epiſcopum,aut iure deuoluto,vt quia inferior ec-
cleſia eligit indignum,vel negligit eligere,⁊ deuoluta eſt poteſtas
ad epiſcopum,⁊ ipſe confert etiam indigno:⁊ tunc non deuoluitur
ad capitulum,ſed deuoluitur ad proximum ſuperiorem.ĩ.eo.ne ꝓ
defectu.Quandoqꝫ ad ipſum ſpectat iure proprio ⁊ tunc deuolui-
tur ad capitulum:⁊ tunc dicit Inno.quod capitulum vnico actu
prouidebit:⁊ eo prouiſo,habebitur pro confirmato,ſicut ſi epiſco-
pus prouidiſſet.Et aſſignat cauſam:quia in ſpectantibus de de-
uoluto iure nulla eſt connexitas vel coniunctio inter epiſcopum,⁊
capitulum,cum accidentaliter ſpectent ad epiſcopum:ſed magna
eſt connexitas, ⁊ coniunctio in ſpectantibus ad epiſcopum pote-
ſtate ordinaria.Allegat de teſta.requiſiſti.quod no.Simile not.ĩ.
de fo.compe.verum hoc non credo,per ea,que ſcribit Ioā. Andr.
de elect.quamquam.libro ſexto.vbi dicit quod licet poteſtas confe
rendi,que ſpectat ad epiſcopum iure proprio,non deuoluatur in
capitulum vacante ſede,deuoluitur tamen illa,que ſpectat ad eum
iure deuoluto: quia illa eſt iuriſdictionalis propria poteſtas in
quo communionem habet capitulum,⁊ in illa ſuccedit. Non enim
hanc poteſtatem ſupplendi habet ex iure accidentali,ſed ex iuriſ-
dictionali.Vel dicas quod aliud eſt,quando ſit deuolutio ad capi-
tulum propter vacationem:quia illa ſit ex ſola iuriſdictione, ⁊ ca-
pitulum ſuccedit in iuriſdictione.Sed illa,que ſit propter delictū,
ſit propter accidens delicti commiſſum in accidentalem poteſta-
tem.¶Quandoqꝫ poteſtas eligendi ſimul ſpectat ad capitulū et
epiſcopum:⁊ tunc aut epiſcopus intereſt in capitulo vt prelatus,⁊
ibi habet vocem,⁊ delinquunt omnes:⁊ forte quod poterit epiſco-
pus ſupplere,⁊ ad eum deuoluitur poteſtas: quia vt alius modo
ſupplet.de conceſ.preben.poſtulaſti.Quandoqꝫ interfuit vt cano-
nicus,⁊ ſolus ſciuit.Hic Inno.velle videtur quod perdat ⁊ pote-
ſtatem confirmādi,⁊ poteſtatem eligendi,⁊ quod illa confundatur
in capitulum.Non video quod per hoc perdat poteſtatem, in qua
non deliquit,niſi ⁊ confirmauit ſcienter,ſed perdet poteſtatem eli-
gendi, poterit tamen confirmare. ¶Quandoqꝫ in illa interfuit
vt prelatus,quia ambo conferebant: ⁊ tunc ſi vterque peccat, de-
uoluitur ad archiepiſcopum.Si peccat epiſcopus, conſolidatur
in capitulum,⁊ ſolum capitulum prouidet.Si peccat capitulū, po
teſtas deuoluitur ad epiſcopum.Quandoqꝫ poteſtas eligendi ſpe
ctat ad inferiorem eccleſiam,confirmatio ad epiſcopum:⁊ tunc aut
eligunt ignoranter,⁊ redit poteſtas ad primum:vt in.c.innotuit.
Aut ſoli inferiores ſcienter eligunt inhabilem,⁊ epiſcopus igno-
ranter confirmat,⁊ caſſata confirmatione poteſtas deuoluitur ad
epiſcopū,qui intra ſex menſes habet eligere,ſicut is,ad quem de-
uoluitur poteſtas propter negligentiam, computandos tamen a
tempore ſcientie.Et remittit ad not.de exceſ.prela.inter dilectos.
Aut inferiores ſcienter eligunt indignum,⁊ epiſcopus ſcienter cō
firmauit.Et dicit hic Inno.primo quod poteſtas deuoluitur ad
epiſcopum:poſtea ab hoc recedit,⁊ dicit ꝙ deuoluetur ad proxi-
mum ſuperiorem.ſ.ad archiepiſcopum.Et intelligit hanc decret.
quando epiſcopus intereſt electioni vt canonicus conſentiēdo ele
ctionem fieri vt de indigno:q̃ tunc ius deuoluitur ad capitulum:
argu.ĩ.de conceſ.preben.poſtulaſtis.¶Hoſtien.dicit quod deuol-
uetur ad capitulum.⁊ ſic intelligit decre.¶Panetus eſt dubius:
quia ſi attendimus poteſtatem eligendi inferiorum,hic deuolui nō
debet:quia hoc non apparet iure cautum.Si attendimus poteſta
tem conferendi,alias confirmandi,illa debet deuolui ad capitulū.
Sed videtur quod cum hec concurrant,⁊ ſuperior,⁊ inferior,quod
maior poteſtas attrahat ad ſe inferiorem:arg.de offi.deleg. ſuper
queſtionum.§.ſi vero.¶Tenet ꝙ ſuppleat capitulū,per hanc de-
cre.que hoc expreſſe dicit:nec aliter pōt cōmode exēplificari.Atta
mē capitulū ſuppleat in eo,qđ eſt plus.ſ.in confirmatione illa at-
trahit ad ſe ius electionis,qđ reperitur ſecum vnitum.Item quia
cū epūs non poſſit ſupplere in delicto inferioris,ex quo ipſe deligt,
cum capitulum ſuppleat in delicto epi,ſupplebit in delicto inferio
rum,ex quo ſupplet delictum ſuperioris inferiorem habentis ſub-
iectum.¶Opp.quod propter culpam epi non deuoluatur pote-
ſtas nec ad capitulū,nec ad archiepm.de conceſ.prebē.q̃ diuerſita
tē.de ſup.neg.prela.Romana.li.vj.So.Qñqꝫ propter culpam epi,
vel delictum,aut negligentiam eſt priuatus poteſtate eligendi: et
tunc deuoluitur ad capitulū,vel proximū ſuperiorem:vt hic, ⁊ de
conceſ.preben.c.ij.¶Qñqꝫ vero non eſt priuatus ipſo iure pote-
ſtate eligendi,licet propter aliquod impedimentum, aut culpam,
non poſſit interim eligere:⁊ ſic ſolum eſt ſuſpenſa poteſtas,aut po
teſtatis exercitium:⁊ tunc non deuoluit ad capitulum:ſic loquitur
12 contrarium,¶†Quero,durante triennio,quo ſuſpenſi ſunt illi,
a beneficijs,quia elegerunt indignum:iterato ſecundo elegerunt
indignum,debēt priuari triennio:quero an hec ſecunda priuatio
referatur ad tēpus triennij poſt finitum primum triennium, aut
pena pro rata tēporis ſtatim computetur,⁊ vna pena in alteram
confundatur.Similiter eſt queſtio in cle.ij.de magiſtris.in gl.q̃ ⁊
ſimiliter Legiſte diſputant in terminis iſtis:Statutū per quin-
quēniū priuat hoſpitia vicinie,in qua fuit offenſus ſcholaris, ſed
nđ fuit captus offenſor:pendente prima priuatione,alś offenſione
iterato eſt offenſus ſcholaris alius,nec capitur malefactor:queri-
tur an ſecundū quinquēnium ſtatim incipiat,an finito primo qn-
quennio.Io.An.hic latiſſime diſputat,⁊ allegat pro ⁊ cōtra. Du-
bium queſtionis eſt,q̃ ius ſtatuēs de ſuſpenſionibus cogitauit pe
nā integram imponi ꝓ quolibet delicto.Si ergo triēnium,vel qn-
quennium computaretur tempore primi,iam pro ſecundo delicto
hic non haberet penam integram.Dic,qñqꝫ pena iſta ſuſpēſionis
imponitur nđ ex proprio delicto,ſed ex quadam preſumpta negli-
gentia,aut ficta:⁊ tunc pena ſecunde culpe,ex quo cōcurrit cū pri-
ma,in illa conſumitur:q̃ pena hec reſtringēda eſt inquātū poteſt.
Qñqꝫ pena reperitur impoſita merito,⁊ ex ꝓpria culpa,⁊ delicto:
⁊ quidam dicebant ꝙ cū iſta ſit merita pena,ne delictū remaneat
impunitum,ſecundū tp̄s nđ cōputabitur tp̄s primi,ſed poſt fini-
tum primū:alś ſi tp̄s primū cōputaretur,cū illud ſufficiat ſolū ꝓ
prima culpa,iam ſecundū remaneret impunitum.Ioan.And.eli-
git quod ſemper ſiat cōputatio tp̄e primi,ꝓ regulā,in penis de re.
iur.lib.vj.Allegat.ff.ad Tertul.l.in Senatus.vbi eſt caſus. ff.ad
leg.Aqui.ita vulneratus.ff.de penis.aut damna.§.inter eos.ff.de
in ius voc.l.pe.ff.ex qui.cau.ma.l.necnō.§.ſi quis ſepius. ¶Non
obſtat ſi dicatur,Hec ſecunda pena nihil operabitur:dic qđ imo:
q̃ ſi ponať qđ ſit abſolutus a prima,remanebit qđ ſit ſuſpēſa ſecū-
da:ſic in excōmunicatione,de Iudic.ita quorundam.iij.q.iiij. En-
13 geltrudā.de ſen.excom.cū pro cauſa.¶†Qũo priuanť ptāte eligē
di eligētes indignū,quero ꝓ quibus indignitatibus in electo pri-
uentur.Dicunt doc.hic,ꝙ de indignitatibus circa ſcientiam,cir-
ca etatem,circa illegitimitatem,circa indignitatē male vite,⁊ ma-
lorū morum,per q̃ videť ꝙ hec pena nđ habeat locū in alijs indi-
gnitatibus,de quibus no.ĩ.c.bone.c.innotuit.⁊ plene per Io.and.
in regula,odia.de regulis iuris.li.vj.vbi determinat quod hec pe-
14 na extendatur ad alias indignitates. ¶†Quid in cardinalibus
eligentibus ſcienter indignum,an habeat locum hec pena.Dicūt
15 doc.quod non.lxxix.diſt.vbi de hoc. ¶†Quero per quem actum
punientur:Dicunt doc.ꝙ per actum electionis, vt hic patet ibi:
eliguntur.per quod patet qđ ſi conſenſerit in ſcrutinio,niſi ex alijs
conſenſibus ſequatur electio,non cadunt in penam ad hoc.ĩ.eo.ꝑ-
16 petue.lib.vj.†Habet locum hec pena etiam in eo,qui eligit ex com
promiſſo.⁊ no.Hoſt.ĩ.c.proximo.⁊ patet.ĩ.eo.ſi compromiſſarius.
§.porro.li.vj.¶Queritur an diſpoſitio cap.habeat locum quo ad
ſuſpenſionem in oībus dignitatibus,ſeu beneficijs,de quibus ſu-
pra.Dic quod non:ſed habet locum ſolum in dignitatibus epali-
bus vel ſuperioribus:⁊ tūc nđ habet locum in beneficijs,que quis
obtinet in alia eccleſia:in.c.compromiſſarius.eo.tit.lib.vj.

1 ☞ Electū tenetur compromittens recipere a compromiſſario.
2 Compromiſſum de eligendo,qualiter intelligatur.
Mandatum generale de prouidendo quid includat.
3 Compromiſſum cui fieri poteſt in electionibus.
4 Prouidere verbum quid importet.
5 Compromittere poſſunt femine in actu electionis in maſculum.
6 Monialis,⁊ ſoror idem ſunt.
7 Epiſcopus non dicitur de collegio eccleſiarum inferiorum.

8 Compromiſſarius eſt, qui nomine compromittentium eligit.
9 Compromiſſo facto in ordinariũ an poſſit vnico actu prouidere.
1 CAuſam. ¶ † Compromittentes tenentur reci-pere electum a compromiſſario, dum
modo ſit idoneus. h. d. Non diuiditur. ¶ † Nota pri-
2 mo ꝙ in cõpromiſſo de prouidẽdo alicui de beneficio,
vel eligendo aliquem collato in poteſtate alterius, intelligitur cõ-
ditio, ſi eſt idoneus: ⁊ ſic in mandato generali de prouidendo non
includitur vt prouideri poſſit de non idonea perſona. Concordat
3 de elec. ſi cõpromiſſarius. libro. vi. ¶ † Nota ſecundo ꝙ in perſonã
de extra collegium in electionibus fieri poteſt compromiſſum.
4 ¶ † Nota de ſignificato verbi Prouiſionis: vt ſi ſtetur prouiſioni
alicuius, intelligitur ſi legitime prouideat. Facit ſi compromitta-
tur in arbitris, ⁊ promittitur ſtari ſue prouiſioni: quod intelliga-
5 tur, dum tamen legitime prouideat. ¶ † Quarto nota ꝙ femine
6 poſſunt in actu electionis compromittere in maſculum. ¶ † Nota
contra vulgum, qui diſtinguit ſororem a monialibus. Ad hoc de
reſcriptis. c. cum dilecta. ¶ Gl. i. ibi ponit cum vacat eccleſia: alias
7 non. de conceſ. preb. conſtitutis. facit. viij. queſtio. i. c. ij. in fi. ¶ † No
tat glo. quod epiſcopus non dicitur de collegio eccleſiarum infe-
riorum. Item puto quod diſtinguet epiſcopus actus: quia cõpro-
miſſario nomine eliget, poſtea iure proprio confirmabit: quia for-
ma. c. quia propter. debet ſeruari: ⁊ per hoc forma. c. ſi. ꝟ. eo. libro. vi.
debet ſeruari: alias ſi forma illa. c. quia propter. nõ eſſet neceſſaria,
tunc vnico actu poſſet ille, qui alias habuiſſet confirmare ex iuriſ-
dictione ordinaria, poteſt totum expedire. Facit. ꝟ. c. cum Vintoñ.
8 ⁊. c. cum inter alia. ¶ † Glo. iij. in fi. quaſi hic non ſit arbiter, ſed p-
curator quidam compromiſſarius. Quod patet: qꝛ nomine cõpro-
mittentium eligit: nec poſſit hic reſilire in ſoluendo penam: qđ fie-
ret in arbitrio non emologato. Unde aduerte, ſi ponderas, hic lo-
quitur de arbitro compromiſſario, qui potius accedat procurato-
ri: non autem iudice, vel amicabili compoſitori: de quibus in. §. iu-
dicibus. ij. q. vi. c. expoſita. ꝟ. de arbi. Unde ſufficit hic obſeruari for
mam mandati, dummodo ſit idonee factꝫ, ſicut ⁊ dꝫ facere princi
palis compromittens. ¶ Ad contraria, in genere dic multa ſuſtẽ
tantur, que fieri non debent: vt in. c. cum iam dudum. de prebend. ⁊
in. c. que contra ius. de regu. iur. ⁊ dixi in. c. i. de conſti. Eadem glo.
idonea. ibi: tunc non valet. Dic quod imo regulariter ſententia ar
bitratorum eſt aliqua: ſed poteſt peti reductio ad arbitrium boni
viri, ſi ſit iniquum. ff. de operis lib. ſi libertus. niſi error eſſet expreſ
ſus in ſententia: quia tunc ipſo iure eſſet nulla: vel niſi eſſemus in
materia, in qua eſſet prouiſum quod ipſo iure eſſet nulla, vt eſt in
materia electionis, vt patet. ꝟ. eod. ſi compromiſſarius. libro ſexto.
Quod autem dicit glo. arbitri compromiſſarij ſententie ſtari, etiã
ſi ſit iniqua: eſt verum, niſi contineat euidenter iniquitatem: quia
tunc ſaltim de iure canonico poteſt retractari: vt nota. Hoſtien. et
hoc. ꝟ. de arbitris. per tuas. ⁊ tetigi in. c. i. de conſti. ⁊ de iureiuran.
Quintauallis. vbi determinat quod ſi compromiſſarius eligit in-
dignum, amplius non poteſt eligere. Idem ſi electus renuat con-
ſentire: de quo in gloſſ. ibi ſuper verbo. Approbatur conſentire:
que incipit. Approbantur: in fin. gloſſ. fin. dic hodie vt in. c. ſi com-
promiſſarius. de elec. libro. vi. ¶ Non obſtant contraria: quia ibi
ius optandi, ſeu eligendi competit ex iure proprio, et radicato in
perſona ſua: hoc competit ex iure alieno. An in alienum epiſcopũ
poſſit compromitti: dic quod ſic, licet proprius tantum debeat cõ-
9 firmare. ¶ † Quid ſi compromittatur in ordinarium, ad quem
alias ſpectet confirmatio: an poterit vnico actu prouidere eligen-
do, ⁊ confirmando? Dicit hic Ioan. Andr. quod olim forte pote-
rat: ſed quia hodie inter electionem ⁊ confirmationem debet eſſe
medium, ⁊ citatio. eod. ti. c. ſi. libro ſexto. Tu dic quod nec olim, nec
hodie: quia licet ius eligendi ⁊ confirmandi concurrant in eadem
perſona, iſti tamen actus fiunt iure diuerſo, ⁊ diuerſis nominibus:
quia alieno nomine eligitur: ⁊ ſit ſua confirmatio: de quo. ꝟ. c. cum
inter canonicos. quod nota Ratio decre. quia non preſumitur co-
gitaſſe de indigno: ⁊ verba ciuili modo ſunt intelligenda. ff. de ſer-
ui. l. ſi cui. Et in hac idoneitate venit quod ſit maior. xxv. annis. ꝟ.
eod. indemnitatibus. in prin.

1 ☞ Electus epiſcopus non confirmatus beneficia non confert.
2 Conferendi bona epiſcopatus dependet a confirmatione.
3 Conferendi poteſtas non eſt proprie iuriſdictionalis. ſeu admini-
ſtrandi.
4 Adminiſtrandi poteſtas eccleſie dependet a confirmatione.
5 Contra factum illegitime poteſt quis venire.
6 Nullitatem actus a ſe geſti quando poſſit quis allegare.
7 Actus de ſe nullus non poteſt validari.
8 Matrimonium dicitur contrahere epiſcopus cum ſua eccleſia.
9 Sententia diffinitiua an poſſit reuocari per papam.
10 Sententiam ratione iniquitatis an poſſit reuocare executor.
11 Reuocare an quis poſſit factum ſuum inualidum omni iure.
12 Societas per que poſſit diſſolui.
13 Alienata eccleſie bona per epiſcopum an poſſint reuocari.
14 Epiſcopus veniens contra factum ſuum allegat turpitudinem
ſuam.

1 NOſti. ¶ † Electus ante confirmationem benefi-cia conferre, vel adminiſtrare non poteſt.
2 Primo ponit ius, ex quo Secundo concludit ad fa-
ctum. ¶ † Nota primo ꝙ poteſtas conferendi, vel alia
bona eccleſiaſtica adminiſtrãdi, cõfertur in cõfirmatione electi. Et
ſic patet ꝙ poteſtas adminiſtrandi, ⁊ generaliter bona epãtus ad-
miniſtrandi, dependet a cõfirmatione. Ex quo infertur ꝙ electus
3 nondũ cõfirmatus talia exercere nõ poteſt. ¶ † Nota ſecundo qđ
poteſtas conferẽdi non eſt ptãs iuriſdictionalis, nec proprie ordi-
nis, ſed eſt quedam facultas, ſeu ptãs depẽdens a ptãte diſponen-
4 di, ſeu adminiſtrandi: vt ptꝫ ex alia implicatione allegata. ¶ † No
ta tertio ꝙ ptãs adminiſtrandi eccleſie dependet a confirmatione.
5 ¶ † Nota quarto ꝙ contra illegitime factum a ſe põt quis venire.
poſtulationis, ⁊ nominationis, q; poteſtas hec reſtringatur ſolũ
ad nominationem: hic modus, ⁊ hec conſuetudo damnabilis eſt, ⁊
maxime quando electio nominatorum dependet a poteſtate laici,
⁊ quando a ſuperiore dependet poteſtas non eligere alterum no
minatorum, ſed vtrunq; repellere: quod bene not. Statuta ergo ſi
fierent in eccleſia, qđ non poſſet eccleſie prouideri, niſi per viã no
3 minationis, aut poſtulationis, non valent. ❡ † Not. ſecundo qđ de
iure poteſtas eligendi eſt, ⁊ debet eſſe libera in perſonã conuentus
vel collegij, de cuius electione prelati agitur. Et not. quod nõ va
let conſuetudo, per quam diſponitur quod remanente electione in
collegio, illa electio dependeat, ⁊ eius validitas, ⁊ admiſſio ex pote
ſtate alterius: ⁊ ſic cõſuetudo detrahens libertatem electionis, vt
electionis effectus non dependeat ab arbitrio eligentiũ, tanq; con
tra ſubſtantiam electionis, nõ valet. Actus enim electionis, alias
electiuus liber debet eſſe in eligente, dato hoc qđ actus electus ele
ctiuus ſit in eo. Si detrahatur libertas, vt ab eligente effectus ele
ctionis nõ pendeat, detrahitur ſubſtantia electionis: ⁊ ſic non va
let cõſuetudo. Unde ſicut proteſtatio facto contraria, ſeu ſubſtan
tie facti factũ vitiat: de conſti. cum M. ſic cõſuetudo ſubſtantie fa
cti, detrahens non valet. Sic dicit lex, Si lego vſumfructũ, detra
cto vſu, nihil valet legatum: vt. l. per ſeruum. ff. de vſu ⁊ habita. ⁊c.
cum ſi. ⁊ ſic conſuetudo, que actum preſupponit, ⁊ tendit ad detra
ctionẽ ſubſtantialis actus, vt ſibi contraria, ⁊ inconſtans nõ valet.
vt patet de conſue. c. ij. li. vj. Sic ⁊ in ſentẽtia hoc eſt cõtra ſubſtan
tiam qđ iuriſdictio, ⁊ cognitio ſit iudicis, ⁊ ſententia omnino pen
deat ex alieno arbitrio: de conſue. ad noſtrã. ſic ⁊ in alijs actibus.
4 ſ. de poſtu. prela. bone. ver. nec nocebat. ❡ † No. tertio qđ nomina
tio, ⁊ proceſſus pro vno ad electionẽ, vt valeat, debet fieri patẽter:
alias non valet. Sic debet intelligi. c. bone. ſupra de poſtu. prela.
5 ❡ † No. incidenter qđ is dicitur habere plenariam poteſtatem in
actu, a quo depẽdet ſubſiſtere, vel deſiſtere actus. Quod not. quia
quãdoq; per ſtatuta datur plenaria poteſtas aliquibus, circa bo
6 num ſtatum, vel abundantiam, ⁊ circa clericorũ regimina. ❡ † No.
adhuc incidenter qđ illa conſuetudo, illud ſtatutum, ille actus, ⁊ il
lud pactũ dicitur contra libertatẽ eccleſiarum, per que in aliquo
circa competentia, etiam de iure cõi, libertas, natura actus, vel de
iure cõpetens, in aliquo reſtringitur, vel ex toto tollitur. Qđ not.
q; non dicitur fieri contra libertatẽ eccleſiarum ſolũ quando re
ſtringuntur illa, in quibus eccleſia hz priuilegia, imo ⁊ in cõpeten
tibus de iure cõi, contra Bar. in. l. omnes populi. ff. de inſti. ⁊ iure.
7 ❡ † Not. primo ex ver. ſtatuentes. qđ de iure in cõuentualibus ec
cleſijs forma in electionibus eſt ſeruãda: ſed an illa, de qua. j. eo. q;
8 propter. dicetur ibi. ❡ † Not. ſecundo qđ eligentes prius habent
diſponere de loco: ⁊ ſic videtur qđ locus electionis faciende ſit de
ſubſtãtia. Et ex hoc no. qđ debent actus capitulares expediri per
congregatos in vnum locũ. Ad hoc. j. eo. in Geneſi. Scđo debent
gratiã inuocare Spũs ſancti: ⁊ ſic videtur qđ hoc ſit vnũ de ſub
ſtantialibus. Dicetur. j. eo. q; propter. Tertio debẽt perſonas, in
quibus dirigunt oculos, nominare, ⁊ ſuper ipſis poſſunt habere,
9 ⁊ debẽt tractatũ, ⁊ deliberationẽ. ❡ † Not. tertio ſm, qđ intelligo
decre. qđ vbi pẽdẽte ſcrutinio eligentes perpẽdunt ſe peccaſſe, aut
in forma, aut in electi perſona, poſſunt iterare ſcrutiniũ, ⁊ variare.
Ex quo notandũ eſt ad actũ electionis proceſſum: ⁊ ſic nõ ſunt pri
uati, nec etiam cadunt in penã priuationis, donec ſit deuentũ ad
finalẽ ⁊ extrinſecum actũ electionis. Ad hoc de elec. perpetuo. lib.
vi. ⁊ ſic millies etiã poſſunt variare. donec eccleſie vacãti ſit de pa
10 ſtore puiſum. ❡ † No. quarto qđ cõſenſum exigi, vel volũtatẽ, etiã
laici, poſt electionem perfectam, nõ repugnat omnino iuri, ⁊ exigi
põt, dum tñ poſt electionẽ perfectam, ⁊ taliter qđ nõ pendeat vali
ditas electionis a poteſtate eius, qui hz conſentire: ⁊ ſic conſenſus,

vel ſolennitas requiſita poſt actum,nunquã videtur eſſe de actus
ſubſtantia,ſed ad bene eſſe:⁊ ſic exigitur hic.Hic tangit vnum re-
pugnans ſubſtantie huius actus eligendi:qui cum certo modo
prout repugnantia detrahitur,permittitur,ſcilicet conſenſus al-
terius.Secundo tangunt quedam,que ad electionem exiguntur,
11 quedam etiam circa illam permiſſa.¶†Ad primum videtur qđ
12 valeat cõſuetudo,per quam reſtringitur libertas eligendi.†Nam
valet conſuetudo quod quis eligat de certo loco.de conſue.cum di
13 lectus.de reſti.in integ.c.ij.⁊ de verborum ſigni.abbate.†Item et
quandoq; in totum tollitur poteſtas eligendi habentibus elige-
14 re:vt.lx.di.c.ij.ne ſe.va.c.ij.†Item quandoq; ipſi eligentes,⁊ manda
tum ſuperiorum reſtringit libertatem,vt eligant cum conſilio,et
15 illud habent ſequi:de elect.cum in veteri.†Solu.Quidam dicunt
quod cauſa nullitatis cõſuetudinis ſurrexit hic:quia patriarcha
requirebatur vt laicus:de iure pa.cum dilectus.†Alij,quia non
16 erat preſcripta conſuetudo iſta:ideo non valet:arg.ſ.de conſue.c.
fin.Alij,quia iſti duo eligebantur,vnus poſt alium:⁊ hec conſue-
tudo non valebat,quod de iure vni iam queſito alter eligatur.
Nec obſtat.ſ.c.ſacroſancta.quia ibi erat ſola nominatio.¶Alij
quod hic vitiabatur conſuetudo ſolum quo ad regem.Tu dic qđ
quandoq; ſtante poteſtate eligendi mandato ſuperioris libertas
reſtringitur,vt habeant cõſilium in ſimul:ſed in deliberatione ſe-
quantur omnino conſilium alicuius:⁊ hic valet electio:quia tunc
hoc non eſt contra ſubſtantiam:quia electio non eſt in eos tantum
ſed etiam in conſiliariũ,qui habet ſecum requiri.Quandoq; ſtan-
te electione in aliquos diſponitur,quod ad alios per conſuetudi-
nem totaliter ſpectat ius eligẽdi:⁊ hoc poteſt fieri:quia quod ius
electionis de vno ad alium integre transferatur,hoc nõ repugnat
alicui actui electiuo,nec eſt cõtra eius ſubſtantiam,licet repugnet
iuri communi:⁊ conſuetudo cum ſuis comitibus bene poteſt con-
tra ius,aut preſcriptio contra conſuetudinem:de conſue.cap.fin.
17 ¶†Quandoq; ſtante iure eligendi in aliquos diſponit conſuetu-
do quod fiat electio de aliqua certa eccleſia,⁊ ſic paſſiue reſtringi-
tur electio:⁊ tunc aut a principio ipſi ſic ſe reſtringerunt:⁊ poteſt
fieri hec reſtrictio ſuperioris mandato:vt patet de appella.conſti-
tutus.Ibi in virtute ſpiritus ſancti mandatur vt eligant vnum
de duobus,in quem verterunt oculos in tractatu.Quandoq; ſo-
lum hoc diſponit conſuetudo reſtringendo paſſiue ius electionis
ad certum locum:⁊ ad hoc hec fieri poteſt:quia non omnino tolli-
tur libertas eligendi:poterunt enim arbitrium habere in eligen-
do de illis.Et nõ obſtat ſi dicatur:pone quod ibi non ſit niſi vnus
neceſſario cogeretur illum eligere.Reſpondeo,quod hoc nõ ope-
ratur conſuetudo,ſed caſus:ideo per hoc conſuetudo non eſt irra-
tionabilis.Sic poſſet contingere,niſi eſſet omnino libera.quod in
mundo non eſſet niſi vnus habilis.Quandoq; ius electionis ſtat
in aliquos:⁊ cum hoc diſponit conſuetudo quod ipſi eligant,⁊ qđ
facta electione effectus dependeat a poteſtate alterius:⁊ hoc repu-
gnat ſubſtantie electionis:quia actus electiuus vt ordinatur a li-
bero arbitrio eligentis debet eſſe liber reſpectu effectus ⁊ finis:
hic autem non eſt liber:imo omnino eſt ſeruituti ſubiectus,cum
ſubſiſtere dependeat a poteſtate alterius.¶Quandoq; conſuetu-
do diſponit quod electio fit in perſonas eligentium,cum ad bene
eſſe exigatur conſenſus alterius,etiam laici:⁊ ſic poſt electionem
valet conſuetudo:quia non caderet exactus,vt ſubſtantialis con-
ſenſus:ſed ante electionem idem,dummodo non exigatur,vt ne-
ceſſarius,⁊ vt de ſubſtantia,ſed vt ad bene eſſe.An autem hoc poſ
ſit inducere conſuetudo,vt ex conſenſu laici pendeat reprobare
ipſam electionem:dic.Aut conſuetudo relinquit in libero arbi-
trio reprobationem:⁊ ſiue poſt,ſiue ante exigatur,non valet con-
ſuetudo.Aut relinquit c.ſtationem electionis in conſenſu eius
diſtricto vt poſſe contradicere cum cauſa,valet electio.Sic intel
ligo hic notata,⁊ de conſuetu.cum dilectus,ſecundum docto.⁊ de
18 elect.quod ſicut.¶†Venio ad ſecundum,hic eliguntur duo.Pri-
mo,quod congregentur in vnum:⁊ hoc rationabiliter.quia actus
capitularis eſt:ideo conſenſus non debet eſſe ſingularis.de elec.in
Geneſi.in capitulo eam te.de reſcriptis.de conſtitut.cum omnes.
de conſuetu.cum conſuetudinis.⁊ patet de poſtu.bone.Secundo
dicit quod exigitur locus.De hoc dic vt dicit tertia gloſſ.quod
aut conſuetudo diſponit de loco:⁊ ſeruanda eſt:ſi tamẽ fieret alibi
de conſenſu capituli,per hoc non vitiaretur electio.Aut nihil diſ
ponit conſuetudo,⁊ de iure,⁊ de conſuetudine generali facienda
eſt electio in loco eccleſie,cui preficiendus eſt eligendus,aut in ca-
pitulo,vbi alia capitularia tractantur.Si tamen alibi fiat,dum-
modo locus ſit honeſtus,non vitiatur electio:vt patet.ff.de iuſti.
⁊ iure.l.penultima.ff.de arbitr.l.Celſus.non tamen fieri debet in
loco inhoneſto:quia non in lupanari,coquina,vel taberna.ff.de ar
bitra.l.Celſus.De iſta materia aliquid infra.de elect.quia pro-
19 pter.¶†Venio ad tertium circa permiſſa eligentibus:⁊ dicit hic
tex.quod ipſis permittitur vt adhibeant diligentiam:vt ſi in mo-
do,aut in perſona fuerit peccatũ,tandem adhibeant diligentiam,
20 quandiu eccleſie plene ſit prouiſum.¶†Oppo.tum quinta gloſ-
ſa quod non poſſint variare eligentes faciendo ſecundam electio-
nem:Aut enim prima valuit:⁊ non poſſunt ad ſecundam proce-
21 dere,prima caſſata.ſupra eodem.conſiderauimus.†Aut prima
non valuit,vel hoc fuit propter vitium electi,⁊ eligentes priuati
ſunt poteſtate eligendi:⁊ ſic non poſſunt eligere.ſupra eodem.cum
in cunctis.Vel fuit peccatum in forma:⁊ ſunt priuandi:⁊ ſic elige-
22 re non poſſunt.de electio.quia propter.¶†Gloſſ.ponit duos in-
tellectus.Ponam ibi tertium.Primus quod hic loquatur de va-
riatione poſt factam electionem,vt ſi male fecerunt,iterato debet
eligere:⁊ iſti intelligunt quando eſt peccatum in forma:quo caſu
electio eſt nulla:valet ergo ſecunda facta illa non caſſata.Et ſic
non obſtat primum contrarium.Vel etiam tenendo quod valeat:
quia forma decreta.quia propter.non habeat locum in talibus,
23 vel nondum fuiſſet inuenta.¶†Dico quod ſecunda poteſt fieri:
intellige prima caſſata,quando ſubeſt vitium:aut modus forme
non annullans ipſo iure:⁊ ſic eligere ⁊ deliberare debent poſt pri-
mam factam de ſecunda facienda demum poſt caſſationem prime
vel ſecunde.Ad idem potes reſpondere quod poteſt fieri ſecunda
prima valida non caſſata:⁊ ſic hi facere non poſſunt.quando pri-
ma veniebat annullanda,⁊ ſecunda fit non pure,ſed conditionali-
ter,ſi prima non habebit effectum:ſicut dicimus in vulgari.quia
ſubſtituitur quis vulgariter,ſi heres primus non erit:et ſi pri-
mus heres erit,ſecundus excluditur.C.de impuberum:⁊ ali.ſub-
ſtitu.l.poſt aditam.ſi primus heres non erit,ſecundus admitte-
tur.Sic ⁊ in caſu noſtro.Quandoq; ſecunda fit pure,⁊ non valet
prima non caſſata.Hoc non placet gloſſ.⁊ merito:quia actus eli-
gendi eſt actus legitimus,non reſpiciens diem,vel conditionem.
Et de hoc hodie caſus in cap.ij.de electio.libro.vj.Dic ergo,ſi te-
nes ipſam validam,vt quia peccatum forme nõ annullet ipſo iu-
re,quod facere poſſunt ſecundam prima caſſata:vel tene quod vi-
tium forme non annullet ipſo iure:tunc valet ſecunda poſt illam:
quia purgare poſſunt.Nec obſtat quod dicitur de capit.quia pro-
pter.quaſi non det formam:quia poteſt intelligi de electione in
conuentuali ad principalem prelaturam:quo caſu habet locum
hec decreta.Vel ſi intelligatur de non principali,intellige talem
fuiſſe defectum,qui annullet ipſo iure,vt ſingulariter forte conſen-
24 ſerunt:⁊ ſic peccauerunt in modo.¶†Poteſt etiam intelligi qđ
peccatum fuit in perſonam electi,⁊ ſecundum veritatem:⁊ de hoc
vitio loquitur tex.vt patet ibi in perſona,⁊c.Nec obſtat ſuſtinen-
do capitulũ cum in cunctis.quia habes intelligere quando elege-
runt ignoranter:et ſic non ſunt priuati poteſtate eligendi:quo ca-
ſu valet ſecunda electio,nec exigitur caſſatio prime:quia fundi-
tus eſt nulla.Secundus intellectus quod loquatur de electione
facienda,⁊ deliberatione in ea,vt ſi in modo,vel perſona circa tra-
ctatum eſt peccatum,poſſunt variare.Et hunc intellectum credo
magis ampliandum:quod ſi peccauerunt in forma,aut in modo,
aut in perſona,aut in iuſtitia,electione pendente,ſcilicet ſcruti-
nio,antequam publicetur,poſſint variare,⁊ reformare quod fece-
runt:⁊ per hoc ceſſant omnino predicta contraria,que loquuntur
de caſſatione ante faciẽda,⁊ de priuatione poteſtatis:quia loquun-
tur quando eſt iam proceſſum ad electionem:vt dicto capitulo.
conſiderauimus.⁊ patet de electio.perpetuo.libro ſexto.
25 ¶†Conclude ergo,ſi volunt electores reformare.quia elegerunt
male,in contractu poſſunt,vt hic,ſecũdum vnum intellectum Si
fecerunt male,adhuc pendente ſcrutinio,poſſunt,vt hic ſecundum
alium intellectum.Si volunt variare quod male fecerunt,poſt
ſcrutinium,aut eo quia peccauerunt in forma,⁊ iuſtitia.⁊ non poſ
ſunt,prima non caſſata:vt.c.conſiderauimus.Aut quia peccaue-
runt in forma:⁊ tunc ſi eſt talis forma,que non eſt ſubſtantialis,
ſed de iuſtitia,idem,vt quia non vocauerunt canonicos.Si eſt ta-
lis forma,que annullet ipſo iure,poſtquam ſunt priuati poteſtate,
non poſſunt.Aut eſt dubium an poſſint purgare penam,de quo
dicetur.ſ.ea.quia propter.Si eſt peccatum in perſona electi,⁊ ipſi
fuerunt ſcientes,non poſſunt illam reformare electionem:vt dicit
glo.niſi de gratia ſint ad hoc reſtituti:vt.ſ.de poſtul.c.ſ.⁊.c.inno-
tuit.Et ſic poteſt intelligi hic ſecundum Inno.⁊ Compo.Si non
ſunt priuati:⁊ tunc aut defectus eſt notorius,vt quis eſt excom-
municatus notorie,vel aliter notorie conſtat:⁊ poſſunt variare,et
alterum eligere.Aut non eſt notorius,ſed dubius:⁊ tunc oportet
quod hoc declarari expectent vt caſſetur:hoc tollere poteſt pro-
pter probabile dubium:igitur non poſſunt aliter eligere.Quod
tamen latius explicabitur.ſ.eodem auditis.vbi pleniſſime hoc vl
timum explicabitur.

1 ¶Electus,confirmatus,non conſecratus quid poſſit.
2 Tuus,ſuus,poſſeſſiua ſunt nomina,quid denotent.
3 Sententie que poſſint ad perſonam dirigi.
4 Clericis non ſunt permiſſa meretimonia.
5 Clericus a laico diſtinguitur ex qualitate veſtis.

6 Mercatoris queſtus eſt turpis reſpectu ad clericum.
7 Contemnere quis proprie dicatur.
8 Electo que imprimantur.
9 Epiſcopo electo que imprimantur.
10 Libera facultas reſtringitur ad facultatem iuris.
11 Manus ſignificat poteſtatem.
12 Papa vbi non poteſt inthronizari, adminiſtrare poteſt.
13 Adminiſtrare in dubio ante inſtallationem an poſſit conſecrati.
14 Confirmationis effectus quo ad electum quis ſit.
16 Adminiſtrare qui non confirmati poſſint.
17 Inſtallatio que ſit, et quando preſumatur inſtallatus.
Poſſeſſio beneficij ex quibus caſibus acquiratur.
18 Confirmatus ex ſola confirmatione non poteſt adminiſtrare.
Epiſcopus de quibus cauſis non poteſt ſolus cognoſcere.
19 Conferre, eſt iuriſdictionis.
20 Confirmatus poteſt iuriſdictionalia.

1 TRanſmiſſam. ¶ †Electus, confirmatus, non conſecratus, poteſt ea, que ſunt iuriſdictionis, licet nõ ea, que ſunt ordinis. Et pertinet Decretalis ad ſecundam partem
rubrice: et ſunt due partes. Conſultatio, et reſponſio. Secunda ibi:
2 reſpondemus. ¶ †Not. ex illo verbo, Tue dioceſis. de illo poſſeſſiuo Tuus, et genitiuo, quod non ſemper notant dominium, ſed
quandoque poſſeſſionem reſpectu alterius iuris. dig. de poſtu. c. i.
3 ¶ †Not. ſecundo quod ſententia ſuſpenſionis, interdicti, et excommunicationis, et omnes ſententie et cenſure poſſunt ad perſonam
dirigi, et promulgari propter delictũ ab homine, ſed proprie promulgatur ex cauſa delicti, ſeu contumacie propter delictum.
4 ¶ †Not. tertio quod mercimonia non ſunt clericis permiſſa, imo
prohibita: et proprie congruit mercatoribus laicis, et non clericis.
5 Ad hoc de vi. et ho. cle. c. ſi. facit ne cle. vel mo. per totum. ¶ †Not.
quarto quod clericus a laico diſtinguitur ex qualitate veſtis: quia
6 veſtes laicorum non congruunt clericis. ¶ †No. quinto quod queſtus mercatoris eſt turpis: quod eſt verum in reſpectu ad clericũ,
ne cle. vel mo. c. primo. ¶ Idem eſt quo ad alios: quia ſine peccato
vix expeditur. xxv. diſt. quales. de pe. diſt. qualitas, et capitulo falſitas. Honeſtum autem lucrum laico conceditur: de dona. inter vir.
7 et vxo. per veſtras. ¶ †No. ſexto quod dicitur proprie contemnere: quia ille deliquit ex contemptu, qui pretendit defectum poteſta
8 tis eius, qui precipit, aut legis, cui ſubiectus eſt. ¶ †No. ex ſecunda parte primo regulam: quia illa, que ſunt iuriſdictionis, imprimuntur in electum per actum confirmationis, exceptis cauſis ma
9 ioribus. ¶ †Secundo no. quod ea, que ſunt ordinis, et conſecrationis, non imprimuntur in epiſcopum, per ſolum actum confirma
10 tionis, ſed expectatur conſecratio. ¶ †Tertio nota ſignificatum huius verbi Liberam habeas facultatem: quia reſtringitur ad facultatem iuris regulatam, et iuſtitia canonica: et ſic per conceſſionem libere facultatis quid agendi, non venit iniuſtum: et ſic dicitur quis habere liberam facultatem, licet ſit exceptum iniuſtum.
11 ¶ †No. de illo verbo Manus, que ſignificat poteſtatem: inde dicitur emancipatus, id eſt, extra poteſtatem poſitus. Quod nota pro illis, qui promittunt quod non exhibet rex manus ſuas: quia intelligitur, id eſt, non exhibet rex poteſtatem.
12 ¶ †In hac decre. agitur de confirmatione ſeu confirmationis effectu. Videamus de eo. Et opp. ſi confirmatio transfert ſolam poteſtatem adminiſtrandi: ergo ſuper vacuo fiet inueſtitura, et inſtallatio. que tamen fieri debet: de offi. archi. vt noſtrum. ¶ Secundo apparet: quia dicit ex. xxiij. diſt. in nomine Domini. quod vbi pa
13 pa nõ poteſt inthronizari, adminiſtrare poteſt. †Tertio, quid plura: videtur quod non ſolum confirmati, imo etiam nec conſecrati poſſunt adminiſtrare ante inſtallationem. xcij. diſt. ſi quis ordinatus. cum capitulis ſeq. ¶ Hic aduertendum, eſt dare cõfirmationem, et eſt dare inſtallationem. Videamus de effectu vtriuſque. Et primo de effectu confirmationis. Secundo concludetur effectus
14 inueſtiture. ¶ Ad primum, quidam ſunt prelati, aut beneficiati, qui confirmantur, aut aliquid loco cõfirmationis accipiunt. Quidam, qui nullam confirmationem expectant. ¶ Primo caſu aduerte ad tres caſus. ¶ Primus, quando conſuetudo nihil diſponit. ¶ Secundus, quando conſuetudo diſponit quod confirmatus non poſſit adminiſtrare antequam inſtalletur. ¶ Tertius diſponit, quod non confirmatus adminiſtret, vbi conſuetudo nihil diſponit. Et hec eſt regula quod confirmatus poteſt adminiſtrare in ſpiritualibus et in temporalibus, in iudicio, et extra, neque ad hunc finẽ eget alia inſtallatione, vel inueſtitura. ſ. de iudi. cũ deputati. et hic et eo. noſti. et c. ſuffraganeis. ſ. eod. qualiter. de transla. prela. c. i. Et hec ſunt vera, etiam ſi de conſuetudine in talibus beneficijs inſtallatio, aut inueſtitura conſueuerit fieri. ¶ Hec limitat vera, niſi ſuper confirmatione pendeat queſtio: vel qui opponitur crimen cum infamia, vel alias nulla pretendatur cõfirmatio. Allegat. ſ. de accuſa. accedens. de dolo. cum olim. et ſic poſſunt intelligi illa capitula. xcij. diſt. Quod credo antequam ſit nactus poſſeſſionem adminiſtrationis. Dic quod confirmatio non tribuit actu adminiſtrationem, ſed potentiam. Hec vera, etiam in beneficijs inferioribus et canonicatibus habentibus adminiſtrationem, etiam ſi ſint, vt dixi, canonici ſuarum prebendarum habẽtes adminiſtrationem. ¶ Quidam ſunt, qui non confirmantur: et in talibus inueſtitura, vel inſtallatio, vel alius actus, per quem transfertur poſſeſſio, habentur loco confirmationis, ſicut inueſtitura, vel inſtitutio, quam recipiunt ab epiſcopo, vel ab alio inferiori prelato, ad quem ſpectat. de conceſ. prebẽ. propoſuit. de his, que ſiunt a maio. parte ca. ex ore. In canonicatibus habentibus adminiſtrationem diuiſam ſufficiunt inſtallatio vel inueſtitura loco cõfirmationis. In canonicatibus aũt, vbi non ſunt diuiſe prebẽde, loco cõfirmationis eſt ſola receptio in canonicum, et quod recipiatur ipſius iuramẽtũ, profeſſio, vel obedientia, vel quod dentur panni altaris, campane, vel aliud ſimile. xxiij. diſtin. acoluthus. et c. ſequenti de maio. et obedi. legebatur. de regulis iuris. c. fina. ¶ Secundus eſt intellectus, quia ex tali confirmatione, vel quod loco confirmationis habetur, conſequitur authoritatem nanciſcendi poſſeſſionem. ff. de acqui. poſſeſſio. l. cum heres. etiam propria authoritate: eſt tamen differentia inter cõfirmatos quo ad poteſtatem adminiſtrandi, et non confirmatos. Sed ſi qui ex ſola poſſeſſione nanciſcuntur poteſtatem adminiſtrandi, vt ex inueſtitura, vel alio actu. Nam confirmati ſi agant nomine eccleſiarum ſuarum, admittuntur, eo quod de confirmatione conſtat, nec poteſt obijci quod iniuſte promoti ſunt: quia omnia authoritate pretoris confirmantis robur accipiunt. ff. quod cum falſo tuto. autho. l. i. et not. in c. nihil. Et ex hoc poſſunt nanciſci poſſeſſionẽ propria authoritate, niſi contradictores habeant: vel etiam eis habentibus contradictores, ſufficit quod doceant ſe cõfirmatos, vt bona ab eis aduocare poſſint: et oportet quod probent ſe confirmatos ab eo, qui habet poteſtatem confirmandi: nõ tamen tenentur docere de iuſtitia cõfirmationum, vel electionum ſed confirmationem: ideo probant, quia poſſidentes bona eccleſie non liberantur aliter ſoluendo, niſi prelatis, vel illis, qui tuitione confirmationum defendantur. Idem eſt de inueſtitura, ex quo de inueſtitura apparet: hic agitur de effectu confirmationis, et proponitur quod confirmatio det liberam facultatem adminiſtrandi. Pro quo declarando videtur quod hoc falſum ſit: quia ſecundum hoc fruſtra fieret inſtallatio, contra id de offic. archi. vt noſtrum. ¶ Et ad idem ſecundo, quia ex diſpenſatione pape conceditur adminiſtratio, quando non poteſt inthronizari. xxiij. diſtin.
15 in nomine Domini. ergo de iure expectat inthronizatio. ¶ †Tertio, quia etiam conſecrati. nedum confirmati, non adminiſtrant antequam inſtallentur. xcij. diſtin. ſi quis ordinatus. cum capitulis ſequen. ¶ Solu. Quedam ſunt beneficia, in quibus exigitur confirmatio, et intercedit: quedam, in quibus non intercedit confirmatio, ſed ſola inueſtitura, aut inſtallatio: quedam, in quibus nulla intercedit inueſtitura, aut iſtallatio in beneficijs, in quibus intercedit confirmatio. Concluſio quod ex ea ſurgunt effectus iſti quia quo ad poteſtatem adminiſtrandi, aduertendi ſunt tres caſus. ¶ Primus, quando conſuetudo diſponit quod etiam non confirmatus adminiſtret. ¶ Secundus, quando conſuetudo diſponit quod confirmatus non adminiſtret ante inſtallationem. ¶ Tertius, quãdo conſuetudo nihil diſponit, vel conſonat quod confirmatus adminiſtret. ¶ Primo caſu, quando conſuetudo diſponit quod non confirmatus adminiſtret. Quidam dicunt quod conſuetudo hoc poteſt, alij contra: quia gratioſa eſſet eccleſijs: de re iudica. cum cauſa. et quia per talem conſuetudinem videtur eneruari bonum obedientie. xcij. diſtin. nulla. et neruus eccleſiaſtice diſciplinę: de conſuetu. cum inter vos. Et hoc tenent doct. hic. et in. c. cum venerabilis. de conſuetu. vbi caſus. et vide de appella. quia nos. ¶ Secundo caſu, quando conſuetudo diſponit confirmatum non adminiſtrare ante inſtallationem: et tunc impeditur virtus confirmationis, vt non poſſit adminiſtrare: ſicut et in alijs in poſſeſſione transferenda operatur conſuetudo: de conſuetu. capitu. ij. ſic et in cauſa impedienda, et in effectu confirmationis turbando operabitur. ¶ Tertio caſu, quando nulla ſubiſt cõſuetudo, et dicit Innocen. quod regula eſt, quod confirmatus ex ſola confirmatione conſequitur ius adminiſtrandi: vt hic, et ſ. c. noſti. ſ. eodem qualiter. de tranſlatio. capitulo. i. Et hoc verum, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, et tam in iudicio quam extra: de iudi. cũ deputati. Hec vera etiam in canonicatibus, et alijs beneficijs, in quibus adminiſtracio eſt diuiſa, vt ex tali confirmatione adminiſtrationem cõſequantur. Vbi autem ſunt prebende non diuiſe, tunc quid iuris, dicam infra. Secũdo conſequitur per hanc cõfirmationẽm, quod propria authoritate, abſque quod aliquid aliud doceat, poteſt nanciſci poſſeſſionem rerum, et bonorum et dignitatis, aut beneficij. ff. de acquirenda poſſeſſione. l. cum heredes. Et hoc verum eſt, niſi habeat contradictorem: alias opor

tet quod contradictor doceat de cõfirmatione,⁊ quod ſit facta ab
habente poteſtatem confirmandi:non tamen habet probare de iu
ſticia ſuarum electionum,aut confirmationum.Confirmationem
autem non probat:quia poſſeſſores rerum eccleſiaſticarum aliter
non liberarentur ſoluendo,niſi ſoluant prelatis,aut talibus qui
tuitione confirmationum defendantur.Hec ſunt vera,que de con
firmatione dixi,excepto vno caſu,quando contentio eſt ſuper nul
litate confirmationis,vt quia opponitur crimen cum infamia:de
accu.c.accedens.vel quando contenditur obreptitia:de dolo.cum
olim.de cauſa poſ.cum ſuper.de accu.accedens.⁊.c.ſuper his.⁊ ſic
poſſunt intelligi illa.c.lxij.diſt.Hec vera,quando ad eundem ſpe-
ctat ius confirmandi,⁊ inſtallandi:vbi autem ad vnum prelatum
ſpectat ius confirmandi,ad alium ius inſtallandi,non ſub epiſco-
po:tunc dicit Archidi.quod ante inſtallationem non conſequitur
ius adminiſtrandi.Sic notat Archid.xij.alias.xvj.qđ.ij.in ſum-
16 ma.qđ nota.¶ †Non confirmatus autem regulariter non poteſt
adminiſtrare.Fallit in papa:vt.s.eod.licet.Fallit in vltramonta-
nis.j.eo.nihil.quod intellige vt ibi.Fallit in Ciſtercienſibus,qui-
bus conceditur adminiſtratio ante confirmationem vel benedi-
ctionẽ.de ſupplẽ.ne.prela.c.primo.Fallit in abbatiſſa electa a du-
plo maiori parte:vt in decreta.indemnitatibus.de electione.libro
ſexto.Fallit,quando non confirmatus ſuper poteſtate admini-
ſtrandi habet licentiam,⁊ authoritatem ſuperioris:vt nota.j.de
ſimo.ſicut.Quod dic hodie vt in decre.auaritie.eo.tit.libro ſexto.
¶ Aduerte tamen ꝙ dato quod exercitium habeat per ſolam cõ-
firmationẽ habitu,tamen habet ⁊ ius in ipſa electione.Dicit Jo.
lxiij.diſt.quanto.quod ſequitur.Archi.lxiij.diſt.in nomine Do-
17 mini.⁊.xx.q.j.c.expedit.vij.q.j.ſi quis.† Non obſtat quod dicitur
de inſtallatione:quia illa quo ad poteſtatem adminiſtrandi nõ eſt
neceſſaria.Sed tunc quid operabitur,videbitur.j.Non obſtat.c.
in nomine Domini.quia ibi colligitur a contrario,quod ſine in-
ſtallatione facta in vrbe adminiſtrat:⁊ plures dicit ſe vidiſſe pon-
tifices Romanos adminiſtraſſe ante ingreſſum vrbis.Ad alia.c.
reſponſum eſt.s.vt ibi dicit quod non habet eis confirmatis ad-
miniſtrationem eccleſiarum,quas prius dimiſerũt.¶ Dicebam
ſecundo principaliter quod quedam ſunt beneficia,in quibus non
intercedit confirmatio,intercedit tamen inſtallatio,aut inueſtitu-
ra:⁊ tunc talis actus ſubrogatur loco confirmationis.Unde in
prebendis diuiſis talis inueſtitura,ex quo habent adminiſtratio-
nem,tribuit ius adminiſtrandi.In prebendis non diuiſis ſufficit
in canonicum receptio:⁊ loco confirmationis eſt,quod recipitur
eius iuramentum,profeſſio,⁊ obedientia:vel quod dantur panni
altaris,campane,vel aliud ſimile.xxiij.diſt.acoluthus.⁊.c.ſeq.de
maio.⁊ obe.legebatur.Et hec vera ſiue talis inueſtitura recipia-
tur ab epiſcopo,ſiue ab alio quocunqꝫ prelato habente ad hoc po-
teſtatem.¶ Dicebam tertio,qđ quidam ſunt beneficiati,qui non
expectant inueſtituram,vel inſtallationem,aut confirmationem:⁊
tunc iſti nanciſcuntur poteſtatem adminiſtrandi ex ſolo habitu
poſſeſſionis.Eſt tamẽ differentia inter ipſos beneficiatos,vel qui
habent inueſtituram loco confirmationis,⁊ alios,qui nec confir-
mationem habẽt,nec aliquam inueſtituram loco confirmationis:
quia premiſſi confirmati,vel habẽtes inueſtituram admittuntur
nomine eccleſiarum ſuarum,ex quo de confirmatione conſtat:nec
poteſt obijci quod ſint iniuſte promoti:quia confirmatione ⁊ tui-
tione pretoris omnia roborantur.ff.quod cum falſo tut.authore.
l.j.⁊ no.j.eo.nihil.⁊ oportet quod ſi contradictores habeant,quod
doceant ſe confirmatos,⁊ ab eo,qui habeat poteſtatem cõfirman-
di.Alij vero,qui nec confirmantur,nec inueſtiuntur,non habent
neceſſe probare,niſi ſolam poſſeſſionem:quod eis ſufficit.ff.ſi vſuſ
fructus pen.l.fundi.C.de peti.hered.l.cogi.Idem in confirmatis,
⁊ inueſtitis,ſi poſſident:vt ex poſſeſſione releuentur a tali onere
probandi:quod nota.Cuius gratia tractat hic Compoſ.de effe-
ctu huius inueſtiture:⁊ finaliter dicit quod quandoqꝫ fit inueſti-
tura poſt electionẽ ab eo,qui habet confirmare,⁊ ſubrogatur loco
confirmationis:⁊ hec non tranfert poſſeſſionem:quia ſatis fatiga
tur in transferendo iure.Quandoqꝫ fit nulla precedente collatio-
ne,vel electione:⁊ hec habet vim collationis,dummodo inueſtiẽs
habeat poteſtatẽ conferendi:⁊ adhuc per hanc nõ transfertur poſ
ſeſſio eadẽ ratione.Aliqꝫ fit inueſtitura de bñficio iam collato,vt
per pannos altaris,funes campanarum,vel alio modo ⁊ tũc ſi ſit
in re abſenti,non transfertur adhuc poſſeſſio:ſi ſit in re preſenti,⁊
alius eſt in poſſeſſione:⁊ adhuc nõ transfert poſſeſſio:qꝛ per tales
actus non priuatur poſſidens poſſeſſione ſua.Unde ille nanciſci
non poteſt,niſi quãtum inueſtiens poſſidet,⁊ occupat.ff.de acqui-
ren.poſſeſ.l.quod meo.in ſi.Et hoc verum,niſi iuſto iuſſu pretoris
precedente ſententia priuatus ſit:quia ſicut inueſtitus tũc incipit
poſſidere,ſic priuatur poſſidens.ff.de dam.infecto.l.damni.§.non
ſolum.ff.ſi ex noxa.cauſa aga.l.ij.in ſin.Si fiat in re preſenti,⁊ va-
cante:ſic acquiritur poſſeſſio.Si fiat in re abſenti per biretum,vel
annulum,de eccleſia,vel dignitate,vel beneficio inueſtitura,nō-
dicum aut nihil operatur:quia per ipſam non datur poſſeſſio:de
his,que ſi.a ma.parte ca.ex ore.nec proprietas,que iam data erat
18 per collationem:vide de reſtit.ſpo.in literis.¶ †Uenio ad caſum
exceptum hic,vbi dicitur quod non poterit confirmatus illa,que
maiorem exigunt diſcuſſionem:que ſunt iſta,que non poterit ex
ſola confirmatione.Dicit Innocen.quod videntur cauſe crimina
les clericorum:circa que dicit.Aut ſolum vult de cauſis crimina-
libus cognoſcere:an poſſit.Hic dicit Inn.quod quedam ſunt cau
ſe,que intendũtur ad finem degradationis,⁊ cum hoc vult actua-
liter degradare:⁊ non pōt ſolus confirmatus.xv.q.vij.felix.Que-
dam ſunt cauſe,que de crimine intenduntur criminaliter.Innoc.
dicit quod poterit audire criminales:quia tales audire non eſt or
dinis epiſcopalis.Quod patet:quia eas audit presbyter ex dele-
gatione.50.diſt.ſtudeat.⁊ quilibet ordinarius merum habens im
perium.ff.de iuriſdictio.om.iudi.l.iij.Hoc etiam placet Hoſtien.
licet rationes,non placeant:in quibus non inſiſto.Quedam ſunt
cauſe criminales,que intenduntur ad finem depoſitionis:⁊ tunc
aut vult eas tractare,⁊ deponere a beneficio:⁊ poteſt:quia in ea
non eſt neceſſarius numerus epiſcoporũ.xv.q.vij.in ſumma.Aut
vult de cauſis cognoſcere,⁊ ab officio deponere:⁊ doc.dicunt quod
non poteſt,etiam minimorum clericorum:quia non poteſt eos or-
dinare:ergo nec deponere.Aut,vult cauſas criminales audire,
non ad finem vt pronuntiet,ſed ſolum vt cognoſcat vbi venit de-
poſitio imponenda,⁊ poſtea deponat alius,vel ipſe,quando erit
conſecratus:⁊ tunc aliqui tenent quod non poteſt:quia de qua re
cognouit,⁊c.Hoſti.dicit quod poteſt audire.iij.q.vj.quamuis.⁊.c.
dudum.Ratio,quia cum cauſa criminalis duret per biennium,et
ipſe intra breue tempus ſit conſecrandus:vt.s.eo.cum in cunctis.
poterit ad tempus cognoſcere,⁊ pronuntiare,cum erit conſecra-
tus.Aut cognoſcit de cauſa ad finem vt pronuntiet degradandũ,
vel deponendum:⁊ dicit Hoſti.quod poterit,quamuis degradare
non poſſit.Allegat in ſimili.ff.de dam.infec.l.iiij.§.diuus.ff.de re
iudi.l.a diuo Pio.ff.de offi.eius,cui man.eſt iuriſ.l.pen.§.vt poſ-
ſeſſio.⁊ ſententia lata per confirmatum ad petitionem confirmati,
poterit per vicinos epiſcopos degradari,ſicut ⁊ ordinari.s.eo.ſuf
fraganeis.Sic intelligitur.xxv.q.vij.ſacerdotibꝰ.⁊.c.epiſcopus.
tamen in examinatione aderit epiſcoporum preſentia:de quibus
19 eadem.qđ.ſi quis.⁊.c.felix.⁊.c.ſeq.¶ †Ultimo glo.querit,que ſint
ordinis,⁊ que ſint iuriſdictionis:vide eam,quia ſatis eſt clara:et
inter cetera notat quod conferre,dicitur iuriſdictionis:dixi ſupra
20 de conſuetudine.cum dilectus.† Et aduerte quod id,qđ dicitur
hic,iuriſdictionalia poteſt confirmatus:quia hoc eſt verum,ſiue
ſpectent ordinario iure,ſiue accidentaliter.de foro compe.verum.
Antonius de Butrio.

1 ☞ Electioni de ſe facte renuntians,non appellat ne alius eli-
gatur.
2 Monachus poteſt agere pro iure ſue electionis in iudicio.
3 Sententia eſt ferenda inſtante parte.
4 Iudex ſupremus,poteſt cõpellere partem ad componendum.26.
5 Renuntiatio facta ab inuito metu reuerentiali an valeat metu il-
lato ab eo a cuius libera poteſtate pendebat priuatio iuris.
6 Pactum ſuper iure ſpirituali an valeat.
7 Pluralis eſſe poteſt quis ex diſpenſatione.
8 Prioratum ad vitam poteſt papa concedere.27.
9 Poſſeſſio prioratus cadit in monachum.
10 Poſſidetur etiam corpus a beneficiato.
11 Pacto non ſeruato ſuper iure ſpirituali non datur regreſſus.
12 Beneficium renuntianti non reintegratur ius eiuſdem beneficij.
13 Monachus poſſidet prioratus,⁊ cuſtodiam eccleſie.
Monachus pro poſſeſſorio agere poteſt.
14 Appellans,cui non intereſt appellare,non auditur.
15 Sententiari poteſt ſuper iure incidenter deducto.
16 Literis capituli creditur in negotio ſibi commiſſo.33.
17 Actus pro iuſtitia quando preſumatur.
18 Preſumptio tollitur per preſumptionem efficatiorem.34.
19 Opponere ſeu allegare aliquid,non ſufficit,niſi probetur.
20 Interdictum prout ad hominẽ refertur,idem eſt quod ſuſpenſio.
21 Iudex ex deductis nõ habet ſemper negotium plene inſtructum.
22 Electores ſuſpenſi pendente ſuſpenſione eligẽtes,non priuantur
eligendi poteſtate.
23 Renuntiatio per metum ab initio abſolute facta non valet.25.
24 Iudex ſupremus in quibus ſupplere poſſit.
25 Iudicare poteſt prelatus inferior ex occultis.
28 Clauſula Rato manente pacto quid operetur.
29 Appellatio per ius non habentem,quare admittatur.
30 Sententia ſuper quibus debeat proferri.32.
31 Sententia non poteſt ſuper vno articulo pronuntiari per par-
tes.
32 Actore non probante reus abſoluitur.

Cum inte

1 CUm inter R. ¶ † Qui renuntiat ele-
ctioni de ſe facte, appella-
re non poteſt ne alius eligatur: ⁊ electio facta a ſuſpen
ſis, ⁊ de ſuſpenſo, non tenet. h.d. ¶ Primo narrat fa-
ctum. Secundo diffinit articulum, de quo cõſtabat, ibi: nos. Ter-
tia ibi: ſane. illum, de quo non conſtabat, diffiniendum committit.
¶ Caſus. Vacante abbatia Fuſtaren. duo in diſcordia fuerunt
electi: quidam R. ſenior, ⁊ quidam R. iunior: vel fuit ſolus R. ſe-
nex electus. Alii, inter quos R. iunior erat caput, ſe opponebant
electioni facte de R. antiquiori. Quomodocunq; queſtio fuit de-
lata ad papam, ⁊ queſtione diu agitata, papa non videns qđ bene
poſſet ſententiare, ⁊ forte videns ſcandalum ſi R. ſenior admitte-
retur, vel noſcens ante malum occulte, de quo non poterat pronū
tiare: dum predictus R. ſenior de iuris rigore confideret, petiit a
papa cum inſtantia ſententiam proferri. Papa eum ad compo-
nendum coegit inuitum, ſub hac forma, vt reciperet cuſtodiam, ⁊
prioratum, donec viueret poſſidendos, ⁊ renuntiaret abbatie vel
iuri electionis: ⁊ ſic fecit recepto prioratu, ⁊ cuſtodia de manu pa-
pe: tandem veniens ad partes volens habere poſſeſſionem tam
cuſtodie, quã prioratus, aduerſarii eum troconice verberauerunt:
qui tandem manus euadens eorum ad ſedem apoſtolicam appel-
lauit, ne aliquem in preiudicium eius eligerẽt: legatus qui in par-
tibus erat, propter hoc, ⁊ alios exceſſus, ſuſpendit monachos, et
monaſterium interdixit: ipſi, eo non obſtante, celebrauerunt diui-
na, ⁊ R. iuniorem in abbatem elegerũt: ⁊ epiſcopus munus bene-
dictionis impendit. Ob hoc orta eſt iterũ queſtio inter R. iunio-
rem, ⁊ R. ſeniorem coram papa Innocentio, et petebat R. ſenior
electionem R. iunioris caſſari: factis hincinde probationibus et
aliis, propter tria, vel quatuor, concludebat R. ſenior intentum
vt electio caſſaretur. ¶ Primo, quia fuerat ante electus, ⁊ renun-
tiatio per eum facta ei non preiudicabat, eo quia ſibi pacta nõ fue
runt ſeruata. ¶ Secundo, quia appellatione per eum interpoſita
pendẽte dicta, fuerat electio facta ex dicta cauſa, ne eligeretur, in-
terpoſita. ¶ Tertio, quia de ſuſpenſo, ⁊ a ſuſpenſis: quia ex dicta
cauſa lata erat ſententia interdicti, ⁊ ſuſpenſionis in eos, de quo
conſtabat per literas capituli Conſtantien. His per partem ad-
uerſam reſpondebatur quod nullum ius habebat, quia renuntia-
uerat ſimpliciter, ⁊ abſq; aliquo reſpectu. Secundo non poterat
per hoc conſequenter appellare, quia ſua non intererat. Tertio,
quia de interdicto nõ cõſtabat niſi per literas illas teſtimoniales
preſumptionem faciẽtes: ⁊ hec preſumptio elidebatur altera, quia
epiſcopus munus benedictionis impenderat iuniori: quod veri-
ſimiliter non feciſſet, ſi ſibi interdictum fuiſſet. Et ſic concludeba-
tur, nullum fuiſſe interdictum: ⁊ ſic illa preſumptio per alteram
confundebatur. Papa quia non conſtitit ſibi an eſſet irritanda,
non irritauit ſed predictum R. a proſecutione appellationis re-
pulit, eo quod ſua non intererat: ⁊ appellantes non ſolent audiri,
niſi ſua interſit: ⁊ cauſam cõmiſit mandans delegato, quod ſi con-
ſtiterit electionem factam a ſuſpẽſis, omnino illam caſſaret, ⁊ poſt
ſatiſfactionem condignam ſuſpẽſione relaxata, perſonaliter man-
2 dat qđ de perſona idonea electio conſulatur. ¶ † No. primo quod
monachi licet non proprie poſſint habere proprium, poſſunt tamẽ
agere in iudicio pro iure ſibi ex electione ad dignitates queſito: et
3 ſic hoc iure exercitio ſunt capaces. ¶ † Secundo nota quod ſen-
tentia eſt ferenda demum inſtante parte: ⁊ ſic iudex in ſentẽtia diſ
finitiua non ſupplet ex officio, quantumcunq; ex actis ſibi conſtet
4 quomodo debeat iudicare. ¶ † Tertio nota quod ſuperior com-
pellit, coram quo litigatur, quãdoq; inuitum ad componendum.
quod intellige ſpeciale in papa: alias debet hortari compoſitio-
5 nem, non conſtringere: de tranſactio. c. fina. ¶ † Quarto not. quod
valet renuntiatio facta ab inuito, quando ius tollitur totaliter,
etiam ſine cauſa, dependet a poteſtate metum inferẽtis: talis ergo
metus reuerentialis non vitiat renuntiationem, vel actum etiam
6 a libera voluntate pendente. ¶ † Not. quinto quod compoſitio ſu-
per iure ſpirituali, vt detur ſpirituale pro ſpirituali, valet autho-
7 ritate ſuperioris, ⁊ maxime pape: ad hoc. de preben. niſi. ¶ † Not.
quod ex compoſitione poteſt quis eſſe pluralis abſq; diſpenſatio-
8 ne alia: quia videtur cum eo diſpenſatum. ¶ † Not. quod papa po
9 teſt concedere prioratum ad vitam. ¶ † Not. quod poſſeſſio prio-
ratus cadit in monachum: ⁊ per hoc apparet quod poteſt agere
10 poſſeſſorio. ¶ † Et not. quod a beneficiato etiam corpus poſſide-
11 tur. ¶ † Not. ſexto quod non ſeruata tranſactione, id eſt compoſi-
tione ſuper iure ſpirituali, non datur regreſſus ad ius renuntia-
tum. Et ſic vbi implendum eſt ex altera parte, non poteſt reſpe-
ctiuari ad ius renuntiatum per alterum; nec ius renuntiatum po
teſt reſpectiuari ad implendum per alteram, non poteſt ſeruata
tranſactione, tanquã renuntiatio ſit libera, propter defectum im-
12 plementi, non datur regreſſus ad ius renuntiatum. ¶ † Nota ſe-
ptimo quod non ſeruata compoſitione, non integratur ius renun
tianti beneficium, quando deuentum eſt ad implementum facti,
vel prouiſum eſt renuntianti, ita quod poteſt conſequi implemen-
13 tum. ¶ † Nota ex verſicu. attendentes. quod monachus poſſidet
prioratus, ⁊ cuſtodiam eccleſie: et ſic capax eſt poſſeſſionis. Per
quod apparet quod ipſe poteſt agere poſſeſſorio. De quo. de accu
ſa. olim. ſupra de reſcriptis. cum dilecta. ⁊ quod beneficiatus cor-
14 pus eccleſie dicitur poſſidere. ¶ † Not. ſecundo quod non audiun
tur appellantes, quorum non intereſt. Ad hoc. ii. queſtione ſexta.
15 non ſolent. de his, que fiunt a ma. parte ca. ex ore. ¶ † Nota tertio
quod ſuper cauſa quandoq; pronuntiatur, ⁊ ſuper iure incidenter
deducto, ſeu emergente: de quo hic per Innocen. dicendum, vt di-
cit glo. de or. cog. c. i. Et nota quod non valet appellatio, que ordi-
natur ad defenſionem iuris, nulli autem renuntianti. Ad hoc. ſ. c.
16 cum nobis. ¶ Ex verſi. ſane. ¶ † Not. primo quod literis capitu-
li vt authenticis fides adhibetur: ⁊ hoc quo ad preſumptionem
tantum. ¶ Not. bonum tex. pro materia de proba. poſt ceſſionem.
17 ¶ † Nota ſecundo quod pro iuſtitia actus preſumitur quo ad lo-
cum, ⁊ quo ad ius procuratoris, etiam quando actus extraiudicia
lis eſt, vt benedictio: ⁊ vide de eo, qui furtiue ordines re. ca. primo.
18 ¶ † Nota tertio quod vbi intentio opponentis ſola fundatur ſu-
per preſumptione, illa tollitur per oppoſitam preſumptionem: et
ſic preſumptio tollit preſumptionem, ⁊ damnum occurrit probare
19 debenti. ¶ † Nota quarto quod non ſufficit regulariter aliquid
20 allegare, vel opponere, niſi probetur. ¶ † Nota quinto quod inter
dictum prout ad hominem refertur, idem eſt quod ſuſpenſio. Vi-
debis quandoq; iura promulgare interdictum: quid illud impor-
21 tet, habes hic. ¶ † Nota ſexto quod quandoq; per partes pronun
tiatur, etiam in eodem negotio, quando plures cauſe concurrunt
ad deciſionem vnius negotii, ⁊ de vno conſtat, ⁊ de alio non poteſt
ſtatim conſtare. ¶ Nota quod vbi iudex ex deductis ad curiam
non habet negotium plene inſtructum, non per hoc quia pars, cui
incumbit onus probandi, damnatur: ſed ſi videat partem poſſe
probare cauſam extra curiam committit, etiam ſi in curia aſſum-
pſit probationem, ⁊ probauit, ſed eius probatio eſt reprobata: vel
quando confidit de probatione. Et ſic regula, que dicit, Actore
non probante, ⁊c. habet locum, quando actor eſt preſens, et cauſa
tractatur in loco, vbi debet eſſe veriſimiliter prompta probatio, ſi
qua eſt. Vbi autem cauſa tractatur in curia, ⁊ in loco, vbi veriſi-
militer non eſt prompta probatio, per hoc, quod cui incũbit onus
probandi, non probet, ſtatim non eſt contra eum ferenda ſenten-
tia, imo negotium eſt committendum, ex quo extra curiam pro-
22 bare confidit. ¶ † Nota quod propter electionem a ſuſpenſis fa-
ctam pendente ſuſpenſione, ipſi non priuantur poteſtate eligendi.
¶ Primo habemus renuntiationem, ⁊ compoſitionem factam
inter R. ſeniorem, ⁊ iuniorem. ¶ Secundo, appellationem R. ſe-
nioris, quia nõ intereſt, reiectam. ¶ Tertio, examinationem pro-
23 bationis interdicti. ¶ Quarto, commiſſionem. ¶ † Veniamus
ad compoſitionem. Primo, compoſitioni obuiat prima glo. quia
fuit facta ab inuito: ergo rata eſſe nõ debet: vt in toto titulo, quod
metus cauſa. Solu. Dicit Innocen. quod coactio fuit conditiona
lis, non abſoluta. Certe ⁊ conditionalis parit actionem: quod me-
tus cauſa capitulo fina. Vel hoc fecit papa propter mala, que ſcie
bat de illo, que probari non poterant: quo caſu hoc alteri non li-
24 cuiſſet, quam pape. ¶ † Nota quod papa poteſt inter partes in
beneficialibus ſupplere de his, que ſcit vt homo, ad impediẽdam
promotionem, quam facere habet, ⁊ poteſt in beneficialibus, quo-
rum poteſtas in eo libera eſt, ⁊ ſecundum conſcientiam iudicare.
25 ¶ † Sic videmus quod prelatus inferior quandoq; in impedien-
da promotione iudicat ex occultis: vt in. c. ad aures. ſ. de tempore
ordina. Tu dic quod hic erat timor reuerentialis: non audebat
enim hic contradicere pape: quia talis timor non vitiat actum, vt
patet in. l. i. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur. et
dicit Innocen. de officio. delega. cauſam. Vel dic quod metus hic
fuit illatus ab eo, cuius libera poteſtate pendebat priuatio iuris:
⁊ talis metus non inficit renuntiationem iuris, ex quo eſt ab illo
illatus, a cuius libera facultate pendebat metum inferre, ⁊ ius au
26 ferre, quod renuntiatur. ¶ † Et ſi queras de papa hunc habuit
compellere: dic quod forte ius ſuum plus vacillabat, quam ius al-
terius, nec poterat ſine magnis ſumptibus finem imponere liti: et
ipſe etiam ſi de iure ſuo diffidebat, debebat cedere liti: vt patet. ſu
27 pra de poſtula. prelato. hone. ¶ † Secundo contra compoſitio-
nem obuiat ſecunda gloſſ. quia prioratus non ſunt ad vitam con-
cedendi: de confirma. vti. vel inutili. capitulo primo. ii. ⁊ capitu.
porrecta. Dic quod non debent promoueri, ex quo ſunt canonice
promoti, ⁊ authoritate pape, ⁊ conſtat per papam prioratum con-
firmatum: de ſtatu monachorũ. monachi. vnde tunc non ſunt ſine
cauſa remouendi. Dic quod quidam ſunt prioratus non manua-
les, qui conceduntur per electionem conuentus: ⁊ tales non debẽt
remoueri ſine cauſa. Quidam ſunt prioratus manuales, qui ad
nutum conceduntur, ⁊ reuocantur: ⁊ tales, ſi non ſunt confirmati
per papam, poſſunt ab illis remoueri: ſi ſunt per papam confir-

mati,dicit hic Innocen. quod ſi abbas eis preciperet vt talia di-
mitterent, nõ debent,nec neceſſitãtur ei parere, cũ quo ad illa ſint
ab illo emancipati. Ad hoc.xvi.q.i.ſi monachus.de reſcriptis.ed o
ceri.alias tamen ſubſunt abbati : de re̾nuntia. ad ſupplicatio-
nem.Hoc idem dicit Inno.de preben.niſi.⁊ ponit Archi.de offic.
ordi.preſenti.lib.vi.de preben.cum ſingula.eo.lib.per Jo.And.in
Nouella. Aduerte tamen,quod licet non poſſint tales ad nutum
remoueri,nec etiam ex cauſa,per quam diſputatur de validitate
conceſſionis facte a papa : ſi tamen ex altera cauſa noua velit,vt
quia deliquerit,vel aliter ipſum poterit remouere,quia adhuc re-
manet ei ſubiectus:dicit Inno.de re iudi.de cetero.⁊ dicit glo.de
confir.vti.vel inuti.preterea.⁊.c.i.Et ponit Joan.And.poſt In-
nocen.ſ.de offi.dele.ſuper eod.⁊ nota glo.ſ.de reſcriptis.ad audi-
entiam.⁊ ibi dixi.⁊ no.de tempo.ordi.cum in diſtribuendis.⁊ not.
28 de fil.preſby.veniens,quod bene no.¶ †Tertio circa compoſitio-
nem oppo.cum quarta glo.⁊ videtur quod ex quo non eſt ſibi ſer-
uata compoſitio per capitulũ,poſſit. R.ſenior habere regreſſum
ad ius prius , ⁊ ſic ad ſuam electionem. Aut enim ſimplici pacto
venerunt ad hanc compoſitionem,vt quia fecit. R.pactum de nõ
agendo ad electionem,⁊ pactum facit capitulum de dando priora
tum,⁊ cuſtodiam:⁊ tunc contra ius ſuum inducta eſt ſola exceptio
pacti,ex quo ſibi non ſeruatur fides in dando , ipſe habet regreſ-
ſum ad antiquum ius:⁊ ſi opponatur de pacto,replicabitur de non
implemento.Nam ceſſante implemento pacti ex altera parte , da-
tur regreſſus ad antiquum ius.C.de tranſac.l.ſiue apud acta.ſ.de
iureiur.c.iij.Ad hoc,quia ſi filius impugnat teſtamentum,in quo
mater inſtituta adeundo confundit ſibi actiones,matri datur re-
greſſus ad antiquas actiones.C.de inoffi.teſta.l.maritus.Si mu-
lier nouauit etiam actionem,alteri promittendo animo nouandi,
quod vltra debebat,muliere ſeruante pactum:quia iuuetur Vel-
leiano,datur regreſſus in antiquum debitorem.ff.ad Velleianũ.l.
quamuis alias,ſi mulier.Et hec confirmant : quia in pactis fides
debet ſeruari:nec illis fides eſt ſeruanda,qui contra pacta verſan
tur,niſi cum actio eſt odioſa.C.de tranſa.cum mota.⁊ niſi in crimi
nalibus.C.ad Turpi.quamuis.Aut dices quod ex hac compoſi-
tione ius fuiſſet extinctum ipſum. R.antiqui ad electionem,⁊ ipſo
iure:quod eſt verum in iſtis beneficialibus:quia ius illud vt reale
tollitur ipſo iure:⁊ tunc ſaltem ex equitate , ex quo pacta ſibi non
ſeruantur ,debet reſtitui.ſ.de pactis.cum pridem.de renun.ſane.
Vel ius antiquum cogitur reſurgere,⁊ ſe in priſtinum ſtatum re-
ducere:vt.ff.de condi.ob cauſam.l.ſi quis.Et ſi omnis actio defice
ret,daretur actio de dolo.C.de tranſa.l.pridem.ff.de dolo.elegan-
ter.§.ſeruus.Soln. Dicit gl.contraria procedere,quando tranſa-
ctio,⁊ compoſitio eſt iniuncta ſimpliciter:quo caſu altero non ſer-
uante alter poteſt reſilire a tranſactione.Hic loquimur,⁊ intelligi
debet,quando eſt actum vt pena ſoluatur per non ſtantem tranſa
ctioni:⁊ eſt appoſita clauſula illa, Rato manente pacto : quo caſu
licet alter non ſeruet,nihiloſ minus pactũ remanet firmum. Ideo
cõpellitur pars,cui pactum eſt ruptum,ſtare pacto propter clau-
ſulam , nec aliquo caſu habet regreſſum ad antiquum ius : ⁊ hoc
operatur ius clauſule.Hanc etiam recitat Innocen.Non placet
hoc ad textum , quia non apparet hic quod pena fuerit adiecta:
nec eſt clauſula aliqua appoſita.Item dictum non eſt verum in ſe:
quia illud,quod dicitur clauſula. Rato manente pacto,tenere fir-
mum pactum:eſt verum ad commodum ſeruantis pactum,ad cu
ius commodum illa clauſula apponitur : ad commodum autem
rumpentis pactum ſecus eſt:quia non validat illi pactum,vel im
pedit reſolutionem pacti,ne introductum in eius odium,⁊c.de re
gulis iuris.quod ob gratiam.libro.vi.de legi.l.quod fauore.Sic
dicit Barto.ff.de tranſactio.l.i.§.qui fidem.quod not.⁊ not.gloſſ.
C.de iure emphyten.l.i.¶ Nota tamen bene gloſſ.que hic expreſſe
dicit contrarium,ſcilicet quod clauſula Rato manente pacto:con
firmat pactum,etiam ad commodum venientis contra pactum.
Ideo glo.ſoluit ſecundo,⁊ valde notabiliter : Quandoqꝫ renun-
tiatio iuris in compoſitione reſpectiuatur,⁊ reſpectiuari poteſt
ad dandum vel faciendum ex altera parte,vt quia poteſt condi-
tionem ⁊ modum recipere in reſpectu ad dandum vel faciendum:
⁊ ſic cadere poteſt ille cõtractus,facio vt des:vel,facio ſi des:⁊ hoc
caſu procedit quod cum non ſeruetur,pactum implens ex parte
ſua poteſt habere regreſſum ad ius antiquum.Sic loquuntur iu-
ra in contrarium allegata,que loquũtur in temporalibus,in qui-
bus omnis conditio,modus,⁊ pactum etiam temporalis dandi,
vel faciendi,licitum eſt.Quandoqꝫ renuntiatio iuris in compoſi-
tione non reſpectiuatur ad dandum vel faciendum ex altera par-
te,nec reſpectiuari poteſt:vt quia ius,quod renuntiatur,non re-
ſpicit modum,aut cõditionem reſpectu alterius implendi renun-
tiationem impellentia,ſed oportet quod renuntiatio ſit libera : et
tunc quia hic non cadit contractus innominatus aliquis,⁊ renun
tiatio ſit ſimpliciter,non propter aliquod implendum,licet nõ im
pleatur aliquid,ex quo propter illud non renuntiauit,nec renun

tiare potuit,non datur regreſſus de iure ad ius antiquum.Quod
nota,quia tranſactiones in ſpiritualibus,poſito quod aliquando
intercedant,non ſequuntur in hoc naturam tranſactionũ in tem-
poralibus:quia renuntiatio ſpiritualis iuris nullo modo occaſio
natur,vel occaſionari poteſt in reſpectu ad implendum ex altera
parte.bene nota:⁊ hanc recitat Inn.Hec ſolutio tollit omnia con
traria,ſed non tollit contrarium.ſ.de pactis.cum pridem.de re-
nun.ſane.in quibus loquitur etiam in renũtiatione ſpiritualium.
Ideo Inno.ſoluit quod illud ſibi fuit gratia ¶ Vel tertio quod
quandoqꝫ in compoſitione non eſt deuentum ad ſupplementum
aliquod ex altera parte,que non ſeruat pactum:⁊ tunc procedunt
iura,que dicunt quod poteſt habere recurſum ad ius antiquum
is,cui fides non ſeruatur.¶ Aut eſt deuentum ad aliquod imple
mentum ex parte ipſius,qui non ex toto ſeruat fidem,tamen fa-
cto implemento illud non permittit ſtabile : ⁊ tunc non datur re-
greſſus ad ius antiquum,ſed datur actio pro re euicta ſibi compe
tens:vt eſt caſus.C.de tranſactio.l.ſi pro fundo.hic deuentum eſt
ad implementum:quia prioratus ⁊ cuſtodia tradita fuit huic R.
ſeniori:vnde habuit poteſtatem agendi ad hoc.Non ergo reuerti
tur ad ius antiquum.Omnes iſte ſunt bone ſolutiones ad iura.ſ.
allegata:ſed ad.c.de pactis.cum pridem.adhuc nõ eſt reſponſum.
Dicit Hoſtien.quod quandoqꝫ in compoſitione aliquid eſt deter-
minatum a papa,in quo poſſit is,cui fides non ſeruatur,agere ad
implementum:⁊ actio antiqua ſibi extincta non reſtituitur:ſic lo-
quitur hic.Nam hic papa determinauerat prioratum ⁊ cuſtodiã,
pro tanto nõ datur regreſſus ad antiquum ius,cum haberet per
hoc ius ad illa agendi.Quandoqꝫ papa nihil determinauit im-
plendum,ſed in genere commendauit vt in aliquo prouiderent:⁊
tunc renuntianti datur regreſſus,ſi pacta non ſeruentur,ex quo
nullum habet remediũ pro implendo ab illa parte:quia nihil erat
determinatum:quod bene nota. ¶ Vel dicunt docto.ibi poſſedit
ius renuntiantis:hic non.Quid volunt iſti,aduerte ibi ſaltem re-
ſpectu poſſeſſionis,que nõ eſt quid ſpirituale,cadebat res ad dan
dum,vel faciendum:ideo renuntiatio licet nõ habeat regreſſum
ad ius proprietariũ,quia ſpirituale,habet reſpectum ad ius poſ-
ſeſſionis,quod non eſt ſpirituale.Sed nõ placet hoc:quia hec poſ
ſeſſio ad ſpirituale cenſetur quid ſpirituale.Docto.de iudi.c.fina.
glo.in.c.literas.de iura.cal.⁊ de elect.cum dilecti.per glo. Archi.
de reſtitu.ſpol.frequens.lib.vi.ideo ſolutio non placet.Vel dicunt
non reſtituitur ibi ad eccleſiam.ſed ad interdictũ vnde vi.in quo
poterat etiam hec res cadere.¶ Conclude.ſi queritur an renun-
tianti ius ſuum detur regreſſus ad antiquum aduerſa parte
pactum non ſeruante : aut ex renuntiatione non eſt ex toto ⁊ ipſo
iure perditum ius:⁊ datur regreſſus ad antiquum ius.Si oppo-
natur de pacto,replicabunt de non obſeruatione. Quandoqꝫ ius
eſt ex toto extinctum:⁊ tunc aut pro parte non perfecte ſeruantis
eſt deuentum ad aliquod implementum,licet non perfectum:tunc
non datur regreſſus ad ius renuntiatum:ſed agitur de euictione
vel pro illo iure ſibi queſito conſeruando.Aut non eſt deuentum
ad aliquod implementum:⁊ tunc aut eſt tale ius,quod integrari ⁊
reſpectiuari poteſt ad implementum alterius partis:⁊ tunc pote-
rit agi,vt ſe reponat in priſtinum ius:vt.d.l.ſi quis.ff.de condi.ob
cauſam.Aut eſt tale ius,in quo non cadit contractus innomina-
tus,quia non poteſt reſpectiuari ad implementum ab illa parte:⁊
tunc aut in conuentionem pro implendo:vel alia parte eſt aliquid
certum deductum in promiſſum,ita quod eſt deuentum ad ſpecia
lem promiſſionem:⁊ tunc quia ad illud põt agi,non datur ex equi
tate regreſſum ad ius antiquum:⁊ eſt caſus hic.Aut aliquid cer-
tum non eſt in conuentionem deductum : ⁊ tunc quia reſtituitur
omni remedio,⁊ deceptus eſt renuntians,ius ex equitate dat ſibi
aut officium iudicis:aut vtiliter reſurgit ius antiquum,⁊ ex tenu
cuius agere poteſt ad antiquum ius,⁊ ſuam indemnitatem ſerua-
re:vt dicto cap.cum pridem.Et ſi dicas,ex quo renuntiatio eſt li-
bera,nec in aliquo reſpectiuatur ad implendum ex altera parte,
que equitas quod propter non implemẽtum reintegratur ad ius
antiquum,ex quo propter non implere renuntiauit,nec renuntia-
re potuit:Dicas quod licet hec non debet eſſe mens partiũ,mens
eſt tamen ſuperioris componentis,in quo ceſſat ſimonia.Ratio,
quia fallit ſaltem ſuperior principaliter conuentionem facientem,
29 datur regreſſus.ad hoc de preben.niſi.¶ †Venio ad tertiam par-
tem,ſcilicet ad appellationẽ reiectam:⁊ hoc obuiat extra glo.quia
ſi non intererat iſtius R.iam non debebat etiam admitti ad dicẽ-
dum de interdicto:⁊ cauſam admittit,vt.ſ.patet.Soln.Duo op-
ponebat,appellationem,⁊ in hac cauſabat intereſſe priuatum ele-
ctionis:ab hoc repellitur,quia nullum ius habebat in electione:⁊
ſic priuate non intererat.Sed opponebat de ſuſpenſione : ⁊ in hoc
non cauſabat aliquod ius priuatum,ſed publicum,ne abbas,qui
nullum ius habebat,preficeretur ſibi,quia monachus erat : ideo
admittitur ratione intereſſe publici : de quo de accuſa.ſuper his.
Quod not.quia quis eadem inſtantia poteſt conſequi nullitatem
electio

electionis,proſequendo priuatum,⁊ publicum intereſſe: et ſic ſi ille
iura poteſt etiam in iudicium deducere ſimul excipiendo:⁊ licet re-
30 pellatur ab vno iure,per hoc non repellitur ab alio iure. ¶ †Se-
cundo obuiat quod cum hic eſſent due defenſiones ad idem,ſcili-
cet ad electionem eandem,debuit papa ſuper toto pronuntiare,
non per partes.C.ſi aduer.rem iudi.l.j.debet enim ſententia con-
gruere petitioni:vt plene not.de re iudica.cum inter vos.Solu.
Dic,quandoq; plures deducuntur articuli,⁊ vinci ſi in iudicio,⁊
non connexi:quia tunc tot ſunt libelli,quot ſunt articuli.ff.de ver-
borum obliga.l.ſcire debemus.valet ſententia per partes lata.Sic
debet ⁊ poteſt intelligi.ff.de mino.l.iij.in fin.familie erciſ.l.ij.§.du
31 bitandum. ¶ †Quandoq; vnus ⁊ idem eſt articulus:⁊ tunc non
poteſt ſententias per partes ferre,quin ſaltem eadem die ſup-
pleatur quod defecit.ff.de re iudi.l.Paulus.ff.fami.erciſ.l.in hoc
32 iudicio.†Quandoq; deducuntur plures articuli habentes aliquã
connexitatem,ſaltem reſpectu eiuſdem finis:⁊ tunc aut de vtroq;
ſtatim conſtat,vel poteſt conſtare faciliter: et non eſt per partes
pronuntiandum.Aut de vno ſtatim poteſt conſtare,de altero nõ:
⁊ tunc de eo,de quo ſtatim cõſtat,poteſt,⁊ debet iudex ſtatim pro-
nuntiare,altero dilato,de quo ſic faciliter nõ poteſt conſtare.Per
hoc dicit Innocen.quod ſi petantur centum,iudex nõ poteſt pro-
nuntiare ſuper quinquaginta,niſi quinquaginta renuntiet.Per
que dicit hic Vin.⁊ Inno.quod vbi de vna exceptione poteſt no-
torie conſtare ſine probationibus facta,puta per iura tantum,ex
quo factum eſt notum iudici,de hac poteſt,⁊ debet iudex ſtatim iu
dicare.Secus ſi occurrit dubium facti,de quo de facili non poteſt
iudici liquere.Iura ergo,quia certa,⁊ nota ſunt,poteſt ſupplere,
ſed non de facto.Non obſtat quod dicitur in poteſtate iudicis fa-
ctum,ſed non ius authoritate.ff.ad municip.l.ordine.Dic quod
factum indagando eſt in poteſtate iudicis parte inſtante,iure ſup-
plendo,⁊ allegando,⁊ per ipſum pronuntiando,adhuc eſt in pote-
ſtate iudicis,vt in contrarie:ſed contra illud aliquid agendo,vel
ſententiando,non eſt in eius poteſtate:⁊ ſic loquitur hic:ideo quia
conſtituit appellationem nullam,ideo ſi hic pronuntiat ſuper ſuſpẽ
ſione,de qua non conſtat,ſuſpẽdit:illa enim in tantum electionem
impedit,quod etiam poſt confirmationem de ea agens audiretur.
de appella.conſtitutus.ij.⁊ etiam excipiendo.de accuſa.ſuper his.
33 ſecundum caſum illum. ¶ †Venio ad examinationem probatio-
nis a interdicti:⁊ hec probatio fuit facta per literam capituli.
¶ Oppo.cum gloſſ.quibus forte ⁊c.quod literis capituli non ſit
fides adhibenda,cum negotium ad ipſum non ſpectaret,⁊ non ha-
beat capitulum vim publice perſone,ita quod poſſit facere inſtru-
menta.Solu.Dicit glo.quod forte negotiũ ſibi erat commiſſum:
ideo ſuis literis creditur.de proba.poſt ceſſionem.xix. queſtione
ſecunda.ſtatuimus.Vel ſecundum docto.erant litere teſtimonia-
les,⁊ ad inſtãtiam R.ſenioris.Dic quod quedam ſunt litere pro-
mulgatorie,aut atteſtantes de his,que ſunt officij proprij:⁊ tali-
bus fides adhibetur,donec probetur contrarium.Quod intelli-
ge in leuibus:alias aliqualem preſumptionem,vt hic: que tamen
ex alia preſumptione tollitur:de quo dic vt de proba.poſt ceſſio-
nem. ¶ Quedam ſunt litere teſtimoniales,que ſiunt a capitulo
vel epiſcopo:⁊ tales nõ plene probant,ſed faciunt aliqualem pre-
ſumptionem:quod bene nota:quia alibi nõ habes ſic clarum tex.
34 ¶ †Oppo.cum gl.que incipit,hic concurrit ⁊c.quod vbi due pre-
ſumptiones concurrunt,vna vincat aliam:vt patet de preſumpt.
literas.Soluit gl.declarando primo tex.qualiter preſumptiones
he concurrant:⁊ nota eam iuncto tex.quod preſumitur pro geſtis
ab ordinario quod iuſte ſint geſta,⁊ quo ad inſtantiam intrinſe-
cam,⁊ quo ad locum,⁊ tempus:de quo de eo,qui fur.or.recc.inno-
tuit.Ad contrarium reſpondet quod ſi concurrunt due preſum-
ptiones,vna alteri non preponderat,⁊ neutra tollitur.Si alteri
35 preponderat,illa tollit alteram,⁊ preponderanti ſtaretur. ¶ †Ve
nio ad quartum,⁊ ad commiſſionem,⁊ oppo.quod ex quo interdi-
ctum non fuit probatum contra electionem,quod contra R.ſenio
rem actorem debuerit ferri ſententia: quia actore non probante,
⁊c.de proba.ex literis.Solu.Dicit glo.quod hoc faciendum erat:
ſed hoc ſecus factum fuit.Dicit hic Ioan.Andre.quod nondum
erat in cauſa concluſum:vel papa ſuppleuit ex officio,ne iſte per
ſubreptionem obtineret:et hoc poteſt eſſe.Vel dic quod dicitur,
Actore non probante:eſt verum,quando concluſum eſt in cauſa,⁊
omnino actor deſperat de probatione:ſecus ſi ſperat,⁊ negotium
agitatur in curia:quo caſu ex quo aſſerit ſe ad partes probaturũ,
ibi debet cauſa committi. ¶ Quero,per quos fiet electio. Dicit
gloſſ.quod ex quo impersonaliter loquitur,nec declarat per quos
poſſit prouideri,debet intelligere mandaſſe illis,quibus alias cõ-
petit de iure.quod nota.

1 ☞ Electio de eo qui non habet ſufficientem ſcientiam caſſatur.
2 Adminiſtrationem non recipit electus ante confirmationem.
3 Iuramẽta a clericis exigere,eſt de adminiſtratore rerum eccleſie.
4 Promotus deponitur duabus cauſis.
5 Actu irritato cenſetur etiam caſſatum id,quod ex eo deſcendit.
6 Aſſerenti ſe confirmatum non creditur.
7 Electio eſt irrita ratione defectus ſcientie.
8 Soluens non confirmato,non liberatur.
9 Inſtallari ſe permittens ante confirmationem, non priuatur iure.
10 Soluens non confirmato,an liberetur,etiam ſi ſoluat eccleſie debitum.
11 Electus ſe ingerens adminiſtrationi,an puniatur.
12 Electus ſua beneficia conferens poteſt illa repetere caſſata electione.

1 Qualiter. ¶ †Si electus ſufficientem non ha-
bet ſcientiam,vel ante confirmatio-
nem ipſius adminiſtrat,caſſatur ipſius electio:⁊ facit
contra vtranq; partem rubrice.hoc dicit. ¶ In pri-
ma ponit cauſas electionis.In ſecunda caſſat electionem.Secun-
2 da ibi:electionem. ¶ †Not.primo quod ante confirmationem ele-
ctionis non recipit adminiſtrationem. Ad idem.ſ.eodem.tranſ-
3 miſſam.⁊ cap.ſuffraganeis.⁊.c.noſti. ¶ †Secundo nota quod de
adminiſtratore rerum eccleſie, eſt a clericis exigere iuramenta.
4 ¶ Tertio nota tex.ibi: non attendens. ¶ †Quarto nota duas
cauſas,ex quibus quis deponitur:defectus ſcientie,⁊ adminiſtra-
5 tionis aſſumptio ante confirmationem. ¶ †Not.quinto quod ali-
6 quo caſſato,⁊ omne ad illud conſecutiuom irritatur. ¶ †Quero
an dicenti ſe confirmatum credatur.Non in cathedralibus,et re-
gularibus eccleſijs,niſi literas confirmationis vel promotionis
7 oſtendat:vt in extrauaganti Bonifacij,iniuncte nobis. ¶ †Que-
ro an ſit irrita,vel irritanda.Dic quod irrita eſt quo ad defectum
ſcientie.ſ.eodem bone.quo ad delictum ſuſpicionis adminiſtra-
8 tionis eſt irritanda:⁊ ſic ſtat propole:de quo.ſ.c.bone. ¶ †An li-
beratur tali non confirmato ſoluens,qui ſe ingeſſit adminiſtra-
tioni.Dic quod non.ſ.de iureiur.cum te.Sed ſi ipſe ſoluit alijs,
liberabitur eccleſia: quia etiam inuito aliquo poſſum ſoluendo
ipſum liberare.ff.de ſolutio.l. ſolutum.ſecundum Pet.⁊ Abba.
9 ¶ †Quero an ſi preſens electus ante confirmationem permittat
ſe inſtallari,incurrat hanc penam.Dic quod non:quia per hoc nõ
adminiſtrat.Item quia ſi habet conſuetudo vt inſtalletur,vnde
excuſatur propter generalem conſuetudinem,que habet inſtalla-
re tales preſentes:quia minime ſunt immutanda,⁊c.ff.de legi.l.mi
nime.ff.de acquirenda hereditate.l.pro herede.Nec obſtat.ſ.eod.
10 eccleſia.vt ibi not.†An tali non confirmato recte ſoluatur a debi
toribus.Dic quod non:quia nõ habet adminiſtrationem: ⁊ onus
non remittitur,ſed augetur,⁊c.de iureiur.cum te.Si tamen ij ſe
ſoluat debitum eccleſie liberat:quia inuito debitore ſoluendo po-
teſt liberari.ff.de ſolu.l.ſolutionem.Textus ibi:olenm:ſic repetit,
vt includat que fecit alijs,⁊ que alij fecerunt.Et vide quod not.de
no.ope.nun.c. ſecundo.ſuper ver.Hoſtienſis dicit quod primum
11 reſpicit,coniuncta ea,que ſunt ſeparata. ¶ †Glo.facit tria.Pri-
mo oppo.ſ.eodem. quod ſicut.⁊.c.nihil.Dic quod ibi ſpeciale:⁊ ta
men nil poteſt de temporalibus alienare.Et illud fuit ſtatutum,
ne nimia ſubtilitas,⁊c.Quid ſi electus ſe ingerit adminiſtrationi
rerum periturarum eccleſie,non vt prelatus,ſed vt canonicus,ne
pereant,an habeat locum decreta.Gloſſ.dicit quod non incurrat
hanc penam : arg.ff.de acquirenda hereditate.l.pro herede.cum
ſimili.Dicit tamẽ cautius eſſe quod abſtineat,ſi eſt alius,qui hoc
faciat:quia etiam minimam rem attingens hereditatis,videtur
adire hereditatem.ff.de acquirenda hereditate.§.ſi quis ſeruus.
ſecundum glo.Dicit Goffr.quod cautius eſt quod hoc gerat per
alium.Vide conſilium,quod non ſe ingerat:ſi tamen ſe ingerat,et
ſiat proteſtatio qđ non animo adminiſtrandi,non incurrit penam
ſecundum Hoſtien.Hodie vero dic vt in.c.auaritie.eodem titulo.
12 libro.vi.vbi ipſe non priuatur. ¶ †Oppo.vltima glo.quod geſta
ab vno,qui nõ habet poteſtatem,non ſunt nulla: vt patet.iij.que-
ſtione.vij.§.verum.⁊.§.tria.ſ.de iure pa.conſultationibus.Gloſſ.
non ſoluit.Dic vt ibi,aut facta eſt cõfirmatio:⁊ ſic toleratur pro-
pter communem tolerantiam,⁊ quaſi poſſeſſionem,⁊ valent geſta
ab eo.Secus ſi ante cõfirmationem:quia nullam habet poſſeſſio-
nem coloratam adminiſtrandi,nec authoritatis : ideo caſſata ele-
ctione,⁊ omne ex ea ſecutum.Per hoc dicit Compo.quod ſi ante
confirmationem contuliſſet ſua beneficia,poſſet illa petere, quia
nondum habebat aliquam poteſtatem.Secus ſi ea cõtuliſſet poſt
confirmationem:quia caſſata ſua electione,illa non poſſet repete-
re.Ad hoc.ſ.eo.nihil.⁊ quod ibi not.Tu dic vt de preben.ſi bene-
ficia.lib.vj. Antonius de Butrio.

1 ☞ Canonici non vocandum vocantes,eundem expectare debent.
2 Vocato voluntarie tribuitur ius in electione.

3 Electio fieri poteſt de licentia pape vocato vocando, non expe-
ctato.
4 Vocandus non eſt ad electionem, qui longe diſtat.
6 Electo currit tempus a tempore preſentationis literarum.
7 Vocatio moroſa eſt eccleſiis periculoſa, et ſuſpecta.
8 Electionis actus debet cõtinere inuocationem Spiritus ſancti.
9 Electioni requiritur conſenſus laici ex conſuetudine.
10 Papa vacante regno ſuccedit.
11 Poteſtates propter vnionem accidentalem non alterantur.
12 Electio fieri poteſt decano abſente.
13 Poteſtatis exercende modum non alterat vnio diuerſarum po-
teſtatum.
14 Papa quo iure vice regis conſentiebat electioni.
15 Conſenſus regis quo iure requiratur in electione.
16 Abſentes de quo loco ſint vocandi ad electionem.
17 Vacationem ſcientes an ſint vocandi.
18 Sententia poteſt ferri extra locum compromiſſi quandoque.
19 Electio facta non expectatis vocatis non vocandis an valeat.
20 Doctor diſputans quando diſputationem tradere teneatur.
21 Conſenſus pape an habeatur pro confirmatione.

Cum inter. ¶ † Qui vocant ad electionem
non vocandum, illum expecta-
re tenentur, niſi a papa de hoc fuerint abſoluti. h. d. ſe
cundum vnum intellectum. Vel ſecundum alium, et
verius: Qui vocant ad electionem canonicum non vocandum, ſi
procedant ad electionem canonicam, eo non expectato, propter pe
riculũ more, valet electio: vocatus tamẽ agit ad intereſſe. ¶ Po-
nit primo, ſupplicationem capitali, quam iuſtificat. Secundo cau
ſam reddens eam admittit, ibi: quia vero. ¶ † Nota ſecundum
vnum intellectum, quod ex vocatione voluntaria non vocandi tri
buitur ius vocato, vt non valeat electio, niſi ad terminum voca-
3 tionis expectetur. ¶ † Nota quod etiam vocato non expectato,
4 poteſt fieri electio de licentia Romani pontificis. ¶ † Nota tertio
quod diſtans per duodecim dietas, ad actum electionis non eſt
5 vocandus. ¶ † Nota quarto quod in actu electionis abſentes, nõ
6 nimium diſtantes, ſunt vocandi. ¶ † Nota quinto quod termi-
7 nus debet currere a tempore preſentationis literarum ¶ † Nota
ſexto quod moroſa vocatio eccleſiis eſt periculoſa, et ſuſpecta.
8 ¶ † Nota ſeptimo quod in electionibus debet premitti inuocatio
9 Spiritus ſancti. Ad hoc. ſ. eo. cum terra. ¶ † Nota octauo quod
licet electionis ſubſtantia non dependeat a conſenſu laici, poſt
eam tamen perfectam ad eius bene eſſe requiri poteſt ex conſuetu
10 dine laici conſenſus. Concordat. ſ. eod. cum terra. ¶ † Nota nono
quod in aſſenſu laici regis preſtando electioni, ſuccedit papa va-
11 cante regno. ¶ † Nota quod propter accidentalem vnionem po-
teſtatum in diuerſis perſonis originem habentium non alteran-
tur poteſtates, nec altera ad alterius naturam attrahitur, vel vni
tur, ſed qualibet ſuam vim retinente, facit perſonam, in quam
12 vniuntur, loco diuerſarum perſonarum cenſeri. ¶ † Nota quod
abſente decano poteſt fieri electio: licet ſit honorabilior pars capi-
13 tuli: et hoc colligit gloſſ. ¶ † Nota quod vnio diuerſarum poteſta-
tum diuerſi iuris in eadem perſona non vnit, nec alterat modum
poteſtatis exercende, ſed facit eandem perſonam in exercitu pote-
ſtatis loco plurium cenſeri: etiam ſicut facit quod ex deuolutione
poteſtatis conſentiendi ad illum, qui habet poteſtatem confirman
di, nouatur etiam modus prouidendi in aduerſam ſpeciem.
14 ¶ † Quero quo iure vice regis papa conſentiebat. Dic quod va
cabat regnum Apulie, in quo ſuccedebat papa. ſ. de fo. competen.
licet. ſecundum Hoſti. et Abba. vel erat vltra mare, vel erat ſchiſ-
maticus, vel rebellis, ſecundum Bo. vel ſecundum Vincen. rex
paruulus erat. Et ex hoc arguit quod ſi filius feudatarii paruulus
eſt, omnes, qui ei tenentur ad fidelitatem, iurare debent domino
feudi, et ab eo recipere inueſtituram: quod non credit, ſed hoc fa-
cient tutori, donec ille perueniat ad etatem. ſ. de etate et qualitate.
15 ex ratione. ¶ † Quero, quo iure tenebatur iſte requirere conſen-
ſum regis. Dic forte propter feudum, quod tenebat eccleſia, vel
erat talis conſuetudo. ſupra eodem. cum terra. infra eodem. quod
16 ſicut. vel rex erat patronus. ſ. eodem. ſacroſancta. ¶ † Hic gl. tan-
git aliqua dubia. Primũ, de quo loco remoto ſunt vocandi abſen
tes. Arguit quod vocandi ſunt de tam remoto, quam diſtat Me
diolanum a Genua. lxiii. diſtinct. quanto. ſed non ſunt vocandi de
tam remoto loco, ſicut eſt a Capua ad Palermum. Aliũ, quod vo
catio eſt facienda de his, qui ſunt in prouincia. C. de long. tempo.
preſcriptio. l. fina. vbi dicuntur abſentes exiſtentes extra prouin-
ciam. Ad hoc. ſ. eodem. Titius. et c. bone et c. in Geneſi. ¶ Glo. con
cludit ſtandum conſuetudini de quam remoto loco vocentur. Al-
legat dictum. c. in Geneſi. Docto. hic nihil dicunt. Dic, ſi eſt con-
ſuetudo, ſeruãda eſt in talibus: quia diſponere poteſt etiam de vo-
candis vel non vocandis. de preben. cum eccleſia. lib. vi. Si non eſt
conſuetudo, glo. hic vult vocari omnes de prouincia. Dic vocan-
dos abſentes, qui commode vocari poſſunt ad electionem. Et qui
dicantur commode vel incommode vocari poſſe, relinquitur ar-
bitrio iudicis. Videbitur quid dicendum. ſ. eod. coram. Quid in
aliis actibus? Dicit gl. quod non ſunt vocandi abſentes, dum ta-
men due partes ſint preſentes. Allegat authenti. hoc ius porre-
ctum. Requiritur tamen quod due partes ſint preſentes, prout
dicit glo. In aliis actibus abſentes non vocandos, bene dicit, ſal-
uis caſibus not. in. c. preſentium. ſ. glo. ibidem reſidentium: de te-
ſtibus. et in. c. quamuis. de offic. ordina. libro. vi. in glo. prout etiam
et in eo, quod dicit duas partes eſſe preſentes: idem notat gloſſ. ſ.
eodem. c. licet de vitanda. Sed dic quod in aliis actibus due par-
tes de vocandis debent eſſe preſentes in actu. Sed due partes cõ-
putatis abſentibus non, quia illi non ſunt de vocandis: quia ab-
ſentes ſunt vocandi, ſi ſunt in loco, de quo vocari debent: et ſic not.
17 de his, que ſi. a prela. ca. i. ¶ † Venio ad gloſſ. que eſt ſuper verbo
Cognouerunt. et quero an vocandi ſint, qui ſciunt vacationem, et
non veniunt. Videtur quod nõ: quia qui certus eſt, certiorari non
debet. ff. de actio. empti. l. i. in fin. quia non eſt expectandus, qui
in culpa eſt, ne ad ipſum perueniat edictum: vt lite non conteſta.
quoniam. §. i. Gloſſ. dicit quod putat vocandos, ſi ſunt in loco, be-
ne ſunt vocandi: quia licet ſciant eccleſiã vacare, et electionem fieri
debere, neſciunt quando fieri debeat. Hoc tenent docto. quia con-
cilium, quia propter. dicit abſentes vocandos indiſtincte. Et hoc
tutius: quia licet ſciant eccleſiam vacare, forte diem ignorant ele-
ctionis fiende: ar. ff. de adulteriis. l. denũtiaſſe. imo et ſi diem ſciunt,
vocandi ſunt, ſecundum Compoſ. niſi aſſignationi interfuiſſent,
vel ad ſtatuendum vocati fuiſſent. Quod intellige. infra eodem ec
cleſia. el. ii. ſuper. ii. gloſſ. et ſi ſufficeret citationem in eccleſia loci, in
quo moratur publice faciendam, ne cauſari valeat ſe contemptum
ſ. de dolo et contuma. c. fina. et ad idem cle. cauſam. de elect. cum ſi-
mili. ¶ Gloſſa reuerſi. in fin. Dic, preſumitur potuiſſe reuertiſſe,
18 ſicut alius: ſed ibi fuerat impeditus. de quo ibi in glo. ¶ † Eadem
gloſſ. oppo. de. l. ſi cum dies. §. penulti. ff. de arbi. Gloſſ. non ſoluit.
Solu. ſecundum Pe. ibi loquitur de arbitro, qui poteſt ſedere in
19 loco in quo vna pars commodius poteſt venire, quã alia. ¶ † Gl.
penult. querit quid ſi non habuiſſent mandatum pape, vt non ex-
pectatis vocatis eligerent: an poſſint eligere vocatis non vocan-
dis non expectatis. Arguit primo quod ſic: quia ex quo illos vo-
care non tenebantur, nullum ius erat queſitum niſi intereſſe: igi-
tur poterat reuocari, ex quo ius non erat queſitum. ff. de condi. ob
cauſam. l. ſi pecuniam. Secundo, quia gratioſe vocabantur: et cui-
libet licitum eſt ſuam gratiam reuocare, quando libet: quia ius
alteri non eſt queſitum: de verborum ſignifica. abbate. cum ſimili.
In contrarium, quia ex quo illos admiſerunt, ius eſt eis queſitũ,
et ſic non poſſunt reuocare. ff. de ſerui. vr. predi. l. per fundum. in-
fra eodem. cum in veteri. Item eo quod illos vocauerunt, quaſi
renunciare videbantur potentie, que in eos ſolide reſidebat, vt
procedere non poſſent ſine illis. Ad hoc. ſ. de officio dele. cum ſu
per. ¶ Item quia etiam ius gratioſe conceſſum, ex quo alteri ius
eſt queſitum, non debet intempeſtiue reuocari: de commo. c. i. cum
ſimili. dicit glo. Inno. dicit quod poterunt eligere ſine mandato
pape: quia ex tali vocatione nullum ius queſitum eſt, ex quo de
iure non debent vocari. Dicit gloſſ. quod ſi non ſubeſt periculum
vacationis eccleſie in mora, ſunt expectandi: ſi ſubeſt periculum,
non ſunt expectandi, et poſſunt eligere ſine mandato pape. Et hic
ideo poterant recedere, quia papa mandauit, vel quia periculum
erat in mora. Hoſtien. Compoſ. et Pe. de ſanct. dicunt quod valet
electio facta illis non expectatis, qui non erant vocandi, cum con-
tra aliquam conſtitutionem non ſit facta cum vocatis non vocan
dis, quos non expectauerunt, tenentur ad intereſſe, ſi fecerunt ex-
penſas: nam poteſt mandatum eſſe reuocatum, et durat actio man
dati pro his que mandatarius expendit. ff. manda. l. ſi pendente.
in princip. ff. de condi. ob cauſam. l. ſi pecuniam. Allegata hec fue-
runt ad queſtionem diſputatam per Ioan. Andream in regula
20 Acceſſorium. de regulis iuris. lib. vi. † Vtrum doctor diſputans,
qui ex forma ſtatuti tenetur diſputare, et diſputationem tradere,
an ſi diſputet non neceſſitatus, quia ſemel diſputauerit, tenetur
21 diſputationem tradere. ¶ † Querit vltima gl. an conſenſus pape
habeatur pro confirmatione. Dicit glo. quod non: quia non con-
ſentit vt papa, ſed vt rex, et vt papa confirmat. Et ſic patet quod
vbi iura habentia originem in perſonis diuerſis ad vnum redu-
cuntur, faciunt ipſum cenſeri loco diuerſorũ, nec in actu, vel exer-
citio tales poteſtates vt ſeparate nature vniuntur.

1 ☞ Appellatione ſiat electio niſi canonica, an valeat.
2 Appellatione pendente attentata quando retractanda.
3 Attentatum poſt appellationem non dicitur ipſo iure nullum.
4 Negatiuam ponit factum opponens, ex quo ſequitur negatiua.
5 Appellatio ne vlla ſiat electio niſi canonica, eſt dicere, appello vt
ſiat ca

ſiat canonica.
6 Electio eſt in choro facienda.
7 Capitulo ſemel congregato,ſi aliqui recedant,potentie capitulares reſident in remanentibus.
Electio deuoluitur ad alios de capitulo propter delictum.
8 Concorditer quando quid fieri dicatur.
9 Iudex ex officio ſupplere in quibus poſſit.
10 Iudex ex quo caſu inquirere poteſt,infamia non precedente.
Promouendus debet ante omnia examinari.
11 Clauſula Cito fieri,importat quod fiet excluſa cauſe cognitione.
12 Scientia ſufficit quod ſit eminens in promouendo.
13 Promouendi ſufficientia vel inſufficientia quomodo probetur.
14 Negatiua qua ratione poſſit probari.
15 Superior promouens aliquem duo penſare debet.
16 Canones quando ſeruari dicantur.
17 Neceſſitas ſeu vtilitas euidens ſufficit ad diſpenſationem.
18 Electio de eo,quem non conſtat habilem,quo caſu valeat.
19 Procurator ſimpliciter conſtitutus non dicitur habere liberã ⁊c.
20 Prelatus habet liberam poteſtatem adminiſtrandi,non tamen is qui ponitur loco prelati.
21 Prelatus quando habeat liberam adminiſtrationem non confirmatus.
22 Appellatio non annullat actum poſt appellationem factum.
Appellatio quod non fiat electio niſi canonica,quando ſit fruſtratoria.
23 Attentata poſt appellationem,quando retractentur.26.
24 Appellatio ne in canonicum recipiatur excommunicatus, an valeat.
Excommunicatus occulte poteſt eligi,⁊ in canonicum recipi.
25 Appellatio ab executore ne prebendam non vacantem conferat,ſi vacantem confert,non dicitur innouaſſe.
27 Appellanti incumbit onus probandi grauamina de preſenti.
28 Appellatio ne fiat electio certo tempore vel loco eo an valeat.
29 Nunciatio noui operis,etiam iniuſta,valet.
30 Appellatio iniuſta,⁊ non cauſata,non valet.
31 Electio non debet fieri ante terminum trium menſium.
32 Abſentes quando poſſint in negligentia conſtitui.
33 Capituli que pars poſſit alteram in negligentia conſtituere.
34 Capituli altera pars quomodo alteram requirat ad electionem.
35 Capituli pars ſi alteram vocet ad certum diem qua hora debeant comparere.
36 Iudex ſupremus que ſuppleat de facto ⁊ que non.
37 Papa quomodo poteſt ſupplere ea,que ſunt facti in promouẽdo.
38 Electio an admittatur ſi electus non ſit legitime etatis.
Diſpenſatio contra canones non dicitur,vbi eſt cõceſſa ex cauſa.
39 Electio de perſona minori triginta annis quando dicatur per papam confirmata.
40 Procurator cum libera quid poſſit.

Cum nobis. ¶ Non inſpicimus an poſt appellationem,ſed an contra ipſam fuerit electio celebrata. ¶ Secundo quod penes vocãtes remanet ius eligendi,ſi alij vocati ad electionem venire contemnant. ¶ Tertio quod ad officium confirmationis ſpectat inquirere de perſona electa,etiam nemine ſe opponente. Et primo ponitur allegatio contra electum. Secunda ibi:ſed contra.allegatio pro electo. Tertia ibi: his igitur.ipſius examinatio. Quarta ibi:nos.eccleſie procuratoris commiſſio.ſecundum Hoſti. ¶ Caſus. Vacante eccleſia Capuana mandatum fuit per papam in illis partibus prope exiſtentem capitulo Capuano,vt procederent ad electionem:capitulum facta vocatione ad electionem,prout ibi moris eſt,dum vellent aliqui nominare quendam,ſubaudi in epiſcopum,hoc diſplicente archidiacono,et quibuſdam fautoribus eius,ipſi exiuerunt capitulum,⁊ interpoſuerunt appellationem,quod ad electionem,niſi canonicam,procedi non deberet: tandem predicti proceſſerunt ad electionem,et quendam elegerunt in epiſcopũ:preſentata electione pape,vt confirmaretur,fuit oppoſitum,electionẽ non valere,qꝛ contra appellationem. Item qꝛ a minori parte capituli,eo qꝺ pars minor fuerat illa,que remanſerat in capitulo:ex altera parte fuit allegatum electionem legitimam:qꝛ appellatũ,ne niſi canonica fieret electio: ſed non fuit non canonica,ſed canonica: vnde dato quod poſt appellationem,non tamen contra:⁊ ſic valebat. ¶ Item nõ obſtante qꝺ a maiori parte,quia aliorum erat negligentia conuicta ab eo, qꝛ non voluerunt intereſſe,licet eſſent vocandi:⁊ ipſi ad eligẽdum
1 neceſſitabantur,pape mandato,⁊c. ¶ †Not.qꝺ valet hec appellatio,ne fiat electio niſi canonica:⁊ non valet hec,ne fiat electio. Primum conſonat iuri,ſecundũ repugnat:⁊ ſic appellatio cõtra iura non valet. Hodie aũt hec appellatio non tenet:vt patet de appel. cordi.lib.vj.quia cauſa debet ſpecifice exprimi. De quo tamen dic vt ibi:⁊ vide glo.ſ.eo.conſiderauimus.⁊ vide Innoc.de noui oper.nun.c.j.vbi dicit qꝺ valet hec appellatio,qꝛ me grauas. Sed hoc
2 communiter damnatur. ¶ †Not.ſecundo qualiter debeat intelligi regula,que dicit, Appellatione pendente omnia retractanda: quia id eſt verum,quando id eſt attentatum poſt,⁊ contra appellationem,⁊ ſic contradicat appellationi,⁊ cauſe appellandi: ſecus ſi non contradicat,ſed conſonet appellationi. Et procedit hoc,maxime in appellatione extraiudiciali:in iudiciali autem vide quod ſcripſi de appel.conſuluit.⁊ qꝺ notabitur.j.eod.cum inter canoni-
3 cos. ¶ †No.tertio attentatum poſt,⁊ contra appellationem,quãquã extraiudicialem,non eſſe nullum ipſo iure. Quod intellige ſi cauſa,propter quã,de ſe concluderet nullitatem. De quo vide in
4 c.conſiderauimus.ſ.eo.⁊.j.eo.auditis. ¶ †Not.quarto qꝺ oppo-
5 nens factũ,ex quo ſequitur negatiua,ponit negatiuam. ¶ †Unde hec appellatio,ne vlla fiat electio,niſi canonica:eſt dicere, Appello vt fiat canonica. Melius not.qꝺ dictio Niſi ſequens negatiuã, ponit formaliter id,cuius contra eſt poſitum in precedenti nega-
6 tiua. ¶ Venio ad verſi.item cum. ¶ †Not.primo argu.qꝺ electio
7 eſt facienda in choro. ¶ †Not.ſecundo qꝺ ſemel capitulo congregato,ſi aliqui negligenter recedunt,potentie capitulares reſident in remanẽtibus,⁊ remanentes,eo quod reuocant recedentes,eos conuincunt de negligentia,⁊ ad ſe poteſtatem deuoluunt eligendi. Et ſic habes qꝺ quandoq; ad aliquos de capitulo deuoluitur poteſtas capitularis propter delictum: de poſtu.prela.gratum. Quandoq; ad aliquos deuoluitur propter negligentiam: vt hic.
8 ¶ †Not.tertio qꝺ id dicitur concorditer fieri,quando ſit de concordia illorũ,ad quos eſt deuoluta poteſtas capituli,licet alij poteſtate priuati nõ conſentiant. De hoc.ſ.c.proximo. ¶ Venio ad
9 ver.his igitur. ¶ †Not.primo qꝺ in tangentibus publicam vtilitatem iudex,etiam inchoata tela priuata,poteſt,⁊ debet ſupple-
10 re ex ſuo officio. ¶ †Et no.qꝺ vbicunq; quis habet aliquem promouere,⁊ de iure illi manum imponere,ſemper habet ipſum ante examinare. Et habes vnum caſum,in quo iudex inquirit nõ precedente infamia. Et in hac parte decre.⁊ ſimiles ſunt gloſſate per Innocen.in.§.j.ſ.de poſtula.prela.quia electio.⁊ quomodo in tali
11 inquiſitione ſit procedendum. ¶ †Not.tertio quod id dicitur cito
12 fieri,quod ſit excluſa cauſe cognitione. ¶ †Nota quarto quales debent eſſe ſciẽtie: quia ſufficit quod ſint eminentes:de quo.ſ.eo-
13 dem.cum in cunctis. ¶ †Not.quinto quod in inquiſitione,⁊ examinatione,que ſit de promouendo,creditur teſtimonijs,⁊ aſſerentibus de qualitate promoti ſimpliciter interrogantis abſq; alia
14 proteſtatione iuramenti. ¶ †Nota ſexto commodum probandi negatiuam,quomodo ſcis,ſcio quia inquiſiui,⁊ non inueni oppoſitum ab aliquibus. De hoc dicam.j.eod.bone. ¶ Venio ad verſi.
15 nos. ¶ †Not.primo quod ſuperior in prouidendo debet occurrere,⁊ penſare circa duo. Primo prouiſionem eccleſie. Secũdo prouiſionem perſone,ita quod non in tantum debet attendere prouiſionem perſone,quod de ipſa male eccleſie conſulatur:ſed vtrunq;
16 ſimul miſcetur. ¶ †Not.ſecundo quod canones dicuntur ſeruari, quando rationabiliter tempore,⁊ cauſa contra canones diſpenſatur:a quolibet ergo cenſetur rationabilis cauſa excepta. Ad hoc
17 j.q.1.niſi. ¶ †Nota tertio quod euidens vtilitas,⁊ neceſſitas,ſunt cauſe legitime ad diſpẽſationem inducendam. Aduerte,quia de-
18 bent eſſe euidentes. ¶ †Nota quarto caſum,in quo non repellitur electio de eo,quem habilem eſſe non conſtat:⁊ ſic eſt dare medium quoddam inter confirmare,⁊ reprobare,ſcilicet approbare intentum volentium eccleſie prouidere,ſed non confirmare electionem:
19 ⁊ hoc,quando eſt dubium de perſona electi. ¶ †Not.quinto quod procurator ſimpliciter conſtitutus,non habet liberam,niſi hoc
20 exprimatur quod habeat liberam. ¶ †Nota quod quilibet prelatus,eo quod prelatus,cenſetur habere liberam poteſtatem adminiſtrandi:tamen is,qui ponitur loco prelati,non videtur habere liberam,niſi hoc exprimatur: ideo non poteſt omnia,que poteſt prelatus. De quo de clericis coniugatis,capitulo primo,libro ſe-
21 xto.⁊ de clerico egrotante.capitulo fina. ¶ †Nota vltimo caſum, in quo ante confirmationem quis conſequitur liberam adminiſtrationem. Primo habes vnam allegationem contra electum. Secundo vnam pro eodem. Tertio regulam. Quarto effectum,et examinationem pape. Ultimo habemus determinationem eius. Videamus has partes de per ſe. Et primo primam.
22 ¶ †Opponitur ⁊ videtur quod hec appellatio, Appello ne fiat electio niſi canonica:ſit fruſtratoria:vel quia fuit canonica:⁊ non eſt contra appellationem,⁊ in hac nihil operatur. Vel ſit minus canonica:⁊ tunc electio non erit valida,eo quod ſit minus canonica:fruſtratoria eſt ergo appellatio.ſupra eodem.cum in cunctis. ⁊ capitulo conſiderauimus.⁊ capitulo quia diligentia.infra capitulo quia propter. Dicit hic Innocentius quod operabitur,quia electio poteſt eſſe minus canonica,et tamen eſt valida,⁊ appellatio annullabit ipſo iure. Hoc non placet in appellatione extraiudiciali: quia appellatio illa non reddit nullam, niſi ſecun-

dum naturam cauſe vt dixi.ſ.eo.conſideravimus.Dicam.ſ.eod.
au dicis.Ideo dic quod melius eſt quod electio veniat retractan-
da per viam attentaci iudicis officio,quam per viam ordinariaꝫ.
Et eſt ratio,quia illa via eſt magis expedita,ſed non eſt ſic ordina
ria,vt ſcribit Inno.ſ.de maio.ꝛ obe.dilecti.ꝛ.ſ.de appel.bone.ſ.de
23 reſcript.ex parte.¶ † Secundo oppo.quod attentatum poſt ap-
pellationem veniat retractandum,dato quod non ſit contra ap-
pellationem.ſ.de reſcript.ſignificante.Rodulphus.ꝛ.c.ſignifica-
uit.vbi retractantur attentata ſolum poſt appellacionem.Facit
quod ſcribit Hoſtien.Et ibi habes per hoc multa iura,in capitu.
conſuluit.ſ.de appella.Solucio quedam eſt appellacio extraiudi-
cialis:ꝛ in iſta attentata demum poſt,contra appellationem ve-
niunt:ꝛ de his loquitur hec,quod appellatio non ſuſpendit pote-
ſtatem partis,niſi ſecundum naturam cauſe:vt dixi.ſ.eod.conſide
ravimus.ideo ſi appellent aliqui de capitulo,ne ſiat electio per
compromiſſum.ꝛ aliqui faciant compromiſſum,poſtea electus nō
aſſentiat,ꝛ eo ipſo ipſi poſtea de capitulo procedant per viam ſcru
tinii,vocatis his,qui appellaverunt,valet,appellatione non ob-
ſtante,eleccio:quia non eſt facta contra appellationem,licet poſt.
24 ¶ † Idem ſi appelletur ne canonicus admittatur,qui eſt occulte
excommunicatus,ipſi admittunt,ſed cum hoc ne habeat vocem,
quia non veniunt contra appellationem:quia illa vt iuſta intelli-
gitur,vbi admitti non debet excommunicatus,quando ſcilicet eſt
publicus:igitur ſic quando eſt occultus.Unde ſi eſt occultus,va-
let admiſſio,ꝛ electio.Secus ſi eſſet publicus:quia nō eſſet aliquo
modo admittendus.Uel ſi eſſet occultus,ꝛ admitteretur ſic,vt ha
25 beret vocem.¶ † Idem ſi appelletur ab executore vel proviſore,
ne prebendam conferat non vacantem:ipſe confert non vacan-
tem,poſtea ſi conferat aliam vacantem,valebit collacio:quia non
eſt contra appellationem quo ad ſecundam collatam.Ad hoc de
prebend.relatum.ꝛ capitu.dilectus.ꝛ nota.de reſcriptis.conſtitu-
tus.Idem ſi appelletur ab executore,ne conferat prebendam non
vacantem:ſola illa retractabitur collatio,ſcilicet prebende non va
26 cantis.† Quandoque appellatio interponitur in iudicio:et tunc
omne attentatum poſt venit retractādum.Adverte tamen quod
aut attentatum poſt eſt omnino cauſa ſeparata:ꝛ illud valet,niſi
ſiat recuſatio:que fieri poteſt probata appellatione,ꝛ gravamine,
vel ſaltem probato gravamine,ſecundum illa,que habentur.ſ.de
appellationibus.c.cum teneamur.ꝛ capitu.conſuluit.Quandoqꝫ
aliquid attentatur in cauſa illa,vel in connexis ad illam:et dico
quod illud venit retractandum,etiam dato quod tantum ſit poſt
appellationem,ꝛ attentatum ſit per iudicem.Rationem nō dant
clare docto.¶ Adverte,appellatio extraiudicialis,quia habet
vim provocacionis,id eſt citationis ad cauſam,de electio.c.j.lib.
vj.non ſuſpendit in aliquo poteſtatem partis:ideo quod facit,va-
lidum eſt.Pendet ergo omne retractandum ex iuſtitia cauſe:ꝛ ſic
cauſa plus regulat nullitatem regulandi,quam appellatio.Si er-
go hic attentatum repugnat cauſe,repugnabitur ſecundum iuſti
tiam cauſe:ꝛ ſi non repugnat,non.Si ergo non eſt contra cauſam
appellandi,non retractatur.Si appellatio ſuſpendit poteſtatem
iudicis,igitur omne,quod facit poſt appellacionē,eſt contra:quia
appellatio dicit ſuſpenſam eius poteſtatem,ꝛ ad ſuperiorem de-
volutam:ſed non ſic in extraiudiciali.¶ Ex his apparet,ſi appel
letur ne quis procedat in loco non tuto,vt quia non ſit mentio de
dioceſi,quod omnis proceſſus poſtea habitus eſt nullus.Idem
dicit,ſi appelletur ne excommunicatum aliquem in teſtem reci-
piat:quo caſu dic quod aut appellatur a receptione teſtium,vt
hic.Innocen.videtur velle quod ſi recipiat ipſos,ꝛ alios,quod li-
cet infringatur receptio excommunicati,non infringetur rece-
ptio non excommunicati.Hoc eſt verum,ſi actus receptionis te-
ſtium poſſit eſſe extraiudicialis:quod forte eſt,quando concurrit
vt merus articulus.Si autem appellatur a iudice:tunc dic quod
aut appellans ſe ſtatim offert probaturum,ne recipiat illum,quia
paratus eſt oſtendere ipſum excommunicatum:ꝛ tunc ſi recipiat,
non valet receptio:quia ſtatim gravatur in eo quod recipit:ꝛ li-
cet recipiat iſtos ꝛ alios ſimul,non valet eorum receptio,quia ſal-
tem gravat in expenſis,propter ſcripturarum dilationes,ꝛ pro-
pter deliberationes.Nec obſtat.infra de re iudicata.cum I.ꝛ A.
quia ibi fuit appellatum tantum a diffinitiua.Hec ſunt verba
Hoſtien.licet Innocentius hic recitet opin.Si autem non offert
ſe paratum incontinenti probare,tunc admittendo eum vt hoc
poſtea diſcutiatur,non gravat,niſi eius dictum ſequatur:vt in ca
pitulo cum I.ꝛ A.¶ Tu dic,in iudiciali,quod quandoqꝫ proce-
ditur poſt,ꝛ contra cauſam appellandi:ꝛ tunc non valet quod agi
tur,ꝛ retractatur:ꝛ hoc eſt planum.Quandoqꝫ proceditur poſt,
ſed non contra:ꝛ tunc ſi ex qualitate proceſſus ceſſat cauſa grava-
minis,ex quo appellatur:ꝛ planum eſt quod appellatio tollitur:
de appella.cum ceſſante.appellat ne procedat in loco nō tuto,ipſe
procedit in loco tuto,ꝛ ibi citat,valet proceſſus.Quādoqꝫ ex pro-
ceſſu poſt appellationem nō ceſſat cauſa gravaminis:ꝛ tunc data

iuſtitia appellationis,quicquid agit tam in principali,quam in
incidenti,eſt nullū.Et hoc placet.De hoc in dicto capitulo.cum
I.ꝛ A.cum dicto capitulo.ſuper eodem.ꝛ capitulo conſoluit.
¶ Et ex his apparet quod ſi appello ne me irrequiſitum iudex
excommunicet,ſi me requiſitum excommunicet,valet ſentētia,vt
hic,ſecundum Goffre.Ex his apparet quid ſi appello,ne me in-
iuſte excommunicet:excommunicat me non ad meritum,vel ex
non iuſta cauſa,vel ex odio,ex quibus cauſis ſententia eſt iniuſta.
xi.queſtione tertia.§.ergo.de ſentētia excommunicationis.ſacro.
¶ Quidam dicunt quod tenet ſentētia:de appellationibus.capi-
tulo ſecūdo.Tu dic contra,ſecundum Hoſtienſem de appella-
tionib.conſuluit.ꝛ hoc quando appellatur extra iudicium:alias
oportet quod procedat gravamen,quando in iudicio appellatur:
27 de appellacio.vt debitus.ꝛ capitulo interpoſita.¶ † Tertio op-
poni.quod hec electio ex viribus appellationis debuerit irritari:
nam fuit electio non canonica,vt patet:quia de eo,qui non erat
maior:igitur.Solu.Dicit Innocentius hic non fuit probatum
quod eſſet minor.Dicit Hoſtien.quod hic probātum fuit quod eſ
ſet maior:quaſi velit dicere Innocen.hic nō fuit iuſtificata appel
latio:quia ſi intendit infringere electionem de aliquo,quaſi ſit mi
nor,debet probare minorem etatem:quia ſuper illa fundat inten-
tionem,nec hoc probat eo quod aliquando fuit minor:nam minor
fuit:non ſequitur,eſt:cum iſta varientur ex tempore:vt nota.infra
de proba.in preſentia.Unde non erat hic probatus minor.Et ſi
dicatur,quomodo artatur probare quod eſſet maior iudice in-
quirente:Dic,quia tunc quo ad ſuperiorem petit ſe admitti vt
talem:ideo quo ad ſuperiorem petentis confirmationem,eſt in-
tentio vt probet ſe maiorem,licet non quo ad inſtantiam.Uel po-
tes ſecundo reſpondere,vt dicit Innocen.quod ſi pars nihil op-
poſuit contra perſonam,ſed ſolum iudex ſuppleuit:a ſi dicas,er-
go ſi iudex ſupplet,ꝛ ſupplere poteſt,vbi agitur vtilitas publica,
debet pronuntiare pro actore,ſi ſic invenit quod opponens,vel
agens foveat iuſtitiam.Dic quod quādoqꝫ iudex ſupplet incho-
ando novam telam de per ſe:ꝛ tunc non operatur illa ſuppletio
ad commodum inſtantie pro parte inchoate:vnde hic non dicitur
iuſtificata appellacio vt pro ea pronuntietur,licet forte ſaltem
preſumptive conſtet illum minorem eſſe.¶ Quandoqꝫ ſupplet in
eadem inſtantia,ꝛ ita poſſet etiam hic intelligi:ꝛ tunc aut idem,
qui gravatur onere probandi reſpectu prime inſtantie,gravatur
eodem modo per reſpectum ad iudicem ſupplentem:ꝛ tunc iſtud
prodeſt inſtantie private,ex quo per hoc non mutatur,vel altera-
tur modus gravandi in probando:vt quia is,contra quem ſup-
plet quo ad partem,non gravabatur,ꝛ modo gravatur:ꝛ tunc di-
co quod niſi aliter probetur contra eum,qui modo gravatur one-
re probandi,poteſt ſupplere:quia non proficit hoc ſupplere quo
28 ad inſtantiam privatam.Et hoc placet.¶ † Quero,quid ſi appel
letur,ne ſiat electio certo tempore,vel certo loco,pro eo quod ti-
metur ibi impreſſio,ſed poſtea non eſt ſecuta impreſſio,tamen ibi
timetur:an ſi ſiat ibi electio poſt appellationem,illa valeat.Di-
cunt quidam quod electio valet,niſi ſequatur impreſſio:quia opor
tet quod vera ſit cauſa,ex qua eſt appellatum extraiudicialiter,vt
valeat appellatio:de quo,de his,que ſiūt a maiori parte capituli.
capitulo primo.Dicit Innocentius quod iuſta eſt appellatio,
dummodo de impreſſione iuſte timeretur per probabiles coniec-
turas,que poſtea probari debent:de appellacioni.bone.infra de
ſponſa.veniens.ff.quod metus cauſa.l.metum.infra capitulo.quiſ
quis.ꝛ capitulo.bone.Ratio,quia dubietas,et probabilis timor
impreſſionis,eſt vera cauſa appellationis:ideo ex illa dubietate
iuſtificatur appellatio.Nam iuſtum eſt non ire,vbi timetur im-
preſſio:ꝛ hec eſt vera,ꝛ iuſta cauſa.Aut ergo cauſa appellandi nō
impletur ex ſola dubitatione:et oportet quod probetur veritas.
Aut ex ſola dubitatione,ſeu dubietate:et non exigitur probatio,
29 niſi dubietatis.¶ † Opponitur cum gloſſa.j.quod hec appella-
tio,etiam ne ſiat electio,debeat valere:de operis novi nuntiatio.
30 capitulo primo.¶ † Solu.Appellatio ſine cauſa non valet,ſicut
nuntiatio novi operis,vt ibi:ita quod nuntiatio,etiam iniuſta,
valet,licet non appellatio.Docto.hic aſſignant rationes perſua-
ſivas.Dic quod nuntiatio novi operis ordinatur ad defenden-
dam poſſeſſionem,et ſtatum,in quo quis eſt.Ideo quo ad iuris
proprietatem non attenditur iuſtitia,vel iniuſtitia:quia ſic eſt in
quolibet poſſeſſorio remedio ad poſſeſſionem recuperandam:vt
patet de reſtitutione ſpoliatorum.in literis.ꝛ per totum.Sed ap-
pellatio non ſemper ordinatur ad ſtatum defendēdum,ſed ad de-
fendendum ius quo ad proprietatem:ideo oportet quod ipſe ſit
iuſta.Dic ergo quod oportet quod nuntiatio,et appellatio ſint
iuſte,quod iuſtificentur ſaltem ex poſſeſſione ꝛ ſtatu,ita quod nul-
la eſt differentia.Unde ſi appello ad defendendam poſſeſſionem,
non eſt vis,an quo ad proprietatem foveam,vel non,iuſtitiam.Si
appello reſpectu proprietatis,oportet quod foveam iuſtitiam re-
ſpectu illius:ꝛ ſic eſt in nuntiatione.¶ Venio ad ſecundam alle-
gatio

gationem pro electo,contra illam allegationem,qua innititur pa-
31 pa.¶ † Opponitur quod non poſſit queilibet pars aliam conſti-
tuere in negligentiam vocatis alijs:quia habent terminum,⁊ de-
liberationem ad expectandum vſq; ad terminum : vt patet.infra
eodem.ne pro defectu.ergo non poteſt hec dilatio ſibi ab aliqui-
bus tolli:quia eorum eſt priuilegium.ſecunda queſtione ſexta.ap
pellatione.infra eodem.gratum.de officio delegati . conſuluit.vi.
queſtione tertia.placuit.ad hoc iura ſimilia de deliberatione expe
ctanda.¶ Solu. Gloſſa reuocat in dubium,an ſi aliqua pars ele-
ctorum ſe congregat in capitulo,⁊ alios vocet,an per hoc ſtatim
eos in mora conſtituant.ita quod ad ſe deuoluant eligendi pote-
ſtatem.Videtur quod ſic.Primo per textũ iſtum.Secundo per
text.infra eodem.quod ſicut.ad hoc ſupra de poſtulatione.bone
memorie.illa recte intellecta facit contra,vt ibi dixi.Solu.Quia
mora in talibus eſt periculoſa:ergo volentes eligere,proſequi vi-
dentur ius,et vtilitatem eccleſie:igitur his parendum:de his,que
fiunt a maiori parte capituli.capitulo primo.¶ Tertio ad hoc.ff.
de adminiſtratione tutorũ.l.tutor,qui repertorium.vbi res tem-
pore perituras adminiſtrat tutor ante decretam adminiſtratio-
nem,et factum repertorium.Ad hoc iura,que dicunt quod pro-
pter periculum aliqua conceduntur, que alias non concederen-
tur:ſufficiat vt lite non conteſtata.capitulo quoniam.§.primo.
¶ In contrarium faciunt iura ſuperius allegata. Joannes fuit
in opinio.quod non poſſit procedere ad electionem aliqua pars,
niſi circa finem trium menſium : ita tamen quod non nimium fe-
ſtinent,nec nimium differant,in tantum quod labatur terminus
32 ante,quam compleant electionem.¶ † Gloſſa ſuper verſicu.Re-
uocare.determinat quod ſi maior,⁊ ſanior pars vult ad electio-
nem procedere,vt prouideat eccleſie viduate, etiam non inſtante
termino poſſunt abſentes in negligentia conſtituere:ſed volentes
intereſſe,dummodo eis conſtituatur competens terminus,infra
quem poſſint commode venire,⁊ ſi non venerint,nec aſſignent iu-
ſtam cauſam non veniendi,alij procedere poſſunt : et valebit ele-
ctio,quaſi ad eos deuoluta poteſtate,ex quo nulla iuſta cauſa alle-
gatur:quia vel debent venire,vel,ſi ſunt impediti,conſtituere ali-
quem de collegio procuratorem,per quem eligant:vt patet de ele-
ctione.quia propter.nam ſemper in talibus mora periculoſa eſt.
ſupra capitulo proximo . Sic ergo vult gloſſa quod aut minor
pars vult in negligentia conſtituere:⁊ non poteſt ante terminum.
Aut maior:⁊ tunc aut minor non allegat aliquam cauſam: et po-
teſt.Aut allegat aliquam cauſam,⁊ realem,hoc eſt,concernentem
electionem,quare tunc fieri non debeat:⁊ talis admittitur,et non
poſſunt eos in negligentia conſtituere.Aut allegant cauſam ab-
ſentie perſonalem,quia perſonaliter intereſſe non poſſunt : et hec
non excuſat,quia debent mittere procuratorem:de electione.quia
propter. ¶ Concludendo hanc materiam tria ſunt videnda.
Primo,que,⁊ quanta pars capituli,et quando,poſſit alteram in
negligentiam conſtituere.Secundo,dato quod aliqua,⁊ aliquo ca
ſu poſſit,videndum quomodo altera pars alteram poſſit citare,
aut requirere,⁊ qua forma. ¶ Tertio,facta vocatione ad termi-
num,vel diem,videndum erit ⁊ quando,⁊ qua parte diei poſſit ad
33 actum electionis,que imminet facienda.¶ † Venio ad primum.
Quandoq; nulla data communi determinatione eligendi,vel ter-
mino ſtatuto per capitulum totum,altera pars ſe cōgregat,tan-
tum volens alteram in negligentia conſtituere:quandoq; iam da
to termino per capitulum, vel facta congregatione ad electionis
actum,altera pars ſe reperit in termino,⁊ altera non,vel ſi adeſt,
recedit.¶ Videamus primum,quando nulla data vnanimi con-
gregatione, vel termino deliberato , altera partium vult termi-
num nouiter ſtatuendo in negligentia conſtituere : ⁊ tunc quan-
doq; ibi eſt aliquis ſuperior habens poteſtatem de iure,aut con-
ſuetudine congregandi capitulum:⁊ de iure,ceſſante conſuetudi-
ne,maior ordine,⁊ dignitate in capitulo eſt,qui habet congregare
capitulum:vt notat Innocentius de maioritate ⁊ obedientia.ca-
pitulo primo.⁊ capitulo ſtatuimus,vel ſi epiſcopus eſt in capitu-
lo vt epiſcopus,ipſe eſt,qui habet congregare capitulum,tanquã
maior:vt no.doctores de officio ordina.irrefragabili.§.ceterum.
Et tunc dicit Innocen.hic,⁊ docto.quod talis aliorum poterit
negligentiam conuincere,etiam ſolus:quia ex quo poteſt ſtatue-
re terminum,poteſt determinare de congregatione capituli.Ex
quo igitur alij non interſunt,eo vocante poteſtas deuoluitur ad
venientes ad capitulum ex negligentia : et hoc dicit lectio.ſi ſunt
pauci,vel etiam ſi vnus:argumen.decima queſtione ſecunda.hoc
ius.⁊ ſupra capitulo proximo . ¶ Aduerte,hic non declarat an
hoc ſit verum,etiam durante termino,vel quando inſtat : et quia
ſimpliciter loquitur,videtur velle Innocentius quod ſiue inſtet,
ſiue non terminus,quod poſſit hic alios in negligentia conſtitue-
re:ſed in.capitulo eccleſia.infra eodem.dicit quod hic non poteſt
poteſtatem in negligentia conſtituere, niſi inſtet terminus , vel
ſubſit cauſa accelerandi legitima:et ſic idem erit in iſto,quod in
minori parte dicam infra vt in maiori. ¶ Quandoq; non eſt ali-
quis in capitulo,ad quem de iure,vel conſuetudine ſpectat pote-
ſtas congregandi capitulum,vt quia omnes ſunt pares,⁊ conſue
tudo nihil diſponit:⁊ tunc aduerte ad duos caſus. ¶ Quandoq;
aliqui ſunt preſentes,⁊ aliqui abſentes,in loco tamen,vnde voca-
ri debent,quandoq; omnes ſunt preſentes.¶ Si aliqui ſunt pre-
ſentes,aliqui abſentes,hic Innocentius dicit quod poteſtas vo-
candi reſidet in preſentes,etiam ſi vnus ſolus eſt in capitulo.Al-
legat decima queſtione ſecunda hoc ius.ſupra capitulo proximo.
⁊ idem poterit operari quod poſſet habens poteſtatem congre-
gandi capitulum de conſuetudine: quia poteſt congregare de iu-
re . Hoc tamen non placet Hoſtienſi , ⁊ dicit quod iura,que alle-
gat Innocentius non loquuntur de vno,ſed de pluribus.Pone
enim,dicit ipſe,quod maior pars determinaret de electione alibi
facienda,nonne vocato iſto vno preſente melius eſſet quod acce-
deret ad abſentes,quam preſentes ad eum? Certe ipſe conſtitue-
retur ab eis in negligentia.Et de hoc per Innocentium de noui
operis nuntiatione.capitulo ſecundo.Puto quod dictum Inno-
centij procedat , quando hic preſens determinat de eligendo,et
abſentes nihil determinant,quia forte ſunt diſperſi:⁊ intelligo vt
dixi ſupra inſtante termino.¶ Quandoq; omnes ſunt preſentes:
⁊ tunc aut volunt ſtatuere terminum conſiliarijs datis per pa-
pam,aliqua pars,vel etiam totum capitulum:et non poſſunt.in-
fra eodem.capitulo cum in veteri.¶ Aut volunt ſtatuere termi-
num eligentibus:⁊ tunc aut due partes vocandorum volunt con-
ſtituere in negligentia alios : aut maior pars : aut minor.
¶ Si due partes vocandorum ſe congregant,⁊ alios volunt in
negligentia conſtituere : dicit Innocentius quod poſſunt,etiam
ante,quam inſtet terminus,conſtituere in negligentia minorem:
⁊ hoc quia potentie capitulares, prout capitulum eſt in congre-
gando,ſunt in duabus partibus:vt.l.plane.ff.quod cuiuſq; vni-
uerſi.dictum.ſupra eodem.licet.et capitulo.cum inter vniuerſos.
Hoc dicit Hoſtien. verum,quando ſubeſt cauſa accelerandi tem-
pus.Unde exigit duo copulatiue,quod adſit duplo maior pars,
⁊ ſubſit cauſa accelerandi tempus,⁊ abbreuiandi trium menſium:
alias altero ceſſante ante,quam inſtet terminus trium menſium,
etiam duplo maior pars non poterit conſtituere in negligentia
minorem.Ad hoc,quia priuatis abſq; cauſa tempus conceſſum
a lege non poteſt arctare,vel tollere.infra de regulis iuris.indul-
tum.libro.vi.cum concor.¶ Quandoq; ſola maior pars ſe con-
gregat,⁊ vult in negligentia conſtituere minorem.Compoſ.hic vi
detur velle quod poſſit,⁊ glo.Hoc non placet Innocentio ⁊ Ho-
ſtienſi , niſi inſtet terminus, etiam ſi ſubeſſet cauſa accelerandi:
quia non poteſt maior pars congregare capitulum,niſi forte hoc
facerent mandato ſuperiorum:vt ſupra capitulo proximo.et hic.
¶ Quandoq; ſola minor pars vult in negligentia conſtituere
maiorem:et dico quod non poteſt,ſubſiſtente cauſa ante termi-
num inſtantem trium menſium : quia potentie capitulares non
ſunt in minori parte,nec prout capitulum eſt in congregando,
nec prout eſt congregatum . Si autem inſtet terminus, etiam
vnus ſolus poſſet in negligentia conſtituere.ſexageſimaſexta di-
ſtinctione,capitulo finali.nec exigetur aliqua ab eo citatio,vel re-
quiſitio,ex quo terminus inſtat:quia dies interpellat pro homi-
ne.C.de contrahenda ⁊ committenda ſtipulatione.l.magnam.in-
fra eodem.de loca.potuit.⁊ eſt finis,vltima dies,et hora conſueta
ad electionem faciendam.Et hoc teneas,quicquid dixerit Ab-
bas,qui tenuit quod poteſtas maioris nunquam deuoluebatur
ad minorem,niſi ex delicto maior priuaretur : vt in capitulo gra-
tum.ſupra titulo primo.Ad iſtum textum dic,vel quod eſt allega-
tio quatenus predictis contradicit:vel dic quod hic de mandato
pape procedebat,vel inſtabat terminus,vel ſuberat cauſa:vel lo-
quitur in ſecundo caſu.¶ Secundo caſu minus principali,quan-
do iam data congregatione,vel communiter termino ſtatuto ad
electionem faciendam,altera pars vult ſtare in capitulo,et elige-
re,altera recedit,vel ſe non preſentauit in termino.Hic Innocen
tius videtur velle quod ſi etiam vnus ſolus remanet,vel ſe pre-
ſentet in capitulo,illius valet electio,etiam non inſtante termino
electionis iuris,ſcilicet trium menſium.Allegat.ſexageſimaſexta
diſtinctione capitu.finali.ff.quod cuiuſq; vniuer.ſicut.ſupra titu-
lo primo.gratum.⁊ hic eſt caſus.Melius tamen eſſet,⁊ tutius,q̄d
cum res ſit grauis,⁊ egeat deliberatione,⁊ conſilio,quod etiam ſi
ſunt plures,qui ſunt preſentes,dummodo due partes non adſint,
adhuc expectent vſq; ad tẽpus prefixũ a iure.Compoſt.dicit q̄d
ſi minor pars non poteſt in negligentia conſtituere,ſi maior pars
eſt preſens,licet non ſit duplo maior , poteſt in negligentia conſti-
tuere.Aſſignat cauſam : quia maior pars abſens poteſt mutare

terminum aſe, vel a parte minori, vel a toto capitulo ſtatutum. de
his, que fiunt a maiori parte capitu. capitulo primo. Et ſi maior
pars dicit ſe nolle eligere, puta quia iam elegit, reſidet ius eligen-
di in minorem vocantem. ff. de adulter. ſi maritus. §. ſi negauerit.
¶ Credo quod ſi deliberato termino per capitulum, omnes ibi
ſunt congregati, ⁊ recedunt maior pars, quod procedat dictum
Compoſt. de minor ante terminum non poſſit eligere: quia prout
eſt congregatum, potentie ſunt in maiori parte. Si autem ſola mi
nor pars congregata eſt, ⁊ tunc ſi duplo maior vel minor ſe con-
gregat, ⁊ reuocat quod fecit, adhuc procedit dictum Compoſtel.
Si ſe non congregat, ſed omnes ſingulariter ſunt abſentes, dico
quod ex quo omnes non deliberant capitulariter, non poſſunt re-
uocare quod fecerunt vt ſingulares: ⁊ tunc minor conſtitueret in
negligentia maiorem: quia adhuc duraret terminus hominis.
Idem, ⁊ fortius, puto de maiori parte: ad hoc quod not. de poſtu-
34 latione prelatorum. bone. ij. vbi caſus. ¶ † Venio ad ſecundum,
quomodo ſit poſſibile alteram partem capituli alteram require-
re, vel citare. Et videtur hoc non bene poſſibile, cum omnes ſint
pares, ⁊ par in parem non habet imperium. ſ. eodem. innotuit.
¶ Dic, ſi eſt aliquis ibi ſuperior, qui ex ſtatuto, vel conſuetudine,
aut iure capitulum congregare poſſit, in hoc ipſe habet ſuperiori
tatem, ⁊ hoc facere poteſt. Si non eſt ibi aliquis ſuperior, qui ha-
beat poteſtatem capitulum congregandi, tunc vna pars alteram
poterit requirere, ſecundum diſtinctionem predictam. Nec obſtat
quod non habeant poteſtatem: quia aliud eſt citare, ⁊ hic actus
exigit ſuperioritatem in citante quo ad citatos: ⁊ aliud requirere,
⁊ hic actus non exigit ſuperioritatem. Nam ⁊ par requirit parem,
vel monet, vel denuntiat, ſcilicet quod tali die ſiet electio. Ad hoc
quod not. de officio delegati. cum cauſa. in prima gloſſ. Sic ⁊ em-
ptores denuntiant venditoribus. ff. de actionibus empt. l. ſi rem.
§. finali. ⁊ l. ſi dictum. §. preſentem. de emptione ⁊ venditione. c. fi-
nali. Sic ⁊ intimationes. de electione. cum cauſam. in clemen. Per
quod dicunt quod tales requiſitiones non exigunt ſolennitatem
peremptorij, vel trium requiſitionum: quia illa forma tantum eſt
data citationibus. Ad hoc. ſ. c. ſicut. ſupra titulo primo bone. de
teſti. cogend. capitulo ſecundo. Ad hoc quod not. de ſo. competen.
35 propoſuiſti. ⁊ de iureiurand. ego. N. epiſcopus. ¶ † Venio ad ter-
tium, ⁊ quero, facta vocatione ad diem, vel terminum, qua hora
debeant comparere. Et videtur quod debeant comparere de ma-
ne: alias non poterit fieri electio: quia communiter de mane, et
cum miſſa Spiritus ſancti ſolet electio celebrari: ⁊ propter ſobri-
etatem, que aliquando requiritur. ff. de legibus. l. nam ad ea. Con-
ſultius tamen eſt quod fiat expectatio vſque in ſequentem diem,
niſi eadem die expiraret eligendi poteſtas, nec ſiat alia vocatio.
Ad hoc. capitulo conſuluit. de officio delegati. ⁊ ſecundum illam
decreta. etiam videtur quod poſſit differri vſque ad ſupremam
horam. ¶ Dic ponderanda verba citationis. Nam ſi exprimatur
quod dies talis eſt ſtatuta ad electionem faciendam, et ad illam
diem citatur canonicus, de mane debet venire. Ad hoc facit dicta
decretalis, conſuluit. quia ſicut vocatus ad iudicium debet veni-
re congrua hora iudicij exercendi: et ſic ſufficit quod veniat de
ſero, hora, qua ſedeat iudex, vel congrue ſedere poteſt: ſic vocatus
ad electionem venire debet congrua hora electionis ſiende, que eſt
de mane. Ad hoc. ff. de verborum ſignificatione. l. ſecunda et So-
crates, oriente ſole concilium, occidente conuiuium. Sed ſi ſim-
pliciter citetur, vt veniat tractaturus de electione, vel ordinatu-
rus de die, loco, vel ſimilibus, dicit ſupremam horam expectan-
36 dam. ¶ † Venio ad officium pape in verſicu. his igitur. ¶ Oppo
nitur quod papa hic non debeat ſupplere de facto: vt. l. prima. C.
vt que deſunt aduocatis. ⁊ no. in capitulo bone. ſupra de poſtula-
37 tione prelatorum. ¶ † Solu. An et quando iudex ſuppleat de fa-
cto, habetur in dicto capitulo bone. Quo ad ſolutionem preſentis
contrarij, dic vt in his, que tangunt priuatam vtilitatem, non ſup
plet de facto: in his, que tangunt publicam, et vbi arctatur ad
promouendum, et alteri manum habet imponere, debet ſupplere
de facto tam circa perſonam electam, quam etiam circa formam.
Et ſic loquitur hic Innocentius. Et ſi non promouent dignum,
puniuntur. infra eodem. nihil. Alios caſus ponit gloſſa in quibus
iudex de facto ſupplet. Aduerte tamen quod non ſupplet ad com
modum tele inſtitute per priuatum, niſi vt dixi. ſupra. Vide de
hoc. vigeſimaoctaua diſtinctione priuſquam. vbi de hoc.
38 ¶ † Venio ad vltimam partem, in qua ponitur conceſſio procu-
ratoris: et videtur quod papa in deliberatione, quam facit, non
obſeruet canones, imo illos violet: quia ſecundum canones electio
non eſt admittenda electi, quando non apparet, vel probatur eta-
tis triginta annorum. ſupra eodem. cum in cunctis. ſeptuageſima
octaua diſtinctione. ſi quid eſt. Solutio. Dicit Hoſtienſis ab illo
rigore recedendum ex cauſa, et ad cauſam diſpenſationis ſtatim
ſubmittit: et ſic ſeruat rationem, et canones volentes quod ex
cauſa diſpenſetur. prima queſtione ſeptima. §. niſi. et ſic ſeruat ca-
nones facientes contra electum, et rationes facientes pro electo.
Secundo videtur quod cum nuntij fuerunt tranſmiſſi ad peten-
dam confirmationem, non diſpenſationem, quod non debuerit
diſpenſari. ſupra capitulo proximo. Solutio. Dicit Hoſtie. quod
forte fauor ſubdiaconi fuit hic cauſa: vel in contrario nulla neceſ-
39 ſitas imminet, hic ſecus. ¶ † Tertio quero an per hec verba con-
firmetur electio. Dicit gloſſa quod credit quod ſic: ſuſpendit ta-
men conſecrationem vſque ad etatem legitimam. Innocen. quar-
tus dicit quod non. Unde cum erit in legitima etate, adhuc debe-
bit in archiepiſcopum eligi. Et dicit gloſſ. quod in hoc papa egit
diſpenſatiue, concedendo ipſum in procuratorem, ac ſi eſſet poſtu-
latus. Item diſpenſatiue egit, non caſſando electionem, ⁊ non pri-
uando eligentes poteſtate eligendi: quod poterat, ſi tales ſcienter
elegiſſent. ſupra eodem. cum in cunctis. ¶ Primam tenet Tan. ⁊
Goffre. Et pro iſtis facit, quia prelatus dicitur procurator: de do-
natio. capitulo ſecundo. Hoſtienſis ⁊ Compoſ. ⁊ Innocentius te-
nent ſecundam. Et dicit Hoſtienſis ſimpliciter quod hic compara
tur viſitatori: et quando venerit ad etatem, poterit, ſi voluerit, diſ
ſentire: et ſic ad tempus eccleſia caret ſponſo, vt ipſius periculis
occurratur. Per que dicit Compoſt. quod adueniente etate non
poterit talis conſecrari, cum conſecrationem debeat precedere
confirmatio, ⁊ hic confirmatus non ſit. Secus ſi papa mandaret
ipſum conſecrari: quia tunc putat Compoſt. quod per illud pa-
teat, papam de illo prouidiſſe, vel electionem de ipſo factam con-
40 firmaſſe ex certa ſcientia. ¶ † Quero, que poterit hic procura-
tor. Dic quod omnia, que electus confirmatus, excepta alienatio-
ne immobilium. infra eodem. ſo, cui. lib. vj. ⁊ quedam hic per Com
poſt. vbi videas in glo. penul.

1 ☞ Baſtardus in epiſcopum eligi non debet.
2 Conuentus appellatione quid veniat.
Capitulum eſt congregatio eccleſie ſecularis.
3 Eligi poteſt in epiſcopum archidiaconus.
4 Eligi poteſt abſens.
Collatio de beneficio poteſt abſenti, ⁊ ignoranti fieri.
5 Baſtardus diſpenſatus ad dignitatem, non videtur diſpenſatus
ad epiſcopatum.
6 Confeſſio iudici facta vt iudici preiudicat confitenti.
7 Capitulum poteſt proſequi electionem a ſe factam.
8 Decretum in electione qualibet debet interuenire.
9 Illegitimus ad dignitates non promouendus.
10 Confeſſio facta ſacerdoti non preiudicat confitenti.
11 Promouendus irregularis debet ſuam irregularitatem pan-
dere.
12 Electio non eſt nulla occulto vitio electi.
13 Decretum electionis que requirat ad eius forme validitatem.
14 Decretum vnde dicatur.
15 Decretum an probet electionem vel alium actum.
16 Decretum an ſit de ſubſtantia electionis.
17 Eligi poteſt illegitime natus, ſequenti matrimonio legitima-
tus.
Legitimantur filij ſequente matrimonio.
18 Legitimorum appellatione qui veniant.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium poteſt ſuccedere.
19 Electio illegitimi eſt nulla ipſo iure.
20 Prohibitionem actus non ſequitur prohibitio diſpenſationis
circa actum.
21 Statuentis intentio in prohibendo vt menſuretur.
Prohibitio menſuratur ad limites poteſtatis prohibentis.
Imperium non habet par in parem. 25.
22 Idem non eſt ſimile, vel par, ſed ne. ſimile.
23 Imo, eſt dictio de ſe correctiua. 24.
26 Diſpenſando attendi debent perſonarum merita.
27 Perſone qualitas a quibus ſit querenda.
Conuerſatio preſumit ſcientiam qualitatis perſone.
28 Conſenſus principis, concordia populi, ⁊ ſubditorum prodeſt in
aliquo promouendo.
29 Confeſſio ſpontanea quid operetur.
Peccatum ſuum debet promouendus confiteri.
30 Reatus quandoque pro defectu, ſeu impedimento ſumitur.
31 Sententia quam clauſulam debeat continere.
32 Eligentes poſtulandum, priuantur eligendi poteſtate.
33 Electionis via non eſt prouidendum inhabili.
Poſtulari poteſt inhabilis, quamuis ſit ineligibilis.
34 Eligentes indignum priuantur eligendi poteſtate.
35 Ignorantia in facto alieno an ſit tolerabilis.

Diſpen

36 Diſpenſatio non petitur alterius nomine ſine mandato.
37 Mandatum ſpeciale ad proſequendum,ad que trahatur.
38 Procurator ad ea,que ſunt iuris,quid poſſit.
Iudex poteſt ex officio repellere non habentem mandatum.
39 Attentatum poſt decretum eſt nullum.
40 Electione caſſata quando inhabilitetur perſona.
41 Papa ſolus diſpenſat cum illegitimo promouendo ad epiſcopatum.46.
42 Poſtulatio eſt ſienda ad ſolum papam.
43 Ignorantia legitima ſuper facto alieno excuſat.
44 Poſtulare poſſunt,qui ſunt deſtinati ad eligendum.
45 Electio depoſiti,vel ſuſpenſi,reſtituti per papam an valeat.
47 Eligentes caſſatum priuantur poteſtate eligendi.
48 Poſtulari poteſt inhabilis,ſeu caſſatus ad dignitatem.

Innotuit. ¶ †Illegitime natus poſtulari potuit in epiſcopum,ſed non eligi:et ſi eligitur, nulla eſt electio ipſo iure. hoc dicit.
Prima narrat factum. Secunda ibi:quãuis. allegat.
Tertia ibi:habito.diffinit,& prouidet. ¶ Sub prima continetur
electio,confirmationis denegatio.et cauſa ipſius a papa petitio:
Suffraganeorum teſtimonium,et electi confeſſio. ¶ Sub ſecunda
diſpenſationem fieri potuiſſe,ponens diſpenſationis motiua.
¶ Sub tertia electionem caſſam decernit,capitulo parcit,ſupplicationem repellit,quoddam decretum ſubmittit, ad electum poſtulandum inducit. ¶ Legam hanc decreta.per partes. Primo
habemus petitionem confirmationis coram archiepiſcopo. Secundo petitionem confirmationis coram papa, et allegationem
contra illam. Tertio proponit quoddam proemium,ex quo papa
concludit ſe habere poteſtatem diſpenſandi. Quarto proponit
multas cauſas diſpenſationem impellentes. Quinto electionem
repellit,gratiam faciens capitulo erga poteſtatem diſpenſandi.
Sexto ſupplicationis noviter porrecte repulſionem. Septimo
2 decretum,& vltimo proteſtationem. ¶ †Veniamus ad primum.
Ex prima habes notare primo quod appellatione conuentus,
comprehenditur eccleſie regularis congregatio. Et pondera infra,quia aliquando appellatur capitulum:ſed proprie capitulum
eſt congregatio eccleſie ſecularis:conuentus,congregatio eccleſie
regularis. Vide.ſupra capitu.capitulum.de reſcriptis.capitu.niſi.
3 ſi.de prebend.& habes de tranſactio.contingit. ¶ †Nota ſecundo
quod archidiaconus ad epiſcopalem dignitatem eligitur:& ſic alligatus inferiori dignitati poteſt eligi, dum tamen ſit habilis: nec
propter alligationem debet poſtulari. De hoc ſupra de poſtula.
4 prelato.capitu.fina. ¶ †Nota tertio quod abſens poteſt eligi.vic
& abſenti poteſt,et ignoranti,collatio fieri: vt patet de prebend. ſi
tibi abſenti.libro ſexto.non tamen debet fieri confirmatio abſentis ante,quam conſentiat,licet poſſet peti:vt hic habes. De inſti-
5 tutione,& inueſtitura habes infra de prebend.accedens. ¶ †Nota
quod diſpenſatus ad dignitatem, que fieri debet cum illegitimo
authoritate pape,de ſi.preſby.cap. primo,libro ſexto. non videtur
diſpenſatus ad dignitatem epiſcopalem: hic enim fuit archidiaconus,quod eſſe non poterat aliter,quam per diſpenſationem.
Vide doct.de elect.ſcriptum. Per hanc decreta.querit gloſſ. quare abſens non poteſt confirmari. Et iuſtius dicit gloſſ. quia ante
debet conſentire,quam confirmetur:ſicut & filius non emancipatur ignorans vel inuitus.in authen.quibus modis na.effi.leg.§.&
generaliter.C.de emancip.libe.l.nec auus. Dicit tamen glo.quod
papa aliquando confirmat abſentem, & ipſius nomine conſentit.
lxiij.diſt.ſ.xi :.diſtin.quia igitur.&.c.quaoto. ¶ Venio ad verſi-
6 cu.quedam. ¶ †Nota quod confeſſio,etiam ſecreta,preiudicat cõfitenti in his,in quibus agitur de promouendo. Et aduerte: quia
dicitur hec confeſſio fieri tunc in foro miſto inter penitentiale, et
contentioſum,que habet finem tantum repellendi,ſed non puniendi:notatum eſt ne eta.& qualita.queris.& in ſumma de ſcruti.§.ſin.
7 per Hoſtien. ¶ †Nota ſecundo quod capitulum poteſt proſequi
8 electionem a ſe factam,et confirmationem petere electi. ¶ †Nota
tertio quod in qualibet electione debet fieri,id eſt, interuenire decretum:id eſt,ſtatutum:et quod debet eſſe ſubſcriptionibus capi-
9 tuli roboratum. ¶ †Nota quarto quod illegitimus,quantuncunque
natus ex ingenua,& non coniugata,inhabilis eſt ad dignitates eccleſiaſticas,quantuncunque etiam naſcatur ex vtroque parente, vel
10 alio,matrimonio ſoluto. ¶ †Opponitur quod ſi ſecreto fuit facta hec confeſſio,non debuerit pateſieri.de peni.omnis . & de peni.
diſtinctio.ſ. non tibi dico. Solu. Intellige quod iſta confeſſio fuit
facta ei non vt ſacerdoti in penitentia,ſed et vt iudici,licet in ſecreto. Et ſic patet quod iudicare de his,que ſunt ſibi in ſecreto dicta,
tamen vt iudici,& ſic in iudicio miſto. Vel dic quod propalauit de
11 voluntate confeſſi. Et eſt ſimile de adulter. ſignificaſti. ¶ †Quero an promouendus debeat pandere ſuam irregularitatem. Doc.
dicunt quod ſic,per hanc decre.nec per hoc probatur quod debeat
pandere occultum peccatum:quia hic dicit de irregularitate, non
de peccato. Idem ſi irregularitas concurrit cum peccato , & promotus etiam diſpenſatione indiget,de renun.niſi.& poſt diſpenſationem tenet quod factum eſt. Quod quidam dicunt , quando is,
qui diſpenſat cum irregularitate,habet poteſtatem dandi dignitatem,ſuper qua diſpenſat:quia non intrauit per portam. Sed ſecundum Inno.& Hoſtien.ſatis eſt quod habeat poteſtatẽ diſpenſandi,licet non habeat poteſtatem conferendi:vt diſpenſatio iuris
authoritate infirmum faciat firmum.de cor.vi.expoſuiſti. Hoc poteſt eſſe verũ,quando irregularitas omnino eſt occulta,ita quod
quo ad formam eccleſie tenet diſpenſatio dignitatis : quia eccleſia
non iudicat de occultis:quo caſu non eſt nulla,niſi quo ad Deum,
& quo ad ipſum ſufficit diſpenſatio ſuper vitio. Ad hec quod not.
12 in dicto.c.niſi. ¶ †Nota bene quod vbi vitium omnino eſt occultum electi, electio non eſt nulla quo ad metas fori contentioſi,imo
eſt aliqua. Si ergo aliqua exigitur diſpenſatio , illa exigitur quo
ad Deum tantum:& tunc electio remanet valida : & ſic quod nullum eſt quo ad Deum,aliquid quo ad eccleſiam , poteſt validari
13 ex ſola ceſſatione vitij.quod bene nota. ¶ †Quero ſecundo circa
decretum,que exigantur in eius forma. Dicit gloſſ. quod debet
continere totam ſeriem,et formam electionis,& nomina eligentiũ,
et eorum conſenſum,ſubſcriptiones cuiuſlibet in hunc modum.
Ego talis canonicus eccleſie talis,huic electioni interfui,& conſenſi,& propria manu ſubſcripſi. Debet etiam continere modum vocationis: vt nota.de renun.poſt tranſlationem. Debet etiam continere nomen electi,& ad quam dignitatem eſt electus. Item inquiſitionem,et voluntatem ſingularium,et publicationem,et electionem. Item quod per tale decretum appereat formam ſeruatam
eſſe,ſcriptura debet eſſe per manum publicam facta,vel per duos
bonos viros:de proba.quoniam.& debet eſſe ſigillata ſigillo capituli,vel alio authentico ſigillo. Dicunt tamen doct.quod ſi eſt facta manu publica,non exigitur ſigillum,nec tunc exiguntur ſingularium ſigilla,vel ſubſcriptiones : quia et aliquibus abſentibus
canonicis,qui electioni interfuerunt,poterit fieri decretum ex in-
14 teruallo. ¶ †Quero vnde dicatur. Dic quod a decerno decernis,
15 quod idem eſt,quod diſpono,vel ordino. ¶ †Quero an decretum
probet electionem,ita quod ei ſtetur,vbi lis eſt ſuper electiõe. Innocen.dicit quod non:ſed eſt teſtimonialis litera,vt patet ex eius
forma,et quia preter decretum mittuntur inſtructores . infra eodem.nihil.& capitulo cupientes.libro ſexto. Item quia decretum
ſit in facto proprio,in quo ſcribenti non creditur. Hoſtien. dicit
quod decretum prima facie faceret fidem,et ei ſtaretur,niſi ſaltem
pars aduerſa neget que continentur in eo. Ad hoc de procurato.
capitulo primo.infra capitu.ſcriptum. ¶ Non obſtat quod de inſtructoribus dicitur,quia id ſit ad cautelam,vel quando non apparet decretũ hoc credo,quando eſt ſcriptum manu priuata:ſed ſi
eſt ſcriptum manu publica,nõ video qđ non habeat fidem:dum ta-
16 mẽ ille atteſtetur alia in preſentia ſoi facta. ¶ †Quero an decretũ
ſit de ſubſtantia electionis. Gl.dicit qđ quidam dicũt qđ nõ: & hoc
tenuit Io.lxi.di.epiſcopus. Tan.& Vin.Gof.hic in ſumma. Inno.
Compoſt.& Gul.Mandagotis in ſuo capitulo.xxxviij. Alij dicunt qđ eſt de ſubſtantia hodie:q2 ſi nõ publicatio voluntatũ,collatio,& incontinenti electio,non valet.ſ.eod.Cumana.&.c.cum poſt
petitam. Iſta ratio nihil valet:quia licet concludant formam electionis de ſubſtantia,non ſequitur qđ per hoc ipſa litera teſtimonialis ſit de ſubſtantia. Sed Io.dicebat qđ erat de ſubſtantia poſtulationis,nõ electionis:de poſtu.prela.bone.ij . ver.nec nocebat.
qđ non placet Hoſtien.& aperte reprobatur.lxi.di.§.ſed & aliquid.
De hac materia in Spe.eo.ti.§.i.circa medium.&.§.ij.in.ij . col.et
17 per Gul.Mandagotis parte.ij.q.xvi. ¶ Quero an filius natus
ex ſoluta.ſi per ſubſequens matrimonium legitimetur , an talis
poſſit eligi. Gloſſ.dicit hic qđ videtur ꝙ nõ:quia ius exigit qđ ſit
de legitimo matrimonio natus:ſed hic non eſt,licet ſit ex poſt facto legitimatus:igitur. Glo.dicit quod bene poteſt eligi:quia matrimonium ſubſequens omnia precedentia purgat.qui fil.ſint le-
18 gi.tanta. ¶ †Nota.gloſſ.quod appellatione legitime nati , etiam
in materia ſtricta comprehenditur legitimatus per ſubſequens
matrimonium.quod bene nota. Si ſtatutum diceret quod legitime natus admittatur ad ſucceſſionem,extenditur ad iſtum. Vide
quod dixi qui ſi.ſint legit.per venerabilem. Hec vera ſunt , ſi poſt
contractum matrimonium ſit electus. Si autem ante,electio foret
nulla,& non validaretur per matrimonium ſubſequens:quia inſpicitur initium.ſ.eo.nudum.vide glo.qui ſi.ſint legi.tanta. ¶ Ve-
19 nio ad verſi.Quia autem. ¶ †Nota primo ꝙ electio illegitimi,eſt
20 nulla ipſo iure. ¶ †Nota ſecundo quod ad prohibitionẽ actus, &
nullitatem eius,nõ ſequitur ꝓhibitio diſpenſationis circa actum.

⁊ ſic id, quod ſequitur illum ex eo cenſetur prohibitum.ſ.quando
ex eo ſequitur quod eſt prohibitum,⁊ de iure,aut de facto:ſecus ſi
ab alio principio ſpeciali aliquid circa prohibitum ſequatur.
21 ¶ †Nota tertio quod intentio ſtatuentis in prohibendo, in du-
bio menſuratur ad limites poteſtatis prohibentis: ⁊ allegatur,
22 quod par in parem non habet imperium.¶ †Nota quarto quod
idem non eſt ſimile,vel par,ſed nec ſimile.Ad idem.l.quod Nerua.
ff.depoſiti.Nam poteſtas ſucceſſoris pape,non eſt par,vel ſimilis
23 proprie cum predeceſſore, imo eadem.¶ †Et nota de dictione.
24 Imo,que ſtat correctiue.¶ †Oppon.innuit hec decre.quod ca-
non,cum in cunctis.ex toto ſit late ſententie.contra:quia non ſal-
tem,inquantum eſt pena eligentium: vt patet.ī.eodem.quiſquis.
Solutio. Quantum ad penam nullitatis electionis, ſecundum
omnes eſt late ſententie, vt hic eſt caſus:quantum ad penam pri-
uationis poteſtatis eligentium,ſunt opi.Aliqui quod non ſit ca-
non late ſententie,per capitu.quiſquis.⁊ capit.quia propter.Sed
veritas eſt quod eſt late ſententie.⁊ capitu.quiſquis loquitur de
eligentibus per impreſſionem,quando tamen habilem eligunt.c.
quia propter.loquitur de peccantibus in forma, quia eligunt in-
dignum:quia non ſunt priuati,ſed priuandi:⁊ ſic de alijs caſibus
loquuntur,quam decre.cum in cunctis.Pro hac parte facit finis
decret.hic: quia papa parcit eis in pena: ergo illa erat impoſita.
25 Facit de elec.ſi compromiſſarius.libro ſexto.¶ †Secundo opp.
quod par in parem habet imperium.ff.de iuriſdictioni omnium
iudicum.l.eſt receptum.ſecunda queſtione ſeptima.nos ſi incom-
petenter.¶ Solutio.Par in parem non habet imperium,niſi ſe
26 ſubijciat:vt ibi.¶ Venio ad verſicu.multa.¶ †Nota quod quan-
doque in diſpenſationibus attenduntur merita perſonarum.Ad
hoc de prebend.de multa.Et nota plura, que augent perſonam
27 quo ad implendam diſpenſationem,que hic numerantur.¶ †No-
ta ſecundo quod de qualitate perſone querendum eſt ab alijs, ſeu
illis,qui ſecum ſunt conuerſati: ⁊ ſic ex conuerſatione preſumitur
ſcientia qualitatis illorum,cum quibus ſit conuerſatio.Et nota
28 quod examinatio ſit de plano, ⁊ ſufficiunt teſtimonia.¶ †Nota
tertio quod concordia populi,⁊ ſubditorum concordia, ſuperio-
ris, ⁊ principis conſenſus, operantur in aliquo promouendo.et
operari debent:⁊ ſic princeps ſecularis poteſt habere conſenſum
29 in electione.Quod dic vt.ſ.eodem.cum terra.¶ †Nota quarto,
quod mitius agitur cum ſponte,⁊ humiliter confeſſo,⁊ quod quis
potius debet confiteri reatum,quam aſcendere ad dignitatem le-
30 ſa conſcientia.¶ †Opponitur quod male ſtet litera ibi:reatum,
quia hoc non eſt reatus,ſed defectus,quod quis ſit natus ex coitu
non licito:vt.l.legem.C.de natu.liber.Solutio.Dic reatum,id eſt,
defectum,vel impedimentum:quia nato quod non ſit nota delicti,
eſt nota defectus.infra de purgatio.canonic. accedens. ſecundum
31 gloſſ.¶ Venio ad verſicu.habito.¶ †Nota primo practicam pro
ſententijs,vt in principio,viſis actis,et habito conſilio.
32 ¶ †Secundo nota quod vbi eligitur poſtulandus,non valet mo-
dus prouidendi:et electio eſt nulla,et eligentes debent priuari po-
33 teſtati eligendi.¶ †Nota quod pro omni inhabilitate,in qua exi-
gatur diſpenſatio in electo, procedendum eſt per viam poſtula-
34 tionis,et non per viam electionis.¶ †Nota tertio quod eligens
ſcienter indignum,ſiue etiam ignoranter,quando ignorantia ſupi-
35 na eſt, ipſo iure priuatur poteſtate eligendi. ¶ †Nota quarto
quod non eſt tolerabilis ignorantia in facto alieno, quod quis ex
officio ſcire tenetur,et indagare:et ſic in dubio vbi eſt electus indi-
gnus,preſumitur ſcientia,niſi probetur ignorantia. Ad hoc de
36 crimi.falſi.ad falſariorum.¶ †Nota quinto quod non poteſt pe-
ti diſpenſatio, niſi ad hoc illam petens habeat ſpeciale manda-
37 datum.¶ †Et nota quod habens mandatum ſpeciale ad proſe-
quenda illa,que ſunt iuris communis,non poteſt proſequi illa,que
ſunt diſpenſationis,⁊ iuris ſpecialis:⁊ ſi ꝓcurator conſtitutus ad
38 illa,que ſunt iuris,non poteſt illa,que ſunt contra ius. †Et nota
quod ex officio poteſt iudex repellere non habentem mandatum,
39 vel habentem,⁊ illud excedentem. ¶ †Nota ſexto quod attenta-
tum poſt decretum, etiam ante notitiam literarum, eſt nullum,
quando in literis eſt decretum:vide nota.de conceſſio. prebend.
40 capitu.primo.libro ſexto.¶ †Nota ſeptimo quod caſſata electio-
ne ex defectu modi prouidendi, et propter vitium perſone electi,
non inhabilitatur perſona,quando impedimentum eſt ex defectu,
quin per viam ſpecialem poſſit promoueri:⁊ ſic vitio purgato ad
illam electionem aſſumi poſſe electum.Ad hoc, quod nota.ſupra
41 capitu.ſuper eo.¶ †Nota quod ſolus papa diſpenſat cum illegi-
timo,ſaltem quando promouetur ad epiſcopatum, et a papa ſo-
42 lum eſt poſtulandus. ¶ †Et nota quod vbi ſolus papa poteſt
cum vitio promouendi diſpenſare,ab eo tantum eſt facienda po-
43 ſtulatio.¶ †Opponitur cum gloſſ.que eſt ſuper verbo Ignoran
tia,quod in dubio ignorantia preſumatur,et excuſet, ex quo eſt de
facto alieno.de reſcriptis,capitu.ab excommunicato,l.ſi.ff.pro ſo
cio.Solutio.Ignorantia legitima excuſat:craſſa autem,et affecta
ta non,vel vbi preſumitur ſcientia,vt hic.Nam quedam ſunt fa-
cti alieni,que quis non tenetur ex officio ſcire,⁊ indagare:⁊ in tali-
bus bene preſumitur ignorantia,⁊ eſt tolerabilis. Quedam, que
quis ex officio ſuo tenetur ſcire,⁊ inueſtigare:⁊ in dubio preſumi-
tur ſcientia,niſi probetur ignorantia,vt hic.Et ponit gloſſ. duos
modos probandi ignorantiam.Unus,probando quod inueſtiga-
uerit quicquid potuerit,⁊ non inuenit defectum.Secundo proba-
bitur per iuramentum.Iſtam gloſſ. habes ad literam de crimi.
fal.ad falſariorum.⁊ per Innocen.de etate.⁊ qualita. accepimus.
Quod nota pro iſtis ſalenarijs,qui timent denuntiare maleficia,
vt ipſi preſumantur ſcire:⁊ qualiter probant ignorantiam. Di-
cunt etiam doct.quod aliter probabitur hic ignorantia, proban-
do quod communiter ſit legitimus,⁊ ſic habeatur,quod ſic digni-
tatibus fungebatur.Vide quod nota.i.queſtio.i.ſi qui a ſimonia.
44 de regulis iuris. preſumitur. libro ſexto. ¶ †Opponitur cum
alia gloſſ.quod deſtinati ad petendam confirmationem,poſſint pe
tere diſpenſationem.infra eodem.in cauſis. Solutio. Conſtituti
ad eligēdum,bene poſſunt poſtulare:quia idem finis, ſcilicet pro-
uiſio,⁊ lato vocabulo poſtulatio eſt electio. Sed conſtituti ad pe-
tendam electionem confirmari, non poſſunt petere diſpenſatio-
nem:quia ſunt ordinati ad petendum conſecutiuum ad electio-
nem,que eſt facta:non ad pentendum conſecutiuum poſtulationis
45 que facta non eſt,ideo non poſſunt illud petere. ¶ †Inducit ſe-
quens gloſſ.decreta.ad queſtionem de depoſito,ſi poſtea canonici
eligant,⁊ depoſitus reſtituatur per papam,an valeat electio. Ar-
guit pro,et contra.Dic,aut papa reſtituit, ⁊ decernit electionem
iam factam nullam,⁊ ſic apponit decretum,⁊ id quod ſit, eſt nul-
lum:⁊ valet poſtulatio,ita quod ſi papa decernit electionem ante
factam,nullam,planum quod reſtitutus recuperabit dignitatem
excluſo electo.Aut papa non decernit aliquid ſuper antefacto: et
tunc ſi eligunt poſt depoſitionem, ⁊ ante reſtitutionem, planum
quod valet electio,nec tolletur per reſtitutionem, niſi aliud ſit di-
ctum:de reſcriptis.capitu.quamuis.libro ſexto.et de electio. ſi eo
tempore.libro ſexto.Aut eſt facta electio poſt reſtitutionem, licet
ab ignorantibus:tunc electio non valet:quia eſt facta de dignita-
te non vacante: de conceſſio.prebend. capitu.ſecundo. ſecundum
Innocen.⁊ Compoſtellanum.ipſi tamen ignorantes quod papa
elegerit,non tenentur,id eſt non puniuntur, quaſi contempſerint,
46 ex quo ignorabant,ſecundum Innocen.¶ †Ultima gloſſ.arguit
quod metropolitanus non poſſit cum illegitimo diſpenſare: quia
ſi preſentatio ex neceſſitate ſit pape,concluditur quod ſolus papa
diſpenſat ſuper tali illegitimitate.Plus dicunt doct.quod nec di-
ſpenſat in etate inferior a papa,cum aſſumendo ad epiſcopatum:
⁊ ſic ſeruat curia.Et ad hoc de eta.⁊ qualita.c.vno.libro ſexto.⁊ of
47 ſi.de poſtula.c.ſi.⁊ de renuntiatio.poſt tranſlationem.¶ †Oppo
nitur quod eligentes caſſatum non poſſunt eligere,⁊ per hoc pri-
48 uentur poteſtate eligendi.ſupra titulo primo.gratum.†Solutio.
Aliud eſt,electum caſſatum poſtulari:⁊ fieri poteſt, vt hic: quia
non eſt reprobatus reſpectu vie,per quam non aſſumitur. Aliud
eſt,quem poſtulatum caſſatum poſtulari: quia aſſumitur via re-
probata.Idem puto quod non poſſit electum reprobatum reeli-
gere.ſupra capitu.ſuper eo.Et ex hoc concluditur quod vno pro-
hibito,nō prohibetur id,per quod peruenitur ad illud. Quod eſt
verum, quando id non eſt ſimpliciter prohibitum, ſed ſola via
prohibita eſt. Antonius de Butrio.

1 ☞ Electus a maiori parte capituli,idoneus ⁊ conſentiens,refu
tari non poteſt.
2 Electionis practica eſt per viam ſcrutinij fienda.
3 Eligi non poteſt alligatus alteri dignitati.
4 Electio quomodo debeat publicari.
5 Electionis decretum debet habere publicam ſcripturam.
6 Electio poteſt fieri in capitulo, vel choro.
7 Tractatus eſt vnum de ſubſtantialibus electionis.
8 Nominatio in tractatu habet ſe vt preambulum ad electionem.
9 Morbus quandoque repellit aliquem a promotione.
10 Reprobatus defectu morbi,eo ceſſante poteſt eligi.
11 Electio hominis de alia eccleſia an valeat.25.
12 Literis de rato poteſt quis exigentia ſpeciale mandatum.
13 Compromittere poſſunt collegiati in perſonam de alio collegio.
14 Eligendi ⁊ confirmandi ius in eadem perſona vnitur iure diuer-
ſo,nec mutatur modus prouidendi.
15 Matrimonium ſpirituale quaſi contrahit electus in epiſcopū.32
Eccleſia capitulum repreſentat.
16 Qualitas per accidens appoſita,non preſumitur.
17 Appellatio pluribus cauſis interpoſita,iuſtificatur ex vna iuſta.
18 Electores ab electione quando nequeant reſilire.31.34.
19 Electio non confirmatur ante conſenſum electi.

Electus

20 Electus nullus dicitur, ante conſenſum eligentium publicatum.
21 Capituli cenſetur factum, quod a maiori capituli parte fit.
Electionis ſcriptura quid debeat continere.
22 Procurator electus a maiori parte capituli, a quo expenſas re-
petat.
23 Crimen exceptum non ſugillat perſonam, nec defectus exce-
ptus.
Sententia contra producentem falſos teſtes, non infamat produ-
ctos.
24 Sententia ſuper vno morbo curabili, non probat morbum du-
rare.
26 Electio quandoque fit per verbum do, vel tribuo.
27 Appellatio an inficiatur vbi exceptio non admittitur.
28 Beneficij collatio in eum, contra quem opponitur de crimine, an
teneat.
29 Confirmare an cenſeatur omni tempore, qui eligit.
30 Electionem propriam an quis poſſit irritare.
33 Poſtulantes quando a poſtulatione poſſint reſilire.
35 Electo petenti confirmationem an debeat ſe habilem proba-
re.
36 Voluntas non ſufficit vt quis electus confirmetur.
37 Velle ⁊ conſentire quo differant.

1 Cum inter. ¶ †Electus a maiori parte ca-
pituli, ſi ſit idoneus, ⁊ conſenſe-
rit, vel conſentire velit, refutari non poteſt. hoc dicit.
Prima pars ponit partium allegationes. Secunda
ibi. diſcretioni diffiniendum committit. ¶ Caſus. Vacante eccle-
ſia Saon. ſeptem canonici, ad quos ſpectabat poteſtas eligendi, ſe
in capitulo congregauerunt, et nominato quodam prepoſito A-
ſtenſi per quendam archidiaconum et archipreſbyterum: in tra-
ctatu quidam Stephanus ſe oppoſuit, duas cauſas contra eum
allegans, ex quibus concludebat ipſum nullatenus eligendum.
Primo, quia morbo epilentico iam laborauerat, pro quo alias
tanquam inhabilis fuerat recuſatus. Secundo, quia non erat de
corpore eccleſie, ⁊ quandiu intra corpus eccleſie aliquis habilis re-
periebatur, non debebat alius de extra corpore eccleſie eligi: ⁊ ap-
pellauit ne ad eius electionem procederetur: hoc non obſtante a
maiori parte fuit electus: quia ab omnibus, excepto Stephano di-
cto, ⁊ ſic aliorum conſenſus fuit redactus in ſcriptis, et finaliter
publicatus, et ſic ſcrutinium fuit publicatum. Tandem antequam
huius peteretur confirmatio, propter diſcordias ſeminatas per
dictum Stephanum, partes ambe, vna per procuratorem, et alte-
ra ſuo nomine compromiſerunt in archiepiſcopum Mediolan. et
tandem ipſe quendam canonicum Modicen. elegit, et in epiſco-
pum confirmauit. Tandem ſuper iure iſtarum electionum con-
tentio fuit ad papam delata: ⁊ iudicio plenario hinc et inde agi-
tato, deuentum ad collationes. Pro parte dicti archidiaconi alle-
gabatur nominatio facta concorditer, vno excepto, ⁊ ſic capituli
maioritas: pro parte alia allegabantur duo oppoſita, ſcilicet quia
infirmitas, ⁊ quia de extra collegium: ⁊ tertium allegabatur com-
promiſſum factum. Papa hinc ⁊ inde auditis allegationibus cau-
ſam commiſit, et mandauit quod ſe informet, an iſte electus ele-
ctioni conſenſerit, ⁊ ſi poſt conſenſum fuerit compromiſſum factū:
⁊ ſi inuenerit eum conſenſiſſe electioni, ita quod communi conſenſu
eligentium, ⁊ electi ſit matrimonij vinculum contractum, niſi pro-
betur eum hodie morbo epilentico laborare, non obſtante appella
tione, licet ex alijs cauſis fuerit interpoſita, quas friuolas papa
reputat, dictam electionem confirmet. Si autem non ſit compro-
miſſum, ⁊ non appareat ipſum conſenſiſſe electioni, ⁊ tamē conſen-
tire volentem, dummodo immunis ſit a morbo epilentico, ad hoc
2 ipſum confirmet. ¶ †Nota primo practicam electionis per viam
ſcrutinij: quia debent ſinguli ſigillatim requiri, ⁊ in communi de-
3 bent preſtare conſenſum electioni. ¶ †Nota ſecundo quod alliga-
tus alteri dignitati poteſt eligi, ⁊ ſic alligatus inferiori. Speciale
4 ergo eſt in epiſcopo alligato. ſ. de poſtu. prela. c. ſi. ¶ †Nota tertio
practicam publicandi electionem: quia conſenſus ſingulorum re-
5 digitur in ſcriptis, ⁊ poſtea in communi publicatur. ¶ †Nota ar-
gumen. quod decretum electionis debet habere publicam ſcriptu
6 ram: de quo. ſ. eod. c. proximo. ¶ Ex ver. ceterum. †Nota primo
electionem faciendam in capitulo. Alij text. dicunt in choro. ſ. eo.
7 cum nobis. Dic vt. ſ. eodem cum terra. ſ. eo. quod ſicut. ¶ †Nota
ſecundo quod tractatus eſt vnum de ſubſtantialibus electionis.
8 ¶ †Nota tertio quod eſt dare quandam nominationem non ſolen
nem, que ſe habet vt preambulum ad electionem: vt eſt nominatio
9 in tractatu. ¶ †Nota quarto quod propter defectum morbi ali-
10 quando quis repellitur a promotione, vt hic patet. ¶ †Et nota
quod reprobatus ſemel ex defectu morbi, nō repellitur ab alia ele
11 ctione, niſi appareat morbum iterato durare. ¶ †Nota quinto qđ
valet electio de gremio alterius eccleſie, etiam dato habili in gre-
mio proprie eccleſie: ⁊ ſic de iure liberum eſt eligere peſſimum, ⁊ de
ſua ⁊ aliena eccleſia: de quo. ſ. de conſue. cum dilectus. ¶ Ad verſ.
12 poſt hec. ¶ †Nota primo quod per literas de rato videtur quis
poſſe exigentia ſpeciale mandatum. De hoc dicam infra de
13 tranſactio. contingit. ¶ †Nota ſecundo quod poſſunt aliqui de
14 collegio compromittere in perſonam de extra collegium. ¶ †No-
ta tertio quod quando ius eligendi ⁊ confirmandi ſimul in eadem
perſona vnitur iure diuerſo, non mutatur per hoc modus proui-
dendi, ac ſi talia concurrerent in diuerſa perſona: ⁊ ſic non confun-
ditur ius eligendi in iure confirmandi, nec econuerſo, ſed vtrunque
per ſe eſt ſpecialiter exequendum: de quo. infra eodem. ne pro defe-
ctu. Et ex hoc nota quod concurſus duplicis poteſtatis in eiuſ-
dem perſona iure diuerſo facit eam cenſeri loco plurium, ⁊ quo
ad actum formaliter expediendum, de eo vt de pluribus eſt iudi-
candum. Ad hoc. ſupra eodem, capitu. cum inter vniuerſas.
15 ¶ †Nota ex verſicu. diſcretioni. hic meliorem text. de corpore iu-
ris, quando contrahatur matrimonium ſpirituale, ⁊ cum quibus:
quia in ipſo conſenſu eligentium, ⁊ electi: ⁊ ſic eccleſia repreſenta-
tur in capitulum, ⁊ prelatus eſt ſponſus eccleſie mediante conſen-
ſu eligentium. Vide text. in capitu. quoniam. §. ſi autem. vt lite
non conteſt. ¶ Et nota quod proprie non eſt vinculum coniuga-
16 le, ſed quaſi. ¶ †Nota ſecundo quod qualitas ſemel poſita per ac-
cidens, non preſumitur, ſed illi incumbit onus probandi, qui dicit
accidens eſſe. Dicens ergo defectum in eligente, illum probat, et
maxime quando illum dicit appellando: quia quilibet arctatur ad
17 probandam cauſam appellationis. ¶ †Nota tertio quod ſi appel
latio de pluribus cauſis ſit interpoſita, iuſtificatur ex vna ſola iu-
ſta: ⁊ ſic ſufficit vnicam tantum cauſam iuſtam, ⁊ ex alijs iniuſtis,
aut friuolis expreſſis non propterea corrumpitur appellatio.
18 ¶ †Nota quarto quod publicato ſcrutinio, ⁊ maxime preſtito con
ſenſu, non poſſunt electores ab electione reſilire, etiam in alium
19 compromittendo. ¶ †Nota quinto quod non confirmatur electio
ante conſenſum ipſius electi: ⁊ quod infirmus non eſt confirman-
dus. ¶ Hic habemus quatuor. Primo, allegationem pro electo.
Secundo, allegationem contra electum. Tertio compromiſſum
quoddam. Quarto, pape mandatum. Videamus aliqua circa iſta.
20 ¶ †Opponitur ad primum quod non ſufficiat, vt non poſſint
canonici recedere, voces ſingulorum ſerutatas eſſe, aut commu-
nem aſſenſum preſtitum eſſe, ⁊ etiam eum in ſcriptis redactum:
quia ad impediendam nominationem, ius videtur exigere ipſum
21 conſenſum publicatum. infra eodem. publicato. †Solutio. Dicit
Innocen. hec fatenda: ſed fuit hic electus ſolenniter: alias non ex-
pectaretur ipſius conſenſus. Secundo per hunc decreta. dicit gloſ
ſa. in hac prima parte capituli patere quod actus geſtus a maio-
re parte capituli poteſt dici geſtus a capitulo, licet aliqui contra-
dicant. Sic etiam procurator conſtitutus a maiori parte capituli,
dicitur conſtitutus a capitulo, licet aliqui contradicant. Sunt au
tem omnes requirendi, ⁊ nomina non ſunt ponenda, niſi conſen-
tientium: alias eſſet falſum inſtrumentum: de his, que ſi. a prela.
22 quanto. ¶ †Tertio querit a quo talis procurator debet habere
expenſas: Gloſſ. dicit quod a capitulo. Ioan. contra, ne prouidea-
tur de rebus eorum, quibus aduerſatur. Ad hoc. infra eodem. vt
preterite. et per gloſſ. de electio. cupientes. libro ſexto. in gloſſ. fi.
Hoſtien. dicit quod religioſo etiam lite pendente prouidebitur
de expenſis. infra de accuſatio. ex parte. Secularis nihil percipiet
lite pendente: ⁊ ſi ſuccumbat, nihil hic recuperabit a capitulo: de
procura. cum pro cauſa. et ſic ſurreptionem expenſarum litis ter-
minus, id eſt euentus declarabit. C. de iudicijs. l. ſancimus et. l.
rem non nouam. Et vnus etiam canonicus admittitur nomine
eccleſie cū cautione. Si tamen malitioſe opponat, de proprio com-
23 ponet expenſas. infra de accuſatio. accedens. ¶ †Venio ad allega
tionem contra electum, in verſicu. ceterum. Opponitur quod da-
tu quod ſemel fuit repulſus ex hoc morbo iterato, per hoc non
debeat repelli: quia ſicut crimen exceptum non ſugillat perſonam,
ita nec defectus exceptus: vt. l. Lucius. ff. de his, qui notantur in-
famia. et patet de ordine cognitionum. cum dilectus. ¶ Solutio.
Dicit gloſſ. quod non ſugillat de iure, que infamia facti repellit
eum: ſic et teſtis ſemel repulſus a teſtificando in cauſa criminali,
repellitur per illam infamiam facti. Vel dic ſecundo vt dicit gloſ.
quod hic non repellitur propter non morbum, niſi iterato contra
eum probetur, nec ſufficit prima repulſio: ſi tamen conſtaret,
non deberet plus aſſumi. ¶ Concludendo que hic dicunt doct.
dic quod quandoque quis repellitur, et caſſatur electio propter
delictum: ⁊ tunc quia tale concomitatur infamia, ſaltem facti, quis
in alia electione repellitur. ſecundum illa plene dixi in. c. ſuper eo.
Quandoque quis repellitur ab electione propter morbum: aut
morbus eſt perpetuus, ⁊ incurabilis regulari natura ſui: ⁊ ſemel
repulſus adhuc poteſt repelli. Aut vitium, propter quod repelli-

tur,eſt variabile tempore,⁊ curabile ⁊ dic quod ſemel repulſus, ite
rato non repellitur, niſi adhuc probetur vitium ſubſiſtere, vt di-
cit hic textus. Unde iſti arctantur ad probandum, qui ſe oppo-
nunt,quia adhuc morbus duret. Joannes Andreas dicere vide-
tur contra,quod eo quod ſemel propter morbum eſt repulſus,im-
primitur quedam preſumptio ſuper morbo, que grauat ipſum
onere probandi,vt patet in ſi.textus.ſecundum eum. Ad hoc alle
24 gat vt eccleſiaſt.beneficia. capitu.vno. ¶ † Aduerte, non puto
quod ſententia ſuper morbo faciat plenum preiudicium, nec ple-
ne probet morbum reſpectu alterius electionis nouiter facte:quia
variata re, variatur virtus ſententie. Poteſt tamen eſſe qualiſ-
qualis preſumptio de morbo:ſed hic non fundat intentionem di-
centis morbum. Aggrauat tamen quem in onere probandi,quā-
tenus petit a iudice ſe vt ſanum admitti,vt patet hic in ſi.⁊ hec eſt
25 veritas,maxime vbi morbus eſt tempore variabilis. ¶ † Oppo.
ſecundo quod electio hic non debuerat fieri de aliena,nec admitti
debuerit, et tamen papa illam admittit.lxi.diſtinctione.obitum
nullus.lxv.diſtinctione. Florentinum. ¶ Gloſſ.hic reuocat in du-
bium duo. Primum,an poſito quod de iure electio fieri debeat de
propria eccleſia,ſi ibi ſit idoneus,⁊ non aliena:nunquid ſi concur-
rat electio maioris partis in aliena eligens, et minor in propria,
que preualeat. Finaliter ponit opinio. Prima opinio Laurentii.
quod quandoque concurrunt due electiones,quarum vna eſt fa-
cta a duplo maiori parte,⁊ non de gremio:altera, que eſt facta de
minori:tertia de gremio:⁊ tunc dicit quod valet facta a duplo ma
iori parte. Allegat,quia virtutes capitulares ſunt duplo maiori
parte. In tertia autem non eſt aliqua ſcintilla potentie capituli:⁊
pro tanto ſanioritas in illa tertia eligendo de eccleſia propria non
facit illam preualere,quia virtus capituli ſit in dupla parte. Alle-
gat de decre.ab ordi.facien.l.iii.ff.quod cuiuſque vniuer.l.plane.
Dat ſimile.l.eodem ſcriptum.quia vbi concurrit poſtulatio a ma
iori dupla parte, ſanioritas in minori tertia eligendo via iuris
non ſufficit vt electio illi preualeat. Quandoque ſolum eſt maior
pars eligens ab extra,⁊ ab intus minor,non tamen eligens ab ex-
tra aſcendit ad duplum et tunc non valet electio a minori parte,
argumentum dictorum iurium. Non obſtat hec decreta. quia hec
eſt allegatio. Item hic non contradixit minor pars, nec elegit in
propria eccleſia,⁊ adhuc eligens extra erat duplo maior pars.
Non obſtat infra capitu.in cauſis. quia illud operata eſt forma
mandati vt preualeat poſtulatio de alia eccleſia electioni de pro-
pria. Ican.dicit,et hanc opinio. ſequitur gloſſ.quod ſiue de pro-
pria,ſiue de aliena eccleſia,valet electio facta a maiori parte capi-
tuli,dummodo aliud non obſiſtat. Pro eo hec decreta. quia hic
nullum eſt vitium in natura, ſcilicet quod electio fiat de alieno.
Quod patet:quia hic hec allegatio non fuit per papam admiſſa,
imo contra eam pronuntiat,⁊ hanc cauſam a parte dicit friuolam.
Pro hoc optime infra eodem:quia propter.quia ibi ſolum exigi-
tur maior ⁊ ſanior pars capituli,vt valeat electio: nec diſtinguit
an de propria,vel aliena eccleſia. ¶ Unde ſi teneres opinio. quod
electio non deberet fieri de aliena eccleſia de iure, quando ſubeſt
perſona idonea in propria,non eſt dubium quod ſanior reputare-
tur pars,que eligeret in propria:⁊ ſic non eſſet hic maior,et ſanior
pars,⁊ eſſet recidere in dubium illud ſubtile,an vbi ſanior concur-
rit ex vna parte,⁊ maior numero ex altera,que electio valeat. Et
communiter dicimus quod neutra.ſuper quo videbitur infra eo-
dem eccleſia.niſi forte maior in multum excederet ſaniorem, ſcili-
cet ad duplam. Et ſic de iure hoc tenendo, opinio prima eſſet ve-
ra. Sed ſi teneamus quod de iure poſſit fieri electio, etiam extra,
minor pars non haberet pro hoc ſanioritatem quod eligeret in
propria:ideo ſemper preualeret electio facta a maiori. ¶ Uiden-
dum ergo quid eſt de iure. Et dicit gloſſ.quod ſi habemus reſpe-
ctum ad punctum iuris, electio eſt libera in eligentibus aut in
proprio, vel alieno gremio facere poſſunt, vt eſt caſus ſupra de
conſuetu.cum dilectus. ¶ Non obſtant iura ſupra allegata,quia
illa reſpiciunt quandam equitatem plus honeſtatem quandam ⁊
decentiam reſpiciens,quam ius neceſſitans. Et pro hoc quod mi-
nor pars eligit in proprio de puncto iuris non datur,maior ſanio
ritas exigitur ⁊c.ſicut ⁊ honeſtum eſt quod fiat electio de meliori
qui poſſit haberi,⁊ tamen ſalua conſcientia.⁊ etiam ſaluo iure,re-
cte ſit electio de bono, licet in eccleſia ſit optimus: quia ſufficit
quod non ſit malus.xvi.queſtio.iii.monaſterium. De hac materia
vide plene in capitu.innitus.⁊ capitu. Florentinum.hic allegatis.
An ſufficiat eligere bonum,vbi apparet optimus, vide in . §. hic
allegato in gloſſ.xxiii.diſtinctio.in nomine Domini.⁊ vide. infra
26 de officio.cuſto.ca.ſi. ¶ † Uenio ad tertium, ſcilicet ad compro-
miſſum:⁊ aduerte ibi ad vnum quod compromiſſarius preuidet
per partes,licet in eo ſit vnitum ius eligendi, ⁊ confirmandi. Et
aduerte quod per verbum. Do,vel Tribuo,ſit quandoque electio.
27 ¶ † Opponitur quod non ſit neceſſe appellationis cauſam veraꝫ
probare,quod hic laboret morbo,⁊c.quia eo quod exceptio legiti-
ma opponitur,⁊ non admittitur,iuſtificatur appellatio:vt eſt ca-
ſus de appellatio.interpoſita. Non eſt neceſſe quod aliquid in cau-
ſa appellationis probetur:quia eo quod non admittit legitimam
exceptionem diſcutiendam,incontinenti iuſtificatur, et concludi-
tur apertum grauamen. ¶ Solutio. Quandoque proponitur ſo-
lum exceptio:et ex eius repulſione ſola non iuſtificatur appella-
tio:quia data eſt iudici poteſtas in friuolis exceptionibus repel-
lendis. Unde per hoc quod illum repellit, non concluditur gra-
uamen:quia ius preſumitur pro iudice,quod iuſte repellit.ex quo
poteſt. ¶ Quandoque opponitur exceptio, et eius offertur pro-
batio:et tunc aut appellatio ſit a iudice: et ſtatim iuſtificatur ap-
pellatio:quia ſi qua erat preſumptio contra friuolitatem exce-
ptionis, illa tollitur ex oblatione probationis: et ſic repulſio
exceptionis excludit apertum grauamen:vt in capitu. interpoſi-
ta. ¶ Quandoque exceptio opponitur coram parte: et ſic appella-
tio extraiudicialis eſt, ⁊ non iuſtificatur exceptionis obiectu, et
oblatione probationis. Ratio:quia probationis oblatio eſt vna
cum pars illam offert:quia iudex recipere non poſſit. Reſtat er-
go ſolus exceptionis obiectus,et eius exceptionis non admiſſio:
et illa ſola non iuſtificat appellationem. Nota bene hoc dictum.
Idem Innocen.dicit de officio delega.ſuper queſtionum.de exce-
ptio.oppoſita coram executore:et de appellationibus interpoſita.
¶ Ex his infert multa.primo in caſu noſtro, et contra electores,
aut capitulum oppoſita exceptione de perſona electi ſi appelletur
ne talis eligatur, appellatio non iuſtificatur: licet probationem
offerat. Item per hoc infert quod ſi coram confirmatore contra
electum opponatur exceptio, et offeratur probatio, et quia non
admittitur,appellatur,quod ex hoc ſolo iuſtificatur appellatio:
et hoc ideo,quia ab eo vt a iudice fuit appellatum. Allegant di-
ctum capitul.interpoſita. Idem dicunt ſi ab executore, vel proui-
ſore appelletur:quod intelligo, quando aſſumpſit partes iudicis
28 in prouidendo. † Ex his infertur ad determinationem dubii.
Epiſcopus,ad quem de iure ſpectat prebenda, vel aliud benefi-
cium,illud conferre vult: opponunt quidam quod non conferat
tali,quia eſt adulter, vel periurus,vel criminoſus,et ſtatim ſe of-
fert opponens probaturum: non admittit exceptionem: appel-
latur:an teneat collatio poſtea facta: Quidam dicunt quod non.
Innocen.dicit quod ſic,niſi probetur veritas cauſe:quia epiſco-
pus facit hanc collationem extra iudicium,ideo non tenetur pro-
bationem admittere,nec ordinem iudiciarium obſeruare. Ad hoc
infra de appellatio.conſtitutus.ſecundo de conceſſio.preben.pro-
poſuit.vbi etiam habetur de hoc. Probat Hoſtien. quia ſi foret
talis probatio admittenda,iam tolleretur ordinario libera pote-
ſtas conferendi beneficium illi,quem putat dignum: de prebend.
relatum. Sic et poſſet labi tempus ſuum, ſi poneretur quod di-
ſtuliſſet vſque ad vltimum tempus conferendi:et ſic non poſſet
expediri receptio teſtium quando tempus labitur:de ſupplen.ne-
gligē.prelato.capitul. ſecundo ⁊ tertio. ⁊ ſic ſuo iure priuaretur
abſque culpa,cōtra illud.50.diſtinctio. ſatis peruerſum. Dicunt
tamen quod conſulte agit, ſi probationes recipiat, dummodo
hoc commode facere poſſit: quia tempus patitur, et non labi-
tur. Si tamen labitur tempus, vel confidit de perſona, cui
conferre intendit, audacter poterit ei conferre, non recepta
probatione: et poſtea ex euentu litis declarabitur, an iuſte ſit
promotus, vel non. Et ſic concludit quod ſi conſideremus
ipſum conferre, vel non conferre tempore, quo opponitur, di-
cunt quod erit in eius arbitrio, vel non conferre. ¶ Et in
iſto arbitrio conformando habebit reſpectum ad perſonam
electi, et ad perſonas ſe opponentium, et ad perſonas te-
ſtium, et famam eorum, qui producuntur: et ſecundum qua-
litatem eorum poteſt informare arbitrium in repellendo vel
admittendo opponentes: et ſi eligat admittere electum, quem
in dubio preſumere debet bonum: argumen.de ſcrutinio.capitu
lo primo. ¶ Si conſideramus effectum quo ad finalem validita-
tem ipſius collationis, illa dependet ex euentu litis: quia ipſe
litis euentus, ſine appellationis, declarabit validitatem, aut
nullitatem: quia ſi appellatio iuſtificetur, retractabitur collatio:
alias non. Si conſideras actum per reſpectum ad penam con-
ferentis, quo ad hoc eſt tutius quod non conferat, ſi in aliquo
dubitat de perſona: quia allegata inhabilitate eius, et oblata
probatione eius, ſi poſtea illi conferat, et contingat quod pro-
betur appellatio, iam ipſe conferens non poterit excuſari a pena
conferentium indigno: quia iſta videretur affectata ignoran-
tia,niſi alia apertiſſima cauſa ipſum excuſaret: vt ſupra capitu.
proximo.de dolo.finem.⁊ quia ipſe tenetur inquirere de perſona
electi ante,quam ipſum promoueat.infra capitu.nihil.⁊ quia for-
ma promouendi in nullo vacillare debet.infra de accuſatio.omni-
potens. Imputabitur ergo epiſcopo, ſi non voluit ſcire verita-
tem

tem,ex quo probatio offertur:⁊ ſic videtur ignorantie affectatio,
29 qui tanquam ſciens punitur,vt ſupra capitu. proximo. ¶ †Op⸗
pon. quod eo quod eligit,confirmare cenſeatur.lxiij.diſtinctio . in
ſynodo.ff.de accuſatio.l . prima. Solut. Dicit gloſſ. quandoque
plures poteſtates concurrunt in perſonam vnius eodem iure,
quo caſu poſſunt per partes expediri, et vnico actu magis expe⸗
ditur,et expediri poteſt,vt ibi.Quandoque concurrunt in eadem
perſona,iure diuerſo:et tunc ſicut actus formaliter expediri debet
in perſonam diuerſorum,ita formaliter debet expediri in perſo⸗
nam eiuſdem:quia concurſus talium qualitatum faciunt eandem
perſonam cenſeri loco plurium.Exemplum patet in primo, vt ſi
forte de priuilegio,vel conceſſione haberet vtrunque,per iura alle⸗
gata in princip.gloſſ.¶ Per hoc infertur, quod ſi archiepiſco⸗
pus eligit iure deuoluto,quod per hoc non videtur confirmaſſe:
quia alio iure eligit,ſcilicet ex iure deuoluto,et alio confirmat, ſci⸗
licet proprio:in qua confirmatione debet exigere conſilium capi⸗
tuli,ſed in prima electione,non. infra, de his, que fiunt a prelato.
quanto.¶ Item quia tantum conſenſum non debet confirmare:
et ſic electio non poteſt habere vim confirmationis.Ad hec ſupra
capitulo proximo.Compoſtellanus dicit hic contra. De hoc di⸗
cetur infra de electione.ne pro defectu.⁊ tangitur eodem titulo.ſi
30 poſtquam.libro ſexto.¶ †Sed pone quod is,ad quem eſt deuolu
ta poteſtas,eligit,poſtea vult confirmare : opponitur crimen ele⸗
cto:an poterit propriam electionem irritare?Arguitur quod non
quia ipſam defendere tenetur:ergo illam non debet impugnare:
argumentum infra de natis ex libero ventre.capitulo primo.Gloſ
ſa dicit contra : quia cum eligit vt alius, poterit tanquam alius
31 quod ipſe facit irritare.j.q.vij.§.tria.cum ſimilibus. ¶ †Secun⸗
do opponitur innuit hic quod ante ſubſcriptionem poſſunt ele⸗
ctores ab electione recedere. Hoc falſum eſt : quia non poſſunt
etiam poſt ſolam publicationem,et ante ſubſcriptionem.infra ca⸗
pitu.publicato.Solutio.Dicit gloſſ.quod aut poſt conſenſum in
ſcrutinio eſt electio publicata, ⁊ ſubſcripta : ⁊ planum quod non
poſſunt variare.Aut eſt tantum publicata:⁊ idem:vt dicto capi⸗
tulo publicato.⁊ hoc teneas.Non obſtant iura in contrarium alle⸗
gata:quia in illis ante ſubſcriptionem non erat ius queſitum : hic
32 ſic.¶ †Opponitur tertio quod verum matrimonium,non quaſi,
contrahitur inter epiſcopum ⁊ eccleſiam : vt patet . de tranſlatio.
prelat. inter corporalia. Gloſſ.dicit quod verum matrimonium
contrahatur ex ſolo conſenſu eligentium ⁊ electi:ſed dicitur quaſi,
quia non habet omnem ſuam firmitatem ante confirmationem,
quin poſſit electus renuntiare,etiam poſtquam conſenſerit , ante
confirmationem. Nota hanc gloſſ. quod vinculum matrimonij
inter eccleſiam ⁊ epiſcopum contrahitur ſolo conſenſu eligentium
et electi:et tunc perficitur.Idem gloſſ.ſuper capitu. noſti. Gloſſ.
ſentit quod in ſola confirmatione , et conſecratione. ſupra de ele⸗
ctio.cum in cunctis.in gloſſ. ſuper verbo, Ad quem ſpectat . et
idem ſentit in dicto capitulo inter corporalia.ſuper verbo, Con⸗
firmationem.Communiter tenetur opinio huius gloſſ.de quo de
voto per tuas.⁊ vide doct. vt lite pendente. capitulo primo, libro
ſexto.et plenam gloſſ.habes de electio.libro ſexto. capitulo ſi ele⸗
ctio.Vel dic quod dicitur quaſi matrimonium,habito reſpectu ad
naturale,et carnale.Vel verum matrimonium eſt inter electum ⁊
eccleſiam,vt in contrario:inter eligentes et electum eſt quaſi ma⸗
trimonium.Et quelibet ſolutio eſt bona:ſed penultima eſt melior.
33 ¶ †Opponitur quarto quod poſſint reſilire vſque ad preſentatio⸗
nem.de poſtulatio.prela.bone.§.nec nocebat.Solutio.Dicit gloſſ.
aliud in poſtulatione,vt ibi:aliud eſt in electione. Cauſa , quia in
poſtulatione non queritur ius poſtulato:ideo variatur vſque ad
preſentationem factam ſuperiori , per quam ſuperiori queritur
ius:in electione ſtatim ex publicatione ius queritur. Vel dicit
gloſſ.quod hodie idem in poſtulatione. infra eodem . publicato.
Gloſſa in hoc vltimo male dicit. Idem dicit in duobus locis , in
34 dicto capitulo Bone.⁊ in capitulo vltimo ⁊ finali. ¶ † Opponi⸗
tur quinto quod text.non procedat ex reſponſione pape : et in hoc
venio ad mandatum pape.Papa facere videtur differentiam an
fuerit compromiſſum,an non:vt ſi ſit factum compromiſſum, non
poſſit recedere,ſi ille conſenſerit. Si non ſit factum compromiſ⸗
ſum,etiam ſi non conſenſerit poſſit conſentire. Innuitur quod ſi
eſſet factum compromiſſum ante,quam electus conſenſiſſet , quod
non poſſet poſtea conſentire.Et hoc eſt falſum:quia ſiue ante com
promiſſum ſit factum,ſiue non,etiam antequam conſenſerit, iam
apparet quod non poſſunt electores ab electione recedere , poſt⸗
quam eſt facta publicatio : ergo nulla eſt differentia, an compro⸗
miſſum preuenerit conſenſum , vel non.infra eodem. publicato.
Gloſſ.fatetur contrarium,et ſupplet ad literam maxime. Vide⸗
te iſtum textum poteſt habere multiplicem intellectum in differen
tia ſumenda inter primum reſponſum , et reſponſum ſecun⸗
dum,in verſiculo , quod ſi. Primus eſt intellectus quod faciat
differentiam , an ſit compromiſſum , vel non:vt ſi non probetur
compromiſſum,ſiue electioni conſenſerit , ſiue non , iterato poſſit
conſentire. Et ſic loquitur ille verſiculus , quod ſi. An pro⸗
betur compromiſſum : ⁊ tunc ita demum obtinet electus , ſi iam
conſenſerit.Huic obuiat contrarium, et oportet quod ſubaudia⸗
tur maxime , vt dixit gloſſ.¶ Vel dic quod loquitur ſecundum
iſta tempora,ſecundum que poterant recedere ab electione ante,
quam conſentiret electus:hodie autem procedit capitu . publica⸗
to.et in veritate hoc ſonat litera. Vel poteſt intelligi quod papa
velit facere differentiam,an conſenſerit,vel non conſenſerit in fa⸗
cto.ad maiorem declarationem,ſed non in iure : vt ſi iam conſen⸗
ſit,poſſit confirmari , non expectato alio conſenſu. Si non con⸗
ſenſerit,quod etiam poſſit conſentire ; et debeat poſt conſenſum
confirmari.Et quod dicitur de compromiſſo , vel non compro⸗
miſſo , protulit incidenter. Vel poteſt intelligi tertio quod ſit
differentia an conſenſerit,vel non , in hoc , quod vbi iam conſen⸗
ſit , dicens ipſum morbo epilentico laborare , debet probare:
quia iam ex quo conſenſerit , eſt in quaſi poſſeſſione vinculi ma⸗
trimonialis : et pro tanto illa quaſi poſſeſſio releuat ipſum ab
onere probandi contra opponentem . verſicu . quod ſi . loquitur
quando nondum conſenſit : quo caſu nondum eſt in quaſi poſ⸗
ſeſſione vinculi matrimonialis , propter quod releuatur ab one⸗
nere probandi : ideo quia tunc petit ſe vt habilem admitti,opor⸗
tet quod probet ſe non laborare morbo epilentico,id eſt , caduco.
35 †Ex hoc tu habes quando opponitur inhabilitas electo , an ha⸗
beat ſe probare habilem,vel aduerſarius inhabilem : quia ſi ante
diu conſenſerit electioni , ſemper releuatur ab onere probandi.
Si non eſt defectus naturalis , debet ſe habilem probare ſupra
capitu.innotuit. Si alterius accidentis , ſi aliqualis eſt preſum⸗
ptio contra eum,oportet quod ſe probet habilem:alias opponen⸗
ti incumbit probatio. Hic erat aliqualis preſumptio propter
primam ſententiam : quia alias erat repulſus : hec preſumptio
propter poſſeſſionem quaſi matrimonialem precedentem tolli⸗
tur , et aduerſa pars grauatur onere probandi : vt in prima
parte ceſſante quaſi poſſeſſione matrimoniali, non releuatur ab
36 onere probandi.¶ †Opponitur cum vltima gloſſ.quod non ſuf⸗
ficiat voluntas , vt confirmetur , ſed oportet quod tranſeat ad
37 conſenſum.Gloſſ.fatetur,quia opus eſt facto.† Nota bonam gloſſ.
que dicit quod inter velle , ⁊ conſentire, eſt differentia : quia poſ⸗
ſum velle electum eſſe,et tamen electioni non conſentire : quia illa
voluntas non eſt contenta terminis voluntatis , ſed certo modo
exprimenda eſt. Et ex hoc improbatur opinio cuiuſdam Pe⸗
tri Apuli, qui dixit non valere electionem , niſi eodem inſtan⸗
ti daretur mutuus conſenſus.Nam hic conſenſus deficit eligen⸗
tium tempore,quo adeſt conſenſus electi , et tamen valet electio.
Sufficit ergo conſenſus mutuus,verus,aut fictus , qui adeſt ſal⸗
tem ficte,vbi recedere non poſſunt,quia publicauerunt, vt habes
hic.quod nota. Antonius de Butrio.

1 ☞ Electus idoneus confirmatur, indignus vero reijcitur.
2 Electio prepoſiture pertinet ad capitulum.
3 Eligentes poſſunt atteſtari de facto electionis per eos fa⸗
cte.
4 Delegati poſſunt tranſmittere ad papam negotium eis commiſ⸗
ſum.
5 Delegati ad inſtruendum negotium et inſtructum tranſmit⸗
tendum poſſunt ſtatuere terminum ad audiendum ſenten⸗
tiam.
6 Sententiam ferens ex actis ab alio receptis quid facere de⸗
beat.
7 Electiones preferende duobus concurrentibus.
8 Eligentium authoritas ex tribus colligitur.
9 Allegationum appellatione quid veniat.
10 Iudex debet a ſententia abſtinere ſi non ſit negotium ſufficienter
inſtructum.
Sententia eſt nulla lata ſuper negotio non ſufficienter inſtru⸗
cto.
11 Sententia videtur commiſſa,vbi committitur deciſio cauſe.
12 Iudex cauſam committens ad ſapientis conſilium videtur in
cauſa conſuluiſſe.
13 Probatio facti an admittatur concluſum in cauſa.
14 Notorium an dicatur id,quod ex actis conſtat.
15 Notorium eſſe poteſt,id quod eſt de actu,etiam negatiuo.
16 Electionis tempus attenditur ad ponderandam habilitatem
electi.
17 Electio poteſt habere tres inhabilitates erga perſonas.
18 Sententia in abſentem poteſt ferri in cauſa ciuili.
19 Sententia contra minorem etiam indefenſum valet in beneficia⸗
libus.

Minor in materia beneficiali reputatur maior, ⁊ in ea non reſti-
tuitur.
20 Electio an valeat vbi diſputatur de viribus electionis.
21 Sententie que ſit practica vbi eſt dubium de viribus electio-
nis.
22 Electionibus duabus concurrentibus vtra preferatur. ⁊ nume-
ro. 23.
24 Pene, dictio denotat modicam diminutionem.
Quaſi, dictio quid importet.
25 Capituli maior pars preſumitur habere bonum zelum.
26 Confirmationis actus transfert quaſi poſſeſſionem.
27 Sententiare non debet iudex de partium voluntate.
28 Etas ⁊ tempus ſunt diſtincta in promouendo.
29 Allegationes iuris habet papa in pectore.
30 Allegare videtur factum, qui inſtrumentum allegat.
31 Sententia poteſt ferri ex proceſſu non inſtructo.
Iudex non debet feſtinare ſententiam, ſed requirere proceſ-
ſum.
32 Eligi an poſſit ad inferiorem dignitatem conſtitutus in mino-
ribus.
Beneficia non curata poſſunt conferri minoribus.
33 Electio facta a maiori parte capituli licet non precesſerit collatio,
non eſt irrita.
Arbitrio viri boni relinquitur, quod non eſt iure determina-
tum.
34 Electio, ſi eſt nulla, ſpectatur eius principium.
35 Principium in contractibus vel quaſi attendendum eſt. et nu-
mero. 36.
37 Electio facta de indigno pape diſpenſatione quando valide-
tur.
Diſpenſatio ratione inhabilitatis, ſi ius eſt iam queſitum coele-
cto, non valet.
38 Sententia iudicis delegati ſuper cauſa coram alio iudice iam mo
ta, non valet parte non citata coram eodem delegato.

1 Cadum. ¶ † Elect⁹ a maiori parte capituli, ſi
tempore electionis erat idoneus, con
firmatur: ſi vero tunc erat indignus, et fuit ſcienter
electus, confirmatur dignus electus a parte minori.
hoc dicit. ¶ Prima pars deciſe ponit commiſſionem prius fa-
ctam. Secunda ibi: ipſi vero: ponit iudicii proceſſum, et remiſſio-
nem. Tertia ibi: cunque vnius partis comparitionem, et contu-
maciam alterius. Quarta ibi: geſtis. examinat proceſſum non ple-
ne remiſſum: quem ideo ſub certa forma diffiniendum committit.
¶ Caſus: Vacante prepoſitura Colonienſis eccleſie, proceſſerunt
canonici ad electionem, et quanquam in vnum locum fuerunt con
gregati, non in vnum propoſitum: quia quatuordecim ex canoni-
cis vota direxerunt in prepoſitum ſanctorum apoſtolorum: et hi
alios precellebant dignitate, ⁊ authoritate: alii quatuordecim ele-
gerunt prepoſitum ſancti Georgii. Tandem delata quomodo-
cunque queſtione ſuper iſtis electionibus ad apoſtolicam ſedem, pa
pa quibuſdam delegatis cauſam commiſit, ⁊ mandauit eis vt cau
ſam examinarent, ⁊, ſi eſſet de voluntate partium, cauſam decide-
rent: alioqui negotium ad ſedem apoſtolicam inſtructum remitte
rent: coram delegatis vtraque parte vocata, vocatis teſtibus, et
eligentibus, et examinatis eorum conſcientiis, ⁊ auditis allegatio
nibus hincinde, dum eſſent in calculo ferende ſententie, prepoſitus
ſancti Georgii petiit negotium ad ſedem apoſtolicam transmit-
ti inſtructum: et ſic fecerunt delegati, ſtatuto termino vtrique par
ti, vt comparerent coram ſede apoſtolica ſententiam pape audire:
in termino comparuerunt ſanctorum apoſtolorum nuntii, prepo-
ſitus ſancti Georgii non venit, nec loco ſui reſponſalem miſit:
poſt hec papa examinauit proceſſum, et inuenit negotium non in-
ſtructum ad apoſtolicam ſedem tranſmiſſum pro parte prepoſiti
ſancti Georgii, et ſic pro parte prepoſiti ſanctorum apoſtolorum:
inuenit tamen ex parte proceſſus tranſmiſſi, qualiter prepoſitus
ſancti Georgii erat electus a maiori parte capituli, et prepoſitus
ſanctorum apoſtolorum a quatuordecim, que erat minor pars ca-
pituli. Inuenit etiam quod inter cetera erat oppoſitum prepoſi-
to ſancti Georgii de quatuor defectibus, de defectu etatis, et defe-
ctu ſcientie et etiam ordinum: ſed reſponſiones aut defenſiones
non apparebant ex proceſſu tranſmiſſo: propter que papa non va
lens negotium terminare, ex defectu inſtructionis proceſſus, com
miſit iterato cauſam terminandam ex antiquis actis eiſdem iu-
dicibus, et mandauit eis quod ſi appareat notorium eis, vel ex
his, que producta ſunt, conſtat quod dictus patiatur in ordini-
bus, ſcientia, et etate defectum, in tantum quod ſecundum conſti-
tutiones canonicas, et promotiones, debeat impediri, ei impo-
nant ſilentium, non obſtante ipſius abſentia corporali, et prepoſi-
ſito ſanctorum apoſtolorum prepoſituram adiudicarent eandem:
alias ſi non apparet aliquis defectus contra eum, cum in ipſum
prepoſitum ſancti Georgii pene due partes conſenſerint, et impe-
dimentis ceſſantibus appareat quod bono zelo elegerint, prepo-
ſiti ſanctorum apoſtolorum electione caſſata, electionem prepoſiti
ſancti Georgii confirment, ipſoque tanquam prepoſito faciant re-
2 ſpondere. ¶ † Nota primo quod electio prepoſiture, ⁊ ſic dignita-
tis in eccleſia, videtur ſpectare ad capitulum eccleſie, de quo infra
3 eodem. Cumana. ¶ † Nota ſecundo quod ſuper negotio electio-
nis examinatio facienda eſt cum partibus, et in examinationi-
bus, et interrogationibus examinande ſunt conſcientie eligen-
tium: et ſic videtur quod eligentes poſſint atteſtari in facto ele-
4 ctionis: de quo infra eodem. cum dilectus. ¶ † Nota tertio quod
vbi negotium eſt commiſſum delegatis, poſſunt tranſmittere, et
ad ſedem apoſtolicam transferre, quando eſt de voluntate par-
5 tium: et ſic ex forma eis fuit commiſſum. ¶ † Nota quarto quod
delegati ad inſtruendum negotium, et inſtructum tranſmitten-
dum, poſſunt ſtatuere terminum ad audiendam ſententiam, et
comparendum coram ſuperiore, et peremptorium, etiam ſi ni-
hil de hoc ſit expreſſum. Et vide quantum ad hoc. capitu. fin. de
accuſationib. et quod ibi not. de appella. ſuper eo. et capitulo inti-
6 maſti. ¶ Venio ad verſicu. geſtis igitur. ¶ † Nota primo quod
pronuntians ex actis ab alio receptis in calculo ſententie habet
inſpicere acta, et diligenter examinare cauſas, ex quibus poteſt, et
debet ad ſententiam procedere: ideo habet hodie practica in ſen-
tentiis hec verba, aut ſimilia ſemper apponere. Ad hoc de officio
7 delega. ſuper queſtionum. §. primo. ¶ † Nota in preferendis ele-
ctionibus habetur reſpectus ad duo, ad numerum, et ad authori-
tatem eligentium: ſic et in teſtibus: vt pz. j. de teſtibus. in noſtra.
8 ¶ † Et nota quod ponderoſitas in eligentibus quo ad diſcernen
dam authoritatem colligitur ex tribus, ex etate, ex dignitate, et
9 ordinis tempore. ¶ Venio ad verſicu. cum autem. ¶ † Nota quod
appellatione allegationum quandoque comprehenduntur allega
tiones facti, et non iuris: hoc eſt, exceptiones, petitiones, replica
tiones, et inſtrumentorum productiones, et ſimilia obiecta, et re-
10 ſponſiones ad obiecta. ¶ † Nota ſecundo quod vbi negotium non
apparet ſufficienter tranſmiſſum inſtructum, omnino iudex abſti
nere debet a ſententia: imo ſi tunc ſententiaret, ſententia eſſet nul-
la. Et eſt caſus notabilis infra de re iudica. cum Bertoldus.
11 ¶ † Nota tertio quod ad deciſionis cauſe commiſſionem videtur
commiſſa ſententia. Et nota eo quod eſt cauſa commiſſa, ⁊ inſtru-
12 cta, remittentes videntur concluſiſſe. † ¶ Et nota quod eo quod
iudex cauſam committit ad conſilium ſapientis, quod videtur in
13 cauſa concluſiſſe. quod nota. ¶ † Nota quarto, quod poſt conclu-
ſionem in cauſa, ⁊ per eam, omnis excluditur regulariter facti
probatio, et allegatio, ſaluo quam allegatio ſolo iure conſiſtens, et
que eſt notoria facti, vel que conſtat ex actis, que dicitur noto-
ria iuris. Igitur ſi velit opponere aliquid, quod conſtet ex a-
ctis, vel quod ſit notorium, talis allegatio, vel oppoſitio ad-
mittitur, etiam poſt concluſionem in cauſa: ideo puto quod vbi
apponitur inhabilitas teſtis, que patet ex actis, quod hoc po-
teſt detegi, et opponi, etiam poſt concluſionem in cauſa.
14 ¶ † Quinto nota hic apertum, quod id, quod conſtat ex actis,
non eſt notorium: hec enim ponuntur quaſi ſeparata. Sed Ioan
nes Andreas dicit, quod conſtat ex actis, non eſt notorium iu-
ris, ſed non ſimpliciter notorium, Et ſic nota quod in ſtricta ſi-
gnificatione, et propria appellatione notorii, comprehenditur no
torium facti, et non iuris. Quod bene nota propter ſtatuta. Hoc
tenent Ioannes And. et Ioannes Calder. in cap. veſtra. de co-
15 habitatione clericorum et mulierum. ¶ † Nota quod de actu etiam
negatiuo poteſt eſſe notorium: vide de cohabitatione clericorum.
16 veſtra. ¶ † Nota ſexto quod ad ponderandam habilitatem vel in-
habilitatem perſone electe attenditur perſona ſecundum tem-
17 pus electionis. ¶ † Nota ſeptimo tres inhabilitates. erga perſo-
nas habiles ad concludendam nullitatem electionis, et ad infe-
riorem dignitatem. Prima, etas. Secunda, defectus ſcientie.
Tertia, defectus ordinis. Et ſic videtur hic caſus apertus, quod
defectus ordinum inhabilitat electionem ad dignitatem, etiam
inferiorem epiſcopali: et quod, vt eligi poſſit quis ad talem di-
18 gnitatem, exigitur quod ſit in ſacris. ¶ † Nota octauo quod
vbi eſt iam concluſum in cauſa, poteſt in ciuili ferri ſententia in
abſentem. Quod intellige, quando contumax eſt vere, vel ficte.
19 ¶ † Et nota quod in beneficialibus valet ſententia contra mi-
norem et indefenſum: et ſic priuilegium minoris etatis ceſſat
in talibus, imo per omnia vt maior reputatur: hinc eſt quod
non reſtituitur: vt notat gloſſa. de reſtitutione ſpoliatorum.
20 ex parte. ¶ † Nota quod vbi inter partes diſputatur de vi-
ribus electionis eiuſdem dignitatis, an valeat, vel non, ex
inhabilitate electorum: dicens inhabilem, habet probare:
non

non dicens ſe babilem. Quod nota. Et admittitur quo ad partes
tanquam babilis, ſi non probetur inbabilis. Quod procedere vi-
detur non ſolum in babilitate nature, ſed etiam accidentis, vt or-
21 dinis, vel ſcientie. ¶ Nota ꝙ vbi eſt dubium inter duos de virib⁹
electionis ſuper aliqua dignitate: babes bic duas practicas ſenté-
tie, quod per iudicem adiudicetur dignitas obtinenti: ⁊ bec babet
vim confirmationis. Secunda, quod per iudicem electio cõfirme-
tur, ⁊ mãdet ei, tanꝗ in dignitate, reſpõderi. Et ſic no. ꝙ ad iudicẽ
22 delegatum nõ ſolum ſpectat pronuntiare, ſed etiã exequi. ¶ † No.
quod principaliter intendit decre. quod concurrentibus duabus
electionibus, vna facta a minori parte, ⁊ autboriʒabiliori: ſecũda,
que ſit facta a maiori, preualet electio facta a maiori: ⁊ ſic quo ad
boc numerus preualet autboritati, ſuppoſita vtraq; perſona ele-
cta babili: ⁊ ſic autboritas ex vna parte non proficit ad infringen-
dam electionem maioris partis, quando numerus non in modicũ
23 excedit, licet non aſcendat ad duplo maiorem. ¶ † No. quod con-
currentibus duabus electionibus in eodem contextu, quarũ vna
facta eſt de babili, ⁊ a minori parte, altera de inbabili facta. ⁊ a ma
iori parte capituli: ꝓualet electio facta a minori de babili: ⁊ ſic vbi
ex delicto indigni electi maior pars eſt priuata poteſtate eligendi,
preualet electio minoris, ad quam alias deuoluta eſt poteſtas: ⁊ ſic
etiam in eodem contextu ſufficit ad validitatem electionis mino-
ris partis poteſtatem capitularem ad eos in limine electionis de-
uolui. ¶ No. quod cõcurrentibus duabus electionibus, ſi vna ex-
24 cedit in autboritate, altera in numero ⁊c. ¶ † No. de iſta dictione
Pene, vel Quaſi, que modicam notant diminutionem: ⁊ vbi refe-
rantur ad numerum, modicam detractionem ſignificant. Quod
eſt notandum, pro teſte, qui dicit, Poſſedit pene viginti annos,
vel circa viginti annos: de quo de proba. licet cauſam. per Gul. de
Cu. ff. ſi quis cautio. l. ⁊ ſi poſt tres. per eundem, ⁊ Jacob. Butri.
in. l. ab boſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. quod
25 nota. ¶ † Nota quod maior pars eo quod maior pars, preſumi-
26 tur babere bonum ʒelum. ¶ † Nota quod per actum confirmatio
nis non transfertur quaſi poſſeſſio, ſed datur licentia ingrediẽdi.
¶ Hic examinanda ſunt tria. Primo, proceſſus primorum dele-
gatorum. Secundo pape examinatio. Tertio pape commiſſio.
¶ Ad primam opp. quod non ſuſit voluntate partium, an index
pronuntiet, id eſt ſententiet, vel non ſententiet. ff. de iud. de qua re.
quia de qua re index cognouit, de ea pronuntiare debet. de cauſa
poſ. cum eccleſia. ¶ Solu. Hoc babuit forma commiſſionis, vt ſi
eſſet de voluntate partium, delegati cognoſcerent. alioqui remitte
28 rent: ſicut in ſimili de reſcri. ex parte decani. ¶ † Uenio ad ſecun-
dam partem, ⁊ oppo. quod ſuperfluant illa verba: etate, ⁊ tempo-
re: quia idem dicunt. Solu. Dic, quia verbum etas, reſpicit tem-
pus originis: verbum, Tempus, inſpicit ordinis. Ad boc. lxxv.
29 diſt. c. fin. vbi de boc. ¶ † Secundo oppo. quod non fuit neceſſaria
tranſmiſſio allegationis pape: nec per boc debuerit deſiſtere pro-
nuntiando quod allegationes non ſint tranſmiſſe: quia papa eas
babet in pectore: vt. l. omnium. C. de teſtamen. ⁊ cap. j. de conſtitu-
tio. libro ſexto. Solu. Hic loquitur de allegationibus facti, vt ſunt
exceptiones, replicationes, reſponſiones ad dicta teſtium, inſtru-
30 mentorum productiones, ſeu contrarietates, ⁊ ſimilia. ¶ † Nota
bic vltimo quod allegare inſtrumentum contrarium videtur alle
31 gatio facti. ¶ † Tertio propo. quod ex quo pars fuit contumax
in preſentando proceſſum, ei imputetur, quod licet negotium non
ſit plene tranſmiſſum, ſit ferenda ſententia contra eum. C. de iudi.
l. properandum. §. ſin autem. Dicit Innocen. quod etiam dato
quod ſit contumax pars in preſentando proceſſum, index non de-
bet feſtinare ſententiam, ſed requirere proceſſum, vt ſic ſententiam
iuſtam pronuntiet, ſecundum Innocen. ⁊ Joan. Andr. Uel dic
quod bic non fuit culpa partis, ſed iudicis non plene tranſmit-
tentis, que non debet nocere parti. Uel bic iura faciebant pro
vtraq;, in contrario pro abſente tantum contumaciter. Uel dic
quod aut eſt contumax in preſentando proceſſum, aut eſt contu-
max in comparendo. Primo caſu bene poſſet index propter eius
contumaciam, ex quo ad boc fuit requiſitus, procedere ad ſenten-
tiam ſuper eo, quod eſt productum: ſed ſi tantum eſt contumax in
veniendo, tunc non debet index ex proceſſu non tranſmiſſo inſtru-
cto ſtatim pronuntiare contra eum, ſed debet ſui, ⁊ Dei preſentia
ſupplere, ⁊ perquirere proceſſum pro abſente, vt iuſtam ferat ſen-
tentiam: vt bic, ⁊ de poſtula. prela. bone. j. ¶ Uenio ad tertiam par
tem, ſcilicet ad mandatum pape: bic mandat ponderari inbabili-
tatem, vel babilitatem prepoſiti ſecundum tempus electionis: et
ſic patet quod in boc conſideratur principium. Contra quod op-
po. inter ceteros defectus, quos ponderat papa in prepoſitum ſan
cti Georgij, ad repellendam electionem, eſt defectus ordinis, ⁊ de-
32 fectus etatis. † Oppo. lx. diſtin. quaſi per totum. Hic Joan. And.
reuocat in dubium, an in minoribus conſtitutus poſſit eligi ad
inferiorem dignitatem. Et primo recitat vnam opinio. quod non,
per banc decre. fundatam: ⁊ boc. lx. diſtinctio. innouamus. ad boc
de etat. ⁊ qualitate. preterea. que ſaltem permittit diſpenſatiue
eligere. Secunda fuit opinio Uinc. quod in minoribus conſti-
tutus poſſit eligi, per decre. cum in cunctis. §. inferiora. a contra-
rio. ⁊ per decreta. preterea. de eta. ⁊ qualita. ponit Innocen. de re
iudic. cum olim. ſupra de elect. cum in cunctis. §. inferiora. Com-
po. bic ad banc decreta. reſpondet quod loquitur de defectiuo in
ordine, quia nullum babebat. Hoc non erat veriſimile, cum eſſet
prepoſitus. Uel forte prepoſteratio erat in ordinibus. lij. diſtinct.
ſolicitudo. H. ce non placet Joan. And. quia, vt patet ex antiqua,
opponebatur quod iſte erat in minoribus. Tertia eſt opinio. In-
nocen. ⁊ Ber. Compoſ. vt ponderetur an dignitas non ſit curata:
⁊ defectus ordinum ſacrorum non vitiat electionem vel promotio
nem: ſi eſt curata, ſic: ⁊ ſic in minoribus non poteſt eligi ad cura-
tam. Et remittit Joan. Andr. de eta. ⁊ qualita. c. vno. libro ſexto.
in gloſſ. ⁊ ſuper eo. ⁊ eod. lib. de elect. cum ex eo. ⁊ vide quod not. ſ.
titu. j. c. fin. Et ibi, ſcilicet de eta. ⁊ qualita. c. j. recitat Hoſtien. tene-
re quod ſiue ſit curata, ſiue non, exigitur quod ſit in ſacris: alias
eſt defectuoſus. Allegat de bis, que ſi. a ma. parte ca. ex ore. ⁊ ibi
Ber. Allegat. j. eodem dudum. que parificat dignitatem, ⁊ cura-
tum. Dic concludendo cum Joan. And. in. d. c. ex ore. Aut digni-
tas eſt curata: ⁊ oportet quod elect⁹ ſit in ſacris: alias patitur de-
fectum. Aut non eſt curata, ſed requirit ordinem ſacrum: ⁊ opor-
tet quod ſit in ſacris. Si non requirit ordinem ſacrum, non exigi-
tur quod ſit in ſacris. Et idem dicit in Nouel. in. d. cap. j. ſ. de eta. ⁊
qualita. Allegat no. lx. diſtin. c. j. ⁊. infra. c. auditis. ſuper gloſſ. fin.
Exemplum in cantore, ⁊ primicerio, qui non requirunt ordinem:
in alijs autem exemplum in archidiacono, ⁊ archipreſbytero, ⁊ ſi-
milibus. ¶ Secundo bic inter ceteras inbabilitates ponderatur
etas: oppo. quod non exigitur etas tanta in dignitate. de eta. et
qualita. preterea. Innocen. dicit quod ſi dignitas eſt curata, non
poterit eligi, niſi attigerit. xxv. annum. ⁊ bec eſt etas. ſ. eodem cum
in cunctis. Quo ad dignitates non curatas, vel beneficia non cu-
rata, aut perſonatus, dicit poſſe eligi in minori etate conſtitutos.
Sed non placet doct. quo ad etatem. De ordine dixi proxime.
33 ¶ † Ultimo per banc decret. dicunt doct. quod licet numerus in
multum excedat, nibilo minus faciẽda eſt triplex collatio: de qua.
j. eodem in Geneſi. Fatetur tamen numerum preferri, cum mul-
tum excedit: de quo. j. eodem eccleſia: ⁊ in boc exceſſu attenditur ar
bitrium boni viri, quod non reperitur iure determinatum. ff. de
34 vſuris. minore. ff. de teſti. l. queſitum ſcio, ⁊c. ¶ † Gloſſ. ſuper ver-
bo electionis. oppo. quod non ſemper attendatur principium. de
poſtu. prela. bone. ⁊. c. quod ſicut. §. ſin autem. Soluit, quod ſi electio
eſt nulla, principium ſpectatur: ſi non nulla. ſed annullanda non
35 ſemper principium ſpectatur. † Deinde gloſſ. intrat illud genera-
le, Principium ſpectandum: ⁊ allegat concor. ⁊ vide. contra con-
cordantias dat allegationes contra in ver. arg. contra ponit. So-
lu. in ver. ſolutio, que eſt bec. In contractibus vel quaſi, ⁊ delictis
vel quaſi, ſpectatur initium in omni negotio, ex quo actio oriri po
teſt: ⁊ in conſtitutionibus iura, que dicunt finem ſpectandum, pro-
cedunt quando queritur an dederit, vel non dederit. Et in effectu
nibil boni dicit. Hec via eſt brocardica, ⁊ valde generaliſſima.
36 ¶ † Si conſideratur actus inualidus reſpectu potentis validan-
di, an attendatur principium inualiditatis, an finis: dic, ſi actus
eſt pure nullus a principio, ⁊ ex fine ceſſat ſolum cauſa inualidans,
⁊ non ſuperuenit confirmans, attendimus principium: vt in regu
la, non firmatur. de regulis iuris. libro ſexto. ¶ Si actus eſt nul-
lus ſecundum principium, ⁊ ex poſtfacto ſecundum finem ſuper-
uenit cauſa confirmans, babilis ad actum validandum, actus iu-
dicatur ſecundum finem: ſic loquitur. capitu. acceſſit. et capitu. li-
teras. infra. de deſponſa. impube. ¶ Si actus non eſt purus, ſed
ſuſpenſus ad tempus cauſe validitatis, non iudicatur actus ſe-
cundum tempus principij, ſed ſecundum tempus finis babilita-
tis ſuperuenientis: vt ſi lego incapaci, cum capere poterit: vt. l.
non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. ¶ Quandoque a-
ctus non eſt nullus, ſed annullandus propter aliquam cauſam: et
tunc ſi ſecundum finem ceſſat cauſa annullandi actus, iudicatur
ſecundum finem: vt dicto capitulo. quod ſicut. ⁊ capitu. bone.
¶ Quandoq; attendimus actum validum in principio reſpectu
potentie inualidandi: et tunc ſi cauſa ſuperueniens non eſt potens
ad tollendum, iudicatur actus ſecundum principium: ſi eſt po-
tens ad tollendum, iudicatur ſecundum finem. Et ſic loquitur ca-
pitu. preterea. bic allegatum. ¶ Quandoque conſideramus actum
non in reſpectu ad potentiam validandi, vel inualidandi, ſed re-
ſpectu effectus imprimendi ad commodum vel preiudicium alte-
rius: ⁊ tunc attenditur principium, vel finis, prout ius diſponit.
In dubio attenditur principium, ⁊ finis, prout alteri eſt fauora-
bile: ⁊ inde ſic loquitur. l. ſufficit. Nam conceptus ex ſerua naſcitur
liber, ſi ſecundum tempus natiuitatis ſerua eſt facta libera. Alia
bic ingreditur, an in iudicijs attendatur principiũ, an finis: de quo
ff. de iudi. non poteſt per Ber. in. l. an eadem. §. actiones. extra de

37 re iudica.abbate ſane.⁊ in multis locis hec ſufficiant.†Ex his in-
fert Innocen.quod ſi facta electione de indigno,ſuperueniat di-
ſpenſatio pape ſuper indignitate,non validatur electio,niſi papa
fecerit mentionem de electione ipſius,ſupplendo defectum:⁊ tunc
ſi alteri coelecto eſſet ius queſitum,an valeret diſpenſatio,niſi fie-
ret mentio coelecti:imo de iure non poſſet diſpenſare ad preiudi-
cium coelecti,cui iam eſt ius queſitum.C.de preci.Impera.offe.l.
quoties.de priuileg.dudum.⁊ maxime ſi inter ipſos penderet lis:
vt lite penden.c.j.⁊ vlti.Fatetur quod preiudicium eligentium,ad
quos debet reuerti poteſtas eligendi,propter electionem de indi-
gno factam ab alia parte non validaret,nec impediret diſpenſa-
tionem.Aduerte,hec ſunt vera,vt diſpenſatione non validetur
electio circa vitium,quando ignoratur electio:ſed ſi ſcitur electio,
⁊ quo ad illam intendit diſpenſans diſpenſare,videtur quod vali
detur electio,quaſi ſit aliqua quo ad potētiā diſpenſandi,vt dixi.
ſ.in.c.innotuit.Quod intelligo,quando vitium eſt occultum,vt
ibi dixi.Quod nota.Alias non video quod diſpenſatio non ha-
bentis poteſtatem validandi electionem,validaret electionē nul-
38 lam.de quo per Innocen.de renuntia.niſi.§.perſone.¶†Oppo.
ſecūdo quod per hoc quod electio prepoſiti ſancti Georgij ſit nul
la,quia facta de inhabili,per hoc non debeat valere electio pre-
poſiti ſanctorum apoſtolorum:quia illa eſt facta a minori parte ca
pituli.So.Dicit glo.que eſt ſuper verſicu.in ordinibus.intelligo
quando illa maior pars ſcienter eligit indignum:⁊ ſic poteſtas il-
la eſt deuoluta ad minorem.Sed tunc vltra dicit,quod eſt dubiū
quod eligentes priuantur poteſtate eligendi,ſola perfectione ele-
ctionis:de elect.perpetua.⁊ patet.ſ.eod.cum terra.Quomodo er-
go poteſt valere electio facta ab illa parte eodem contextu,cum
non procedat deuolutio poteſtatis?Sol.ſi intelligatur quod ele-
ctio facta de prepoſito ſanctorum apoſtolorum fuit facta poſt illā
de prepoſito ſancti Georgij,procedit decre.de plano:ſi poſſet con-
ſtare quod electio prepoſiti ſanctorum apoſtolorum fuiſſet facta ante
electionem prepoſiti ſancti Georgij,credo quod non valeret illa
ſanctorum apoſtolorum,niſi eſſet facta ante illam,⁊ antequam de-
ſtructa eſſet tela facta,⁊ ſecunda de prepoſito ſancti Georgij:⁊ for
tius ſi ambe eodem inſtanti:quia ex quo nondum eſt deſtructa te-
la,poteſtas ſuperueniens,dum reperit actum in fieri,⁊ ſic ſuperue
nit in limite originis actus,illa operatur ad validandum actum.
39 ff.de verbo.obliga.l.ſi Titius de quo.j.eo.congregato.¶†Opp.
tertio quod contra hunc abſentem non debeat promulgari ſenten
tia,propter duo:quia non citatus,quia etiam ſententia non eſt feren
da in abſentem:vt lite non conteſt.per totum.Et tertio,quia minor,
⁊ indefenſus.Ad primū dic quod hic debebit iterato citari a delega
to:⁊ ſic loquitur litera:quia prima citatio non ſufficit quo ad delega-
tum.ff.de iudic.l.mortuo.⁊ patet ex not.xxiiij.q.iij.de illicita ⁊ per
Archid.xij.q.iij.certum.Quod nota:quia etiam in beneficialibus hoc
procedit.Et ideo dicebam pridie in cauſa domine Catherine,quod
proceſſus in cauſa matrimoniali eſt nullus,eo quia in examinatio-
ne teſtium delegata,facta reuocatione,non iterata citatione,iudex
proceſſerat ad receptionem,cum iudice mutato non eſt certus cita
tus coram quo comparere debeat.¶Ad ſecundum dic quod vbi eſt
lis conteſtata:⁊ quod plus eſt concluſum in cauſa poteſt,vt hic erat:
imo etiam in tali cauſa poſſet procedi lite non conteſtata,dummo
do pars eſſet contumax:vt lite non conteſt.quoniam.§.ſin autem.
40 hodie de iudic.diſpendioſam.¶†Ad tertium dic quod minor
non gaudet priuilegio in tali cauſa.Et hec vera,niſi ſit appella-
tum:quo caſu expectatur per annum.De hoc dic hodie:vt ſupra
eodem titu.c.j.libro ſexto. Antonius de Butrio.

1 ¶ Eligendi poteſtate priuantur ſine licentia pape recipientes epiſcopum poſtulatum ad adminiſtrationem.
2 Poſtulationem non poteſt proſequi poſtulatus.
3 Poſtulatio non vitiatur,licet non dicatur,Poſtulamus talem,ſed Petimus talem.
4 Archiepiſcopus conſecratus,nominatur archiepiſcopus,lite pēdente.
5 Eligi debet,⁊ non poſtulari,qui eſt alligatus inferiori dignitati.
6 Nominatio extraiudicialis ſimplex ⁊ nuda an differant.8.9.
7 Nominatio iudicialis ex cauſa animo donandi que.
10 Electionis ius perdit ipſo iure poſtulatus ante confirmationem.
11 Electus in diſcordia non adminiſtrat ante confirmationem.
12 Electio facta in loco in quo timetur impreſſio aliquibus appellantibus,eſt nulla.
13 Appellatio ad tuendam electionem inualidam non valet.
14 Auxilium legis fruſtra inuocat,qui contra legem commiſit.
15 Electio facta a minori parte capituli quando valeat.
16 Delegatus in quibus poſſit procedere abſque mandato.
17 Delegatus non pōt cognoſcere de cauſa connexa ſue delegationi.
18 Electio propter adminiſtrationem ante confirmationem non eſt nulla.
19 Poſtulatio propter impreſſionem ante confirmationem eſt nulla.
20 Electus vltramontanus in concordia,ante confirmationem poteſt adminiſtrare.
21 Electio poteſt fieri per procuratores cōſtitutos ab abſentibus.22.
23 Eligentium vna parte preſente altera abſente,vtra alteram conſtituet in negligentia.24.
25 Electio confirmata caſſatur facta vocandis contemptis.
26 Electio a minori parte in abſentia maioris quando valeat.
27 Poſtulatum ad adminiſtrationem recipientes,non ſunt ipſo iure priuati,ſed priuandi.
28 Priuatio ad tempus potius eſt ſuſpenſio,quam priuatio.
29 Eligentes per impreſſionem priuantur eligendi poteſtate.
30 Probatio recepta in notorio,eſt ad cautelam,non ex neceſſitate.
31 Epiſcopali ordini eſt preferendus ordo presbyteratus.
32 Teſtes,quos pars nominat,debent recipi,de quibus videbitur.
33 Electio minoris partis quando valeat.
34 Poſtulatio etiam nulla caſſatur.
35 Teſtes non admittuntur ad examinandum ſuper notorio.
36 Iudex an poſſit informare ex officio ſuper notorio.
37 Proceſſus iudicis delegati poteſt duobus impugnari.
38 Citatio in notorijs an ſit neceſſaria.
39 Notoria non indigent examinatione.
40 Notorius eſt actus tranſlationis epiſcopi,⁊ eius impreſſionis.
41 Proceſſus vbi ad cautelam aſſumitur valet,licet ordo non ſeruetur.
42 Proceſſus iudicis quare ſolenniter factus preſumatur.
43 Poſtulatus ſuam poteſt defendere poſtulationem.
44 Negatiua non determinata,an ſit probabilis.
45 Teſtes ſingulares non probant.
46 Procuratorem an poſſit deſtinare,qui poteſt nuntium mittere.
47 Citatus preſumitur violenter,qui procuratorem ad iudiciū deſtinat.
48 Preſumptio quatenus ſit pro proceſſu.
49 Pro ſententia iudicis preſumitur.
50 Negatiua coarctata eſt probabilis.
51 Negatiua ſimplex quando non eſt probabilis.
52 Negatiua ſimplex quomodo ⁊ quando ſit probabilis.
53 Poſitionibus an in quacunque parte iudicij ſit reſpondendum.
54 Confeſſio non eſt proprie probatio,ſed probationis releuatio.
55 Probatio preſumptiua cadit in negatiuam.
56 Negatiua quid operetur.
57 Negatiua qualiter probetur.
58 Negatiua concurrente cum affirmatiua,cuius ſit probatio.
59 Negatiua poteſt iuramento probari.
60 Citationis preſentatio facta ſoli prelato an noceat abſentibus.
61 Nuntius poteſt actum extraiudicialem expedire.
62 Preſumitur ſolennitas pro geſtis iudicialiter.
63 Sententia qualiter reſtringatur ad vnam cauſam.
64 Eligendi poteſtate priuati priuantur poteſtate ſe opponendi.
67 Iudex ſupplet de facto,inhabilem repellendo.
68 Eligendi poteſtas quando deuoluatur ad papam.81.
69 Electione ad papam deuoluta,modus prouidendi mutatur.
70 Ordinationis appellatione comprehenditur totalis eccleſie prouiſio.
71 Citatus non dicitur contumax,ſi non ſit tutus acceſſus.73.
72 Impeditus legitime non arctatur ad reſpondendum.
74 Electio ſecunda poſt primam,a qua fuit appellatum,non valet.
75 Eligentes appellatione emiſſa an priuētur eligendi poteſtate.
76 Poſtulatio per impreſſionem operatur priuationem.82.
77 Electum admittentes ad adminiſtrationem priuantur electione. Poſtulatum admittentes ad adminiſtrationem ante confirmationem,priuantur eligendi poteſtate.
78 Eligendi poteſtas quando deuoluatur ad minorem partem.81.
79 Electio de vna parte ad alteram eſt ambulatoria.
80 Pariter,dictio quid importet.83.
84 Eligendi poteſtas quando deuoluatur ad ſuperiorem.

1 BOne.†Qui ſine licentia pape recipiunt ad adminiſtrationem epiſcopum poſtulatum,ipſo iure eligendi poteſtatem amittunt,⁊ tranſit ad alios,licet numero pauciores.h.d.gl.Vel ſecundum Inno.⁊ Compo.qui per impreſſionem laicorum aliquem poſtulant,ipſo iure poteſtatem eligendi amittunt.Diuiditur in quatuor partes.In prima facti ſub certa forma facta commiſſio.In ſecunda ibi:licet autem proceſſus habitus iuxta formam.In tertia ibi:contra.legati oppoſitio contra proceſſum,⁊ reſponſio.In quarta ibi:nos igitur motus principis,⁊ confirmatio proceſſus delegati.

¶Caſus.

¶ Caſus Vacante Imperio duo fuerũt in diſcoꝛdia electi. Otto,
⁊ Philippus:⁊ Philippus intruſus erat. Ciuitas Maguntina
adherebat Philippo, propter quod qui erat prepoſitus, ⁊ quidã
canonici non audentes ibi ſtare, quia in aliquo fuerunt contrarij
Philippo, receſſerunt de ciuitate Maguntina. Interim vaca-
uit eccleſia Maguntina: ⁊ quia Philippus intendebat habere
Conuarmaceñ. hoc ſcientes canonici abſentes intimauerunt pre-
ſentibus quod cum immineret tempus electionis faciende aſſi-
gnarent preſentes locum idoneum, ⁊ tutum, in quo deberet fieri
electio: ⁊ ne ſecus fieret, appellarunt ad ſedem apoſtolicam. Hoc
non obſtante, ⁊ neglecta appellatione, preſentes poſtulauerunt.
Conuarmaceñ. epiſcopum. ⁊ eum ſtatim admiſerunt ad admini-
ſtrationem. Secundo appellantes, ne abſentes procederẽt ad ali-
quam electionem, canonici hoc ſciẽtes abſentes. ſ. minoꝛ pars pre
poſitum ſancti Petri, qui erat de gremio eccleſie, in epiſcopum
elegerunt: tandem queſtio fuit ad papam delata: ⁊ contra poſtula
tionem Conuarmaceñ. opponebantur plura. Primo, quia facta
in loco, vbi timebatur impreſſio, quia propter impreſſionem. Se-
cundo, quia facta poſt appellationem legitimam, vt aſſignaretur
locus tutus. Tertio, quia dictum poſtulatum admiſerunt ſtatim
ad adminiſtrationem. Quarto, quia ipſe actu adminiſtrabat. Ex
quibus concludebant dictos eligentes priuatos poteſtate eligen-
di, ⁊ illam deuolutam ad minoꝛem partem: ⁊ per hoc eius valebat
electio, ⁊ erat confirmanda. ¶ Contra prepoſitum electum oppo-
nebantur duo. Primo, quia electio erat facta poſt appellationem
capituli. Secundo, quia erat facta a minori parte capituli: ⁊ ſic nõ
valebat. Papa commiſit cauſam Preneſtino epiſcopo apoſtoli-
ce ſedis legato, ⁊ mandauit duo: vnum concernens factum poſtu-
lationis Conuarmaceñ. ⁊ quantum ad iſtud mandauit quod ſi ſu-
ſcepiſſet eccleſiam ante admiſſionem poſtulationis in ſpirituali-
bus aut tempoꝛalibus, vel etiam adminiſtraſſet quo ad alterum
iſtoꝛum, quod dictam poſtulationem caſſaret: ſecundum manda-
tum direxit ad electionem prepoſiti: ⁊ ſi conſtaret ei de vi, quam
ipſe, ⁊ ſui metuebant in electione, electionem dicti prepoſiti confir
maret, non obſtante quod fuerit facta hec electio poſt appellatio-
nem capituli: quia ex quo nõ detulerat appellationi prepoſiti, que
ante fuerat interpoſita, nec ipſoꝛum appellationi erat deferendũ:
cum fruſtra inuocet auxilium legis, qui committit in legem. Nec
obſtabat quod opponebant de minoꝛitate numeri ipſoꝛuꝫ, qui ele-
gerunt prepoſitum: quia ipſi ex contemptu appellationis, ſecun-
do ex eo quod poſtulatum admiſerunt, ſe reddiderunt indignos
poteſtate eligendi. Legatus quanquam que obijciebantur contra
electum eſſent notoꝛia, nihilo minus ad maioꝛem cautelam mul-
tos teſtes recepit pro parte dicti prepoſiti contra Conuarmaceñ.
⁊ finaliter receptis que papa mandabat, caſſauit poſtulationem
Conuarmaceñ. prepoſiti electionem confirmauit, ipſumq; in preſ-
byterum oꝛdinauit: ⁊ vltra hoc eum poſtea conſecrauit, preſentato
proceſſu apoſtolice ſedi, vt confirmaret. Contra proceſſum fuit op
poſituꝫ pro parte Conuarmaceñ. ⁊ inter cetera duo. Primo, quod
non fuerat facta citatio ad proceſſum de Conuarmaceñ. ⁊ ſic fue-
rat factum parte non citata. Secundo, quia factus fuerat proceſ-
ſus in loco, vbi ſecure non patebat acceſſus. Hic reſpondebatur
quod proceſſus iſte fuerat factus ſuper notoꝛio, quod non indiget
examinatione, nec conſequenter citatione. Item non apparebat
quod non fuiſſet citatus: ⁊ citatio in dubio preſumebatur, quia
pro his, que agit iudex, ⁊ quia pro proceſſus rectitudine preſumi-
tur, ⁊ ipſi contra preſumptionem iſtam non poſſent probare nega
tiuam, quod non fuerint citati, ex eo quia primo negatiua eſt im-
probabilis: ⁊ dato quod quiſq; de ſe poſſet dicere ſe non citatum,
per hoc non probarent non citationem: ⁊ hoc ideo, quia omnes in
reddendo teſtimonium eſſent ſingulares, quaſi de ſe tantum reſpõ
dentes. ¶ Ad ſecundum reſpondebant quod locus erat tutus: et
veriſimile eſt quod ibi poterant ſecure venire, ſicut ⁊ ibi ſuos nun-
tios ſecure tranſmiſerunt. Papa vltimo attendens quod pro-
pter authoꝛitatem iudiciariam preſumendum eſt ſuper his, que
geſta ſunt a legato, tamen plus nitens rationi quod ex tribus cau
ſis predictis, ſcilicet quia poſt appellationem, quia per impreſſio-
nem, quia poſtulatum admiſerunt ad adminiſtrationem, ita red-
diderunt ſe indignos, quod contra prepoſitum non debent audi-
ri: ⁊ ſic non poſſunt impedire quod eſt factum: attendentes etiam
quod dato quod electoꝛes etiam prepoſiti pariter deliquiſſent, ni-
hilo minus erat poteſtas deuoluta ad papam, ⁊ oꝛdinatio eccleſie
Maguntineñ. habito ſuper his diligenti tractatu poſtulationis
caſſationem de Conuarmaceñ. ratificauit, electionem archiepiſco-
pi confirmauit. ¶ Hic habemus quatuoꝛ. Primo duas prouiſio
nes in diſcoꝛdia factas. Secundo commiſſionem, ⁊ foꝛmam com-
miſſionis delegati. Tertio proceſſum. Quarto obiecta cõtra pro-
ceſſum. Quinto pape pronuntiationem. Examinemus notando
2 per partes, ⁊ dicta doctoꝛum, ⁊ gloſſarum expediendo. ¶ † Venio
ad primam partem: ⁊ nota quod poſtulantes poſſunt proſequi ap

pellationem a ſe factam. Quid de poſtulato, dixi vobis quod non
poterat abſq; nota ambitionis: vt patet de poſtula. c. bone. ij. vbi
3 dixi. † Et nota quod non vitiatur poſtulatio, licet foꝛmaliter non
dicant, Poſtulamus talem: ſed, Petimus talem. Et ſic verbum
4 Poſtulo, non eſt de foꝛmalitate poſtulationis. ¶ † Nota ſecundo
quod cõſecratus in archiepiſcopum nominatur archiepiſcopus,
etiam quando pendet queſtio, id eſt lite pendente ſuper iuribus
electionis ⁊ confirmationis. Et aduerte quod papa ſentiebat pro
eo, propterea appellat in qualibet parte ipſum archiepiſcopum: ⁊
5 ſic eſt vis in nominatione. ¶ † Nota tertio quod alligatus inferio
ri dignitati eligitur, ⁊ non poſtulatur. Speciale ergo eſt in epiſco-
6 po. Ad hoc. c. precedens. ¶ † Opponitur ad hanc partem, qꝛ non
ſit vis in nominatione. ĩ. eodem. quod ſicut. C. de probat. l. non
7 epiſtolis. † Solu. Quedam eſt nominatio iudicialis, ⁊ ex cauſa ani
mo damnandi, vel iudicandi: ⁊ de tali eſt vis: vt hic ⁊ de elect. per
inquiſitionem. ⁊. ĩ. qui fil. ſint legiti. per venerabilem. verſicu. nos
8 itaq;. de tempo. oꝛ. dilectus. † Quedam eſt nominatio extraiudi-
cialis, ⁊ ſolennis: et in hac etiam eſt vis. ij. queſtio. vj. nominatio-
9 nes. ſ. de poſtu. prela. bone. j. † Quedam eſt extraiudicialis nomi-
natio ſimplex, ⁊ nuda, vt tali patri meo, vel fratri: ⁊ de hac non eſt
facienda vis, vt in contrarijs. Hoc quo ad primam partem. alia
non ſcribuntur. ¶ Venio ad ſecundam in verſic. Preneſtino epi-
10 ſcopo. † ¶ Nota duplicem actum, per quem poſtulatus ante con-
firmationem ipſo iure perdit ius electionis. Primus, quando re-
cipit adminiſtrationem aut tempoꝛalium, aut ſpiritualiũ. Secun-
dus, quando actualiter in altero iſtoꝛuꝫ adminiſtrat: ⁊ ſic aliud eſt
adminiſtrare, aliud adminiſtrationem recipere. Per receptionem
ſolam non adminiſtrat, ſed habilitatur ad adminiſtrandum. Quod
eſt notandum, propter penas, que imponuntur adminiſtranti-
bus. Et aduerte, quia pena capitu. noſtri hic extenditur non ſo-
lum ad adminiſtrantes, ſed etiam ad adminiſtrationem ſuſcipien
tes. Et aduerte quod ſufficit quelibet adminiſtratio, ſiue ſit tem-
11 poꝛalium, ſiue ſpiritualium. ¶ † Nota tertio quod etiam vltra-
montanus poſtulatus non adminiſtrat ante confirmationem: et
maxime quando eſt in diſcoꝛdia poſtulatus. Poterunt ergo con-
currere due cauſe. Vna, quia poſtulatus: ⁊ decre. nihil hic concedit
electo. Secunda, quia non in concoꝛdia eſt electus: ⁊ decre. hic con-
12 cedit in concoꝛdia electo. ¶ † Nota quarto quod electio facta in lo
co, in quo timetur impreſſio, aut poſtulatio, aliquibus propter
13 hoc appellantibus, eſt nulla. ¶ † Nota quinto quod appellatio ad
tuendam electionem inualidam, aut poſtulationem, non valet, nec
14 impedit ſecundam poſt illam factam. † ¶ Nota ſexto quod non
deferenti appellationi legitime, quando eſt illegitima, approbatur
legitima, non eſt deferendum, maxime quando eſt illegitima. Ad
hoc de appel. c. an ſit. Et nota illud, quod fruſtra inuocat auxilium
15 legis, qui committit in legem. ¶ † Nota ſeptimo caſum, in quo va
let electio facta a minori parte, ſcilicet quando facta eſt, ad eam
maioꝛis partis poteſtate propter delictum deuoluta. Ad hoc. ſ.
c. proximo. Et nota cauſas duas, propter quas eligentes priuan-
tur poteſtate eligendi. Primo, quando non deferunt appellatio-
ni legitime in cauſa appellationis. Secundo, quando poſtulatum
admittunt ad adminiſtrationem, antequam ſit admiſſus, ⁊ confir-
16 matus. ¶ † Examinemus iſtam partem, ⁊ opponitur quod abſq;
mandato pape potuerit procedere delegatus ex genere legatio-
17 nis: vt patet de electio. ſi abbate. libro ſexto. † Solutio. De hac cau
ſa, ex quo erat cepta coꝛam papa, non poterat cognoſcere. H. oc pri
mo. Sed bene potuiſſet confirmare, dare licentiam tranſeundi. vt
notatur in dicto capitu. ſi abbate loquendo de epiſcopo. ¶ Oppo
nitur ſecundo quod etiam debuerat hic perdere primam, ex quo
adminiſtrauit in ſecunda. vij. queſtio. j. epiſcopus qui. de tranſlat.
prela. quanto. Solutio. Fatendum quod vtraq; erat priuandus, ⁊
18 hoc dicit gloſſ. ¶ † Tertio opponitur quod hec electio non ſit nul
la propter adminiſtrationem, vel impreſſionem, ſed irritanda. ſu-
19 pra eodem. qualiter. † Solutio. Illa in electione, hec in poſtulatio
20 ne, vbi quis plus peccat. ¶ † Quarto opponitur quod hic potue-
rat adminiſtrare, ex quo erat vltramontanus. infra eodem. nihil.
Hic primo quod illa nondum emanauerat, vel illa hoc concedit
electo, ⁊ in concoꝛdia: hec hoc non concedit poſtulato, et in diſcoꝛ-
21 dia. ¶ † Quinto opponitur cum gloſſ. que eſt ſuper verſicu Me-
tuebant quod non eſſet iuſta appellatio minoꝛis partis, ⁊ conſe-
quenter nec illi deferendum, quia non eſſent auſi ire ad locum ca-
pituli: quia ex quo maioꝛ pars erat preſens, ⁊ vocauerat abſentes,
poſito quod ſic foꝛent impediti, debebant conſtituere procurato-
res, qui cauſam electionis facerent: vt eſt caſus. infra capitu. quia
propter. Solutio. Hec decreta dupliciter poteſt intelligi. Primo
quod hic erat timoꝛ perſonalis, ⁊ non realis: hoc eſt, quod in ele-
ctione non timebatur impreſſio, ſed bene timebant abſentes in re:
⁊ ſecundum iſtum obuiat contrarium. Habes reſpondere, quod
hoc procedit ſecundum hec iura. Hodie cum poſſint conſtituere
procuratoꝛem, procedit contrarium: alias verum eſt, ex quo maioꝛ

pars preſens eſt, ⁊ vocat abſentem minorem, illa per ſe debet comparere, aut per procuratorem, vbi minor abſens eſt perſonaliter
22 impedita. ¶ † Sed dicit gloſſ. ſi maior pars eſſet abſens, minor arctaretur ire ad maiorem, vel ad locum communem, eo determinato accedere, omnimodo illa maior pars ſit in loco, de quo debeat vocari. Vel ſaluando hunc intellectum, dic quod hic erat abſens prepoſitus, qui erat caput capituli, ideo potius intrinſeci ire debebant ad extrinſecos, quam econuerſo: argumen. de preſcriptio. cum non liceat. ⁊ quia tales conſueuerunt habere primas voces. infra eodem. auditis. ideo ſine ipſis non debeat procedi ad electionem, niſi forte nimium eſſent remoti. infra eodem. cum inter vniuerſas. Hoc non placet Hoſtien. quia hic non erat prepoſitus eccleſie vbi fiebat electio, ſed extrinſecus habebat prepoſituram: vnde in illa eccleſia non habebat preeminentiam. Ad hoc quod nota. de prebend. quamuis. libro ſexto. Et hic eſt primus intellectus, ſecundum quem hodie hec decreta. eſſet correcta. Alius eſt intellectus, quod hic loquitur de vi reali, quod timebatur realiter in electione: ⁊ hoc caſu iuſta erat cauſa appellandi: quia hic metus pariter eis imminebat, ⁊ procuratoribus, nec per miſſionem procuratorum ceſſabat. Unde dicit gloſſ. quod ſolus timor, etiam dato quod nulla ibi fuerit in veritate impreſſio, fuiſſet iuſta cauſa appellandi: vt etiam dixi ſupra eodem. cum nobis olim. Idem exponit hic gloſſ. per vim, id eſt, violentam impreſſionem: ideo de hoc papa mandat inquiri ad hoc: quia ſicut in matrimonio carnali debet eſſe libertas in eligendo, ita ⁊ in ſpirituali: de ſponſa. capitu. cum locum. Deinde gloſſ. ponit partem facti: ⁊ ſic contrarium intelligitur de impedimento perſonali: hic de reali: ideo non obſtat contrarium. Et in gloſſ. ibi: ſatis credo. tu dic quod ſi vna pars capituli eſt in loco, vbi debet fieri electio, ⁊ alia eſt extra, ⁊ ambe partes intra terminum iuris deliberant eligere, tunc dico quod ſiue pars minor, ſiue maior ſit abſens, ⁊ econuerſo: Si procedant ambe partes ad electionem, valebit electio demum duplo maioris: ⁊ nunquam valebit electio maioris partis, vel minoris, vbi non ſit alius defectus. Et eſt cauſa, quia ſola duplo maior pars eſt illa, que poteſt deliberare de eligendo, ⁊ de loco: non maior pars, vel minor: quia potentie capitulares, prout capitulum eſt in congregando, ſunt in duplo maiori parte, et non in minori: vt dixi. ſupra capitu. cum nobis olim. ⁊ nota. ſupra eodem. licet.

23 ¶ † Ad declarationem huius gloſſ. videndum eſt quid ſi vna pars eligentium eſt preſens, altera pars eſt abſens, an altera alteram poſſit in negligentia conſtituere. Et hic articulus fuit in parte tactus ſupra eodem. cum nobis. Et quanquam hec materia diffuſa fuerit facta in capitu. cum nobis olim. nihilominus propter quedam, que hic dicit Compoſtellanus ad declarationem huius gloſſ. ſpecialiter quando vna partium eſt preſens, et altera abſens, quid poſſit preſens contra abſentem: eſt attendendum ad aliqua bona eius dicta. Et vt complete colligam dicta ipſius, proſequar duos caſus principales. ¶ Primus, quando nihil a capitulo de loco, aut de die determinato, altera partium vult locum et diem noniter determinare. ¶ Secundus, quando iam determinato loco, ⁊ die, altera partium in die, aut in loco non adeſt, vel aliter determinat. ¶ Ad primum hic aduertendum, quandoque in loco preſentium non timetur impreſſio. Secundus erit, quando ibidem timetur impreſſio. Si nulla timetur impreſſio: et tunc aut minor eſt preſens, ⁊ maior eſt abſens, aut econuerſo: ſi maior pars eſt preſens, ⁊ minor abſens: et tunc aut vtraque deliberat de eligendo, ⁊ quelibet vocat aliam. Aut minor preſens deliberat, maior nihil, ſed non eſt preſens. Aut maior nihil abſens deliberat, ⁊ minor nihil, que eſt preſens. Si vtraque pars deliberat, credo quod antequam inſtet terminus, nec minor conſtituat in negligentia maiorem, nec maior minorem, per illa, que dixi. S. eod. cum nobis olim. Gloſſ. hic aperte dicit, et etiam Compoſtellanus videtur ſentire, quod maior pars vincat minorem cum diſtinctione, an abſens ſit voluntaria cauſa, vel neceſſaria abſens, vt dicam infra. quod non credo, per ibi dicta. Et ſi inſtat terminus electionis faciende, tunc fortius gloſſ. et docto. hic volunt quod minor conuincatur: quia fortius minor debet ire ad maiorem, quam econuerſo, cum hac diſtinctione quod aut maior abeſt voluntaria cauſa ⁊ minor impedit maiorem: quia etiam vnus ſolus poteſt contradicere, ne extra locum, vbi debet fieri electio, ad electionem procedatur: et locus eſt regularis capituli, et eccleſie illius, de cuius electione tractatur. ſupra eodem. cum terra. infra eodem. quod ſicut. xxiij. diſtinctio. in nomine Domini. de appellatio. qua fronte. Et hoc caſu, ex quo maior pars eſt abſens, et inſtat terminus, et electio eſt facienda in loco eccleſie, minor conſtitueret in negligentia maiorem, valeret electio minoris, ⁊ ſuccumberet electio maioris. Si maior eſſet abſens ex legitima cauſa: tunc ex quo maior pars deliberat de alibi eligendo, minoris partis conuincitur negligentia. Et hoc vult hec gloſſ. et etiam Compoſtellanus. ¶ Sed non credo quod de iure ſola maior pars abſens poſſit eligere locum; quia cum capitulum ſit tam in preſentibus, quam in abſentibus; in determinatione loci capituli vires ſunt in duabus partibus, et ſic non poſſet maior pars abſens hoc determinare. Procedat ergo hoc dictum, quando maior pars eſt abſens, ita quod aſcendat ad duas partes capituli. Alias credo quod inuicem ſe impediant, et neutrius valeret electio: quia neutrius conuincitur negligentia, nec deuoluitur, cum nec minor poſſit determinare locum, ex quo maior abſens eſt: nec maior, ex quo non ſunt due partes: ſaluo niſi maior pars requireret minorem ad determinandum locum. ¶ Secundo caſu, quando minor deliberat de eligendo, ⁊ maior nihil, dicit Innocen. in capitu. cum nobis olim. quod minor pars poterit conſtituere in negligentia maiorem, etiam ſi eſſet vnus tantum. decima queſtio. ſecunda. hoc ius. ſupra eodem. cum inter. Et dictum eius credo verum inſtante termino electionis faciende, non ante. Nam inſtante termino poteſtas eligendi deuoluitur ad minorem. Nec refert an ſit in loco vel extra locum: quia minor ex quo poteſt eligere, poteſt locum vt preambulum determinare. infra de officio delegati. preterea. ¶ Tertio caſu, quando maior pars abſens determinat locum, ⁊ minor nihil agit: adhuc credo quod inſtet, vel non inſtet terminus, non poteſt ſola maior pars determinare alium locum, etiam ſi cauſa ſubſit: quia potentie capitulares ſunt in duabus partibus, nec eis a iure datur facultas vocandi, vel preſidentia, ſed ſolum preſentibus: vt dicto capitulo hoc ius. Ideo ex quo iure, vel conſuetudine abſentes non fundant in ius poteſtatem vocandi, oportet quod vt poſſint conuocare, ſint due partes: quia potentie capitulares ſunt in duabus partibus, prout agitur de congregando, vt pluries dixi. Vel dic quod ex quo alia pars eſt negligens in congregando, ⁊ inſtat terminus, conuincitur negligentia quo ad actum congregandi per maiorem, ⁊ potentie capitulares quo ad hoc deuoluantur ad vigilantem. Et hoc eſt verum, quando abſunt legitima cauſa, ⁊ vocant per prius alios ad determinandum locum: ſi non determinarent non vocatis alijs, non valeret determinatio, cum non ſint due partes. ¶ Secundo caſu minus principali, ſcilicet quando maior pars preſens, ⁊ minor abſens, ⁊ nulla timetur impreſſio: ⁊ tunc dic quod ſi vterque deliberat, maior vincit minorem inſtante termino. non ante, vt dixi ſupra eodem. cum nobis. Si maior pars deliberat, minor nihil: idem per omnia. Si minor abſens deliberat, maior preſens nihil: ⁊ tunc minor etiam inſtante termino, ex quo eſt abſens, non poteſt negligentiam conuincere: quia a iure, ex quo non eſt in capitulo, non habet aliquam preeminentiam vocandi: ſaluo niſi dicas quod omnis locus erit competens hoc caſu inſtante termino propter neceſſitatem: ⁊ tunc pars vigilans ſit maior, vel minor obtinebit, ⁊ illius valebit electio, quaſi deuoluta alterius partis poteſtate propter negligentiam. Et hoc plus placet. Credo hoc verum, quando per prius vocat ad determinandum locum. ¶ Venio ad ſecundum caſum principalem prime partis principalis, ſcilicet quando timetur impreſſio: ⁊ hoc caſu ſimiliter dic. Quandoque maior pars eſt preſens, minor eſt abſens: quandoque minor eſt preſens, maior abſens. Primo caſu ſi timor abſentium eſt perſonalis, debet mittere procuratorem: et tunc ſi maior procederet inſtante termino ad electionem, valet electio. Si timor eſt realis, aut vterque eligit, aut altera tantum pars: et tunc valeret electio minoris partis in caſu, quo electio maioris partis facta per impreſſionem preceſſiſſet electionem minoris. Aduerte, ſentit Compoſtel. quod eligentes per impreſſionem ſunt ipſo iure priuati poteſtate eligendi. Quod eſt contra dictum capitulū quiſquis. quod ipſemet allegat: niſi ſalues hoc dictum in poſtulatione, vt hic. vel quando is, de quo timebatur impreſſio, erat conſentiens impreſſioni: quo caſu tanquam inhabilis non poteſt eligi. Ubi autem electio per impreſſionem ſecuta eſſet electionem factam a minori parte, neutra valeret. Unde non valet electio facta per impreſſionem propter impreſſionem, nec valeret electio minoris partis, quia a minori parte. ¶ Si autem maior preſens eligeret illum, de cuius non timetur impreſſione, ⁊ ſic alium, de quo non fiebat impreſſio, adhuc neutra valeret. non illa maioris, quia iuſte timebatur impreſſio: nec minoris, quia facta a minori nondum deuoluta poteſtate, ſecundum eum. ¶ Nam per hoc quod eligunt in loco, vbi timetur impreſſio, non ſunt priuati poteſtate eligendi, ſicut nec eſſent, ſi omnes ſimul facta impreſſione plus Deum, quam hominem timentes, eligerent illum, de quo non timebatur impreſſio. ¶ Si altera pars tantum eligit: et tunc ſi maior pars eligit, et per impreſſionem, planum quod non valet: ſi alium, de quo non timetur impreſſio, iterum planum quod non valet, propter contemptum. Si minor abſens eligit, ⁊ nihil facit maior: tunc dicit hic Compoſtel. quod non valet electio minoris, etiam inſtante termino: quia cum timeatur impreſſio, iam non currit tempus ipſis preſentibus, cum ⁊ ibi realiter debeat fieri electio: de conceſſione prebende quia diuerſitatem, ⁊ ſic negligentia maioris nunquam poterit conuinci, nec pro-

pter

pter terminum iuris, nec hominis. ¶ Nec obſtat quod per hoc
vacauit diu eccleſia: quia cauſa ſubeſt de diuor. quanto. Nec obſtat
quod iſti priuabuntur ſuo iure, ſine culpa, ſcilicet minor pars:
quia hoc non eſt verum. Nam poſito, quod differatur, non priuan
tur. Remedium eſt, quod hoc intiment ſuperiori, qui prouideat, ⁊
appellent quod in loco non tuto, vbi iuſte timetur impreſſio, non
fiat ſine eis electio, vt hic. ¶ Ex predictis apparet quid dicen-
dum, quando econtra minor pars eſt preſens, ⁊ maior eſt abſens:
quia ſi vtraque contradicit, ⁊ elegerit, ⁊ electio ſit per impreſſio-
nem, ante valeo electio maioris abſentis: ſi poſt eligant preſentes, ⁊
ante eligant abſentes, vel eligant preſentes illum, de quo non ti-
mebatur impreſſio, non valebit electio facta a maiori parte, nec a
minori ſimiliter, ex quo non eſt deuoluta poteſtas: nec in ſubſtan-
tia terminus deuoluit poteſtatem: quia non currit terminus, ex
quo timetur impreſſio in loco, vbi debet fieri electio: ⁊ idem ſi ma-
ior pars eligat, ⁊ minor non. Si minor eligat, maior nõ, adhuc non
valet electio, propter timorem impreſſionis, vt dixi: quia facta a
24 minori parte. ¶ † Venio ad ſecundum principalem caſum, quan-
do iam per capitulum loco determinato altera partium in die,
aut in loco non adeſt: aut aliter determinat: ⁊ hoc caſu dicit Com-
poſtel. quod aut maior abeſt, ⁊ minor remanet: aut minor abeſt, et
maior remanet. Si maior abeſt, et minor remanet, et tunc ſi abeſt
cum cauſa legitima dicit quod non valet quod fit a minori: quia
poteſt maior terminum reuocare, ⁊ locum, ⁊ diem quod facere cen
ſetur eo, quod abeſt, ⁊ ibi nõ eligendo. Sed ſi ſine cauſa, dicit quod
hic caſus eſt dubius, ideo non decidit: quia tunc ſuper eo lis pen-
debat. Joannes Andreas dicit quod hoc caſu putat adhuc quod
ſi non inſtet terminus, non valebit electio minoris: nec per hoc
conſtituetur maior in negligentia quo ad finem deuoluende pote-
ſtatis. Ad quod facit quod dixi in. c. cum nobis. Videtur mihi di
cendum quod ſi maior eadem die et loco capitulariter deliberant
de non eligendo, procedunt predicta: ſed ſi hoc non deliberat ma-
ior pars in eodem capitulo, ſed extra capitulum, aut ſingulariter,
vel nullo modo deliberant, ſed non adſunt: quia per hoc non va-
leat reuocatio, ⁊ valeat electio minoris: quia ex quo ſtatutus fuit
terminus a capitulo, ſingulares vt ſingulares non exiſtendo die
aſſignata, non poſſunt reuocare factum a capitulo, per nota. de
poſtula. bone. ſecundo. Item ſe congregando extra capitulum, ad-
huc non poſſunt: quia oportet quod due partes ſint congregate
ad faciendum reuocationem geſti a capitulo, ita quod ſola maior
pars hoc non poſſet, niſi ſaltem eſſent due partes, per iam dicta.
Aut ergo hoc deliberant non aſſiſtendo: ⁊ hic actus eſt ſingula-
rium: vnde non reuocatur terminus, nec locus. Aut hoc delibe-
rant, extra capitulum ſe congregando, et maior pars ſola congre-
gata nihil poteſt ad reuocandum quod eſt factum a capitulo,
etiam ſi terminus inſtet: quia maior debet ire ad locum per capi-
tulum deliberatum, quam reuocare non potuit, ſi duplo maior
pars abſentat ſe, ⁊ ſe congregat deliberando quod non fiat ele-
ctio: tunc procedunt dicta per Compoſtellanum. Si autem minor
ſe abſentaret, vel non adeſſet die, ⁊ loco ſtatutis: planum quod va-
leret electio maioris partis: quia minor non poteſt aliquid reuoca
25 re de factis per capitulum. ¶ Sexto opponitur quod dato quod
non probetur timor violentie, ⁊ nihilo minus ex altero capite iuſti
ficata fuit appellatio, quia abſentes non ſunt vocati: vt patet. in-
26 fra eodem. quod ſicut. ¶ † Solutio. Dicit gloſſ. quod ſufficit pro-
bare impreſſionem, ⁊ etiam ſi illa non probetur, ſufficit probari
quod non ſunt vocati. Hoc fatetur Joannes Andras. quo ad caſ
ſandam poſtulationem Conuarnacẽ. ſed quo ad confirmandam
electionem coelecti, ſcilicet prepoſiti, non ſufficeret, niſi ibi fuiſſet
impreſſio, vel aliud quod deuoluiſſet poteſtatem eligendi ad mino
rem, ⁊ illos priuaſſet: quia eſſet facta electio a minori non deuolu-
ta poteſtate: ⁊ ſic non valeret. Et hoc teneas. Ad hoc. infra eodem
27 bone. ¶ † Septimo opponitur quod poſtulatum ad adminiſtra-
tionem recipientes, non ſunt ipſo iure priuati, ſed priuandi eligen
28 di poteſtate. J. de tranſlatio. prela. quanto. ¶ † Glo. hic non ſoluit:
ſed dic quod ibi dicit, Suſpendimus, id eſt, ſuſpẽſum declaramus.
Iſta enim priuatio poteſtatis eligendi, quia ad tempus eſt, po-
29 tius eſt ſuſpenſio: ⁊ hoc teneas. ¶ † Octauo oppo. quod non pri-
uantur poteſtate eligendi eligentes per impreſſionem, vel admit-
tentes talem poſtulatum, aut etiam eligentes poſt appellationem:
quia non reperitur cautum a iure quod quis priuetur poteſtate
eligendi, niſi quando eligitur indignus altera ex indignitatibus,
de quibus. J. eo. cum in cunctis. Dic quod extenditur hic ille ca-
ſus: ⁊ eſt contra illos, qui dicunt quod illi tantum priuantur, de
quibus in. d. c. cum in cunctis. Dicit tamen Vinc. quod plus ſibi
placet quod ille canõ in ſuis caſibus intelligitur, extra quos alius
concluditur. xv. q. iij. ex eo. C. de procur. l. maritus. ⁊ ideo ſtatutum
fuit in illis, quia in illis conſueuerunt eligentes frequentius de-
linquere. Unde licet alias grauiter in electione delinquatur, locus
erit pene arbitrarie, non priuationis ipſo iure. Joan. An. remittit
30 ad regulam, ignorantia. de regu. iur. lib. vi. ¶ † Venio ad tertium
proceſſum legati, id eſt ad ver. licet autem. vbi nota primo quod in
notorijs quo ad finem ſententie nulla neceſſaria eſt probatio, ⁊ qđ
omnis probatio, que recipitur in notorio, potius eſt ad cautelam,
31 quam ex neceſſitate ſuſcipitur. ¶ † Nota ſecundo quod antequam
quis conſecratur, debet in presbyterum ordinari. Et ſic videtur
quod ordo presbyteratus ſit de ſubſtantia, ⁊ ordine preferendus
32 ordini epiſcopali. ¶ † Nota tertio quod vbi ad inſtantiam alicu-
ius committitur inquiſitio, teſtes recipiũtur, quos ipſe nominat,
ſi ex officio iudex illos recipit, de quibus ſibi videtur: de accuſa. c.
33 qualiter. ¶ † Nota quod valet electio minoris partis, ad eam ma-
34 ioris partis deuoluta poteſtate. ¶ † Nota quod poſtulatio, etiam
nulla, caſſatur. Et videtur per contrarium, quod ſi eſt aliqua, con-
35 firmetur: de quo. J. eod. cum monaſterium. ¶ † Opp. contra hanc
partem, quod non ſit hoc examinandum, nec aliqua probatio reci
36 pienda. ij. q. j. manifeſtam. ¶ † Gloſſ. dicit primo quod hec exami-
natio, ⁊ teſtium receptio, fuit ad cautelam. Vel dic, recepit teſtes
non ſuper notorio, ſed ſuper probatione an eſſet notorium: q2 hoc
forte non conſtabat iudici: ⁊ ideo teſtes recepit, vt ſe informaret an
eſſet notorium: quo caſu hic actus poteſt fieri parte non citata. Et
an ſuper notorio poſſit iudex procedere, non facta ſibi fide an eſſet
notorium: Legiſte communiter dicunt quod non. Canoniſte ali-
qui idem dicunt: quod no. glo. J. de iureiuram. ad noſtram. Veritas
eſt, quod ſi vult ſe iudex informare, extraiudicialiter etiam, ⁊ non
in formam iudicij, quod poteſt, vt hic. Si tamen non informet ſe
nec iudicialiter, nec extraiudicialiter, tenent doc. in dicto. c. veſtra.
de cob. cle. ⁊ mulie. quod per hoc non annullatur ſententia. Hec au
tem informatio poteſt fieri etiã parte non vocata. Hoc tenet Gul.
in Specu. de notorio crimine. §. j. Sic intelligitur. ij. q. j. manifeſta.
de iureiuran. ad noſtram. ⁊ vide quod ibi no. in glo. ij. de officio de-
leg. c. j. lib. vi. in. ij. gl. xi. q. iij. eorum. ¶ Per hoc concludit hic In-
nocen. quod quamuis tranſitus hic eſſet ſui natura notorius, de
tranſla. prela. quanto. ſecurius tamen erat quod mitteret ibi ali-
quem de latere ſuo, vel aliquem officialem, qui de tranſlatione et
alijs inquireret de plano, ⁊ videret, ⁊ ſibi referret antequam proce
deret contra ipſum, ⁊ vt ipſum audiret, ſi vellet probare contra-
rium. C. de accuſa. l. ea quidam. ⁊ in tali notorio recipiuntur teſtes,
etiam iuris ordine non ſeruato, quod in alio facto etiam euidenti,
quod tamen ſui natura non eſſet notorium, non liceret. J. eod. vene
rabilem. ſecundum Inno. de quo de coha. cle. ⁊ mu. veſtra. Sic er-
go debet ſe informare ſuper notorio, ⁊ in hoc informatione non exi
gitur ordo iuris, vel vocatio partium: ſic ⁊ ſi velit ad cautelam re-
cipere teſtes, poteſt: ſed eos poteſt ſuſcipere abſque litis con-
teſtatione, ⁊ altero iuris ordine. Quod nota. Et proſequitur hic
Inno. ⁊ no. ad propoſitum quedam de forma inquiſitionis gene-
ralis, de quo de re iudi. cum. J. ⁊. A. de accu. qualiter ⁊ quando et
37 cap. cum oporteat. ¶ † Venio ad quartam partem, ſcilicet ad ver.
vnde ipſe. vbi examinantur obiecta contra proceſſum legati. Et
hic habemus duo oppoſita contra proceſſum, ſcilicet defectum ci-
38 tationis, et abſentiam, ⁊ impedimentum in comparendo. ¶ † No
ta primo opinio. que habet quod in notorijs non ſit neceſſaria ci-
tatio. Super quo vide quod nota. infra de appellationibus cum
ſit Romana. ad fi. de iureiuran. ad noſtram. de verborum ſignifi-
catio. ex parte. De quo dic vt plene dixi in. c. veſtra. de cohabi. cle. ⁊
mu. Tenendo etiam quod communiter tenetur, dic quod non eſt
neceſſaria citatio ad informationem ſuper notorio, ſed bene exigi-
tur ad ſententiam. De quo dic vt ibi dixi. Vel non eſt neceſſaria
39 quando ad cautelam recipiuntur teſtes ſuper notorio. ¶ † Nota
ſecundo quod notoria examinatione non indigent: ⁊ quod ad exclu
ſionem examinationis excluditur citatio: ⁊ ſic citatio eſt de exami-
40 natione cauſe. ¶ † Nota tertio quod actus tranſitus epiſcopi eſt
notorius, ⁊ etiam actus impreſſionis. Ad hoc de tranſlatio. prela.
41 quanto. ¶ † Nota quarto quod vbi proceſſus aſſumitur ad cau-
telam, alias ex neceſſitate non requiſitus, valet proceſſus, etiam
dato quod ex toto ordo non ſeruetur: ⁊ ſic faciat quod ordo in or-
dinarijs vbi non exigitur, ſi aſſumatur per iudicem voluntarie, et
ex toto non ſeruetur, per hoc non annullatur proceſſus. De quo
dic vt in cle. ſi. de verborum ſignificatio. ¶ Nota quinto quod pro
alijs, que ſunt acta per iudicem, preſumuntur etiam in his, que
non agitantur ex toto ordine iudiciario ⁊ quo ad rectitudinem, et
42 quo ad iuſtitiam proceſſus. † Et nota cauſam, quare preſumitur
pro proceſſu iudicis: in verſicu. ſi qui. Bonus eſt text. ad hoc, quia
preſumptio ſurgit ex authoritate rei iudicate. Ad hoc. J. de re iud.
ſicut. ¶ Et nota quod hec regula procedit vt preſumatur pro ſo-
lennibus, ſiue fiat proceſſus contra preſentem, ſiue contra abſen-
tem: contra id, quod dicit Innocen. de officio deleg. cum in iure.
¶ Et nota quod hoc eſt verum in apparentibus actis, ſeu proceſ
ſu eius. Contradicunt doct. de proba. quoniam contra. quia pro-
ductio actorum oſtendit an ordo ſit ſeruatus vel non. Super quo
etiam dic vt dicam. infra. Sed poſſet dici quod licet appareret

quid egerit ipſe confirmando, vel infirmando, non apparebant
43 acta. ¶† Nota ſexto quod poſtulatus ſuam poteſt defendere po-
44 ſtulationem, quod patet: quia hic deberet vocari. ¶† Nota ſe-
ptimo quod quis non fuerit citatus, non eſt pꝛobabile: ex quo pa-
tet regula quod negatiua non eſt pꝛobabilis, regulariter loquen-
do de indeterminata: ⁊ eſt cauſa, quia nõ habet aliquos terminos
45 naturales ſenſu naturali teſtis palpabiles. ¶† Nota octauo quod
teſtimonium ſingulare non valet: ⁊ inter ceteras cauſas inhabili-
46 tantes pꝛobationem teſtis, eſt quod ipſi ſint ſingulares. ¶† Nota
nono quod vbi duo ſunt pariter expedibilia, pꝛobata expeditione
vnius, arguitur potentia alterum expediendi: ⁊ ſic qui potuit nun
tium, ita ⁊ pꝛocuratoꝛem potuit deſtinare. Ad hoc ſ. eodem. cum
47 inter de dolo. cum dilecti. infra eodem. cum dilectus. ¶† Et nota
quod eo quod quis mittit nũtium, vel pꝛocuratoꝛem ad iudicium,
magna eſt pꝛeſumptio quod fuerit citatus, ſecundum Petrum de
48 Sam. ⁊ Compoſ. ¶† Opp. cum glo. que eſt ſuper verbo pꝛeſumi-
tur, quod pꝛo his, que ſunt ad iudice geſta, non pꝛeſumatur, niſi
49 quatenus pꝛobatur: de pꝛoba. quoniam contra falſam. †So. glo.
fatetur quod hodie non procedit: quia pꝛo iudicis proceſſu non
pꝛeſumitur, niſi quatenus apparet ex actis. Hic Innocen. dicit
quod aut ſententia tranſiuit in rem iudicatam ⁊ eſt talis, que tran
ſire poteſt: ⁊ pꝛo iuſtitia et proceſſus rectitudine pꝛeſumitur, ſi-
ue ſit lata in pꝛeſentem, ſiue in abſentem. Ita intellige: ⁊ hoc quia
habetur pꝛo veritate. ff. de reg. iur. l. res iudicata. de re iud. cum in-
ter ⁊ c. ſicut. Et quia difficile eſſet ⁊ quaſi impoſſibile, conſcientie
omnia acta cuſtodire, ⁊ exhibere: de pꝛob. c. ſi. C. de fidein. l. ſi. de pri
uile. cum olim ⁊ c. ex parte. Si non trãſiuit in rem iudicatam, pꝛo-
cedunt contra, vt quia eſt appellatum. Ad hoc de reſti. ſpo. ſepe.
Si autem ſunt ſententie, que ſui natura non tranſeunt in rem iu-
dicatam, vt ſententie cenſure: adhuc in talibus ſi non eſt appella-
tum, pꝛo eis pꝛeſumitur. Si eſt appellatum, pꝛo eis non pꝛeſumi-
tur, ⁊ incumbit pꝛobatio ei, cui ante appellationem incumbebat:
de offi. oꝛdi. ad repꝛimendam de ſen. excom. ſacro. Quod dic vt ibi
ſecundum Hoſti. ⁊ de offi. dele. cum contingat quod bene nota. Et
de materia habes de renun. in pꝛeſentia, vbi plene de of. dele. cum
in iure de re iudi. ſicut ⁊ c. cum inter de pꝛoba. quoniam contra fal-
ſam de eo qui fur. oꝛdi, rece. innotuit dic vt ibi habes. Debes ta-
men ſcire quod ſententia dicitur tranſire in rem iudicatam, quan-
50 do non eſt appellatum. ¶† Uenio ad materiam negatiue, que tan
gitur in hoc paſſu: ⁊ oppo. quod negatiua ſit pꝛobabilis ⁊ debeat
pꝛobari per negantem: vt patet. C. de contrahen. ⁊ commit. ſtipu.
l. optimam de teſti. ex tenoꝛe. de renuntia. ſuper hoc cum ſi. Duo
ſunt hic examinanda. Pꝛimum, quando negatiua ſimplex non eſt
pꝛobabilis. Secundo, an aliquo caſu ſit pꝛobabilis, ⁊ quomodo.
51 Tertio, quis debeat pꝛobare, an negans, vel affirmans. ¶† Ad
pꝛimum glo. hic dicit, ⁊ tex. quod ideo non eſt pꝛobabilis, quia ſe-
cundum rerum naturam non eſt capax pꝛobationis: et poteſt ex-
poni ſecundum rerum naturam, id eſt, ſecundum curſum cauſa-
rum. C. de rebus credi. l. in bone fidei. Hoſti. nititur hic declarare
multipliciter ſumendo naturam. Non eſt expediens. Intellectus
litere eſt: Omnis pꝛobatio de aliquo per teſtes debet eſſe talis,
que ſui natura oſtendat ſecundum naturam res palpabiles ali-
quo ſenſu naturali ex quinque ſenſibus: ſed negatiua non eſt quid,
quod habet qd palpabile nec ex guſtu, nec ex viſu, nec auditu, nec
odoꝛatu, nec tactu: quia nullam habet cauſam eſſendi, quia eſt non
ens: ergo non poteſt per rerum naturam, id eſt, per cauſas ſecun-
dum naturam, ⁊ per cauſas rerum palpabiles, ⁊ ſic nec pꝛobabi-
lis. Quod declarat Ioan. Monac, de confeſ. cap. j. lib. vj. Nam di-
recta pꝛobatio ſit per pꝛincipia: ſi eſt cauſatum, oſtenditur per cau
ſam. Hec autem pꝛincipia deficiunt in non ente: ergo relinquitur
52 impꝛobabilis. Et hoc de pꝛimo puncto. ¶† Ad ſecundum, an ſit
pꝛobabilis: dicit gl. qđ quedã eſt pꝛobatio directa: ⁊ hec nõ cadit in
negatiuam. Quedam eſt pꝛobatio indirecta: ⁊ tunc aut negatiua
eſt pꝛegnans, ⁊ exponibilis in affirmatiuam: ⁊ hec eſt pꝛobabilis
de renun. ſuper hoc. Aut non eſt pꝛegnans, ſed coarctata loco ⁊
tempoꝛe ⁊ eſt pꝛobabilis. de contrahen. ⁊ committen. ſtipu. l. opti-
mam infra. de teſti. ex tenoꝛe. Aut nullo modo eſt coarctata, nec
pꝛegnans: ⁊ non eſt pꝛobabilis per teſtes, vt eſt dictum. Unde ſi ti-
bi pꝛomiſi Bononie centum hodie, ſi pꝛobes me illa die Floꝛẽtie
fuiſſe, concluditur quod illa die perſonaliter non potui pꝛomitte-
re centum. Excipit hic Hoſti. quendam magiſtrum Petrum, qui
in vigilia natiuitatis Domini pꝛimam lectionem dixit in vrbe
Romana, ⁊ tertiam Pariſius. Latius concludendo hanc mate-
riam, ſi queras an negatiua ſit pꝛobabilis: diſtingue ſpecies pꝛo-
bationum. Quedam eſt pꝛobatio per confeſſionem: aut per reſpon
ſionem ad poſitiones: ⁊ talis negatiua eſt pꝛobabilis. de confeſ. ca.
53 j. lib. vj. ¶† Nunquid autem poſitioni ſit reſpondendum ſemper?
Hoſt. hic dicit quod ſi certum eſt quod non facit ad cauſam, non
eſt reſpondendum: de of. dele. cum contingat. C. de pꝛoba. l. ad pꝛo-
bationem: cum ſi. Si certum quod facit ad cauſam, eſt reſponden-
dum. ff. de interro. actio. l. de etate. §. interrogatus. Si eſt dubium,
recurrat ad equitatem iudicantis. ff. de interro. act. l. vbicunque.
de tranſac. l. fin. qui potius declinare debet ad hoc vt reſpondea-
54 tur: de appel. cum ſpeciali. de regu. iur. cap. ij. ¶† Aduerte tamen,
dicit hic Comp. quod fuit dictum Cy. in l. actoꝛ. quod aſſeuerat. C.
de pꝛoba. que verba etiam ponit Archidi. j. queſtione vlti. actoꝛ. ⁊
Ioan. An. ſuper rubrica de pꝛobat. quod pꝛobatio per confeſſio-
nem non eſt pꝛopꝛie pꝛobatio, ſed pꝛobationis releuatio, ad quam
fieri poteſt poſitio: vt. d. c. j. Quia pꝛobatio eſt pꝛopꝛie, quando id,
quod dico, euidenter oſtendo. Hoc autem non ſit per confeſſio-
nem, ſed ab illo onere releuoꝛ. Concluditur quod illa non eſt pꝛo-
batio, ſed pꝛobationis releuatio. Quedam eſt pꝛobatio per iura-
mentum: ⁊ hoc cadit etiam ſuper negatiua: vt patet de pur. ca. no.
ca. quoties. ⁊ ca. accedens. de heretic. excommunicamus. §. ſi qui.
55 cum ſi. ¶† Quedam eſt pꝛobatio pꝛeſumptiua, ⁊ ex iuris, aut ho-
minis pꝛeſumptione: ⁊ hoc cadit in negatiuam, vt dicit glo. Que-
dam eſt pꝛobatio per teſtes, aut per inſtrumenta: ⁊ tunc aut nega-
tiua eſt exponibilis in affirmatiuam, ⁊ pꝛobabilis eſt, non directe,
ſed indirecte: quia ſi ex terminis affirmatiuis immediate ſequitur,
eſt pꝛobabilis. Exemplum, quod non voluntarie fecerimus, ſequi
tur ex iſto quod metu fecerint: ⁊ hoc exponibile in hanc affirmati-
uam: ⁊ ex illo ſequitur pꝛobatio: pꝛobato ergo metu, concluditur
negatiua. ¶ Aduerte, quia hoc eſt verum, quando negatiua ex ter
minis affirmatiuis neceſſario ſequitur abſq; eo quod aliquid de-
ponat ſuper negatiua. Ubi autẽ ex terminis affirmatiuis non ſe-
quitur, niſi teſtes aliquid deponant ſuper negatiua, negatiua pꝛe-
gnans non eſt pꝛobabilis: vt eſt hoc pꝛobare ꝙ ad canonicos per-
tineat electio: per hoc nõ ſequitur ꝙ non ad alios neceſſario: ideo
hec nõ eſt ꝓbabilis per teſtes. Caſus de cauſa poſ. cũ eccleſia. Su
trina. Aut negatiua nõ eſt immediate exponibilis in affirmatiuã:
⁊ tunc aut eſt coarctata, ⁊ poteſt pꝛobari non directe, ſed indire-
cte. ¶ Aduerte tamen, quod quandoq; datur coarctatio reſpe-
ctu loci tantum: et hec pꝛobabilis eſt. Nam poſſum pꝛobare
quod quis non eſt deſcriptus in matricula: quia omnibus
enumeratis ibidem deſcriptis iſte non reperitur: de lite conte-
ſta. capit. j. quod inſtrumentum non habet raſuram q2 eo viſo per
penditur quod nulla eſt ibi raſura. de crimine fal. licet quandoq;
eſt coarctata die, ⁊ loco: ⁊ idem. Nam pꝛobare poſſum quod Ti-
tius non contraxit cum Berta tali die: quia pꝛobabo ipſum fuiſ-
ſe in alio loco illa die: vt de teſtib. ex tenoꝛe. vt dicta. l. optimam.
Quandoq; eſt coarctata ad factum certarum perſonarum: ⁊ ad-
huc per illas perſonas eſt pꝛobabilis. Nam quod capitulum non
conſenſit, ſic eſt pꝛobabile: vt patet de pꝛobatio. tertio loco. de te-
ſti. cum literis. ⁊ patet. infra eodem. cum dilecti. Hoc modo etiam
quando eſt coarctata ad aliquod tempus, poteſt pꝛobari quod
Titius Caium tali die non interfecit: quia nos fuimus cum tali
per totam diem illam, nec interfecit aliquem, nec a nobis receſſit.
Et cum hoc tranſit communis opinio. Ioan. Andr. hic fuit in
vna mirabili opinio. quod negatiua ſit pꝛobabilis immediate, et
directe, dummodo ſit coarctata: ⁊ ſic poſſet eſſe coarctata quod di
recto pꝛobabitur. et vt vidi pluries, ſcripſit, ⁊ reſcripſit iſtam
gloſſ. Et vidi in ſua pꝛopꝛia oꝛiginali lectura: vnde ampliando
verba gloſſ. dic quod coarctationum duplex eſt ſpecies. Quedam
eſt coarctatio talis, per quam teſtis non immediate: ſed per me-
dium poteſt appꝛehendere negatiuam: ⁊ hec eſt pꝛobabilis indi-
recte, ⁊ non directe. Sic intelligit gloſſ. Quedam eſt coarctatio ta
lis, que tantam habet terminoꝛum reſtrictionem, ⁊ coarctatio-
nem, que directe ⁊ non per cauſam mediam, cadere poteſt in ſen-
ſum teſtis: ⁊ hec directe eſt pꝛobabilis. Et hoc quod ſit verum,
oſtendit, ⁊ ponit regulam, quod omnis negatiua eſt pꝛobabilis,
quando per determinationem euitatur infinitas, et reducitur in
aliquam certitudinem, que per aliquem ſenſum certum ſciri po-
teſt: tunc enim rerum natura adſiſtit, ⁊ non reſiſtit: ergo pꝛobari
poteſt. Et hoc eſt poſſibile quandoq; ſimpliciter: vt quia video
quod tu nihil habes in capite. Quandoq; per ſpecificationem al-
terius entis: vt video quod Ioan. An. non eſt aſinus: ⁊ hoc opti-
56 me appꝛehendit teſtis. ¶† Quid plura? imo ⁊ per negatiuam
quandoq; cadit in ſenſum teſtis affirmatiua. Nam ſcio quod tu
es extra ſcholas: quia video quod tu non es in ſcholis. Nec eſt vis
quomodo foꝛmetur articulus, vt infra dicam. ¶ Exempla autẽ
infinita ponit, que omnia poſtea impꝛobantur. ¶ Quidam au-
tem artiſte impugnant hanc doctrinã ſic: Coarctatio dat pꝛoba
tionem indirectam: ergo eſt impoſſibile quod det directam: alias
ſequeretur quod idem operaretur contraria. Reſpondit Ioan.
An. dat coarctatio indirectam, fateoꝛ: ⁊ eo caſu, quo dat indire-
ctam, fateoꝛ impoſſibile quod det directã. Indirectam dat, quã-
do non eſt coarctata in tantum: ſed poſſet in tantum eſſe coarcta-
ta, quod daret directam: ergo non dabit tunc indirectam: nam
variata

variata ſpecie, variari effectũ hoc non eſt nouũ. ¶ Sed tũc vltra
naturã coarctatiõis in genere eſt dare indirectã: ergo in quocũq;
gradu des coarctationẽ, non operabit oppoſitũ vt det directam:
q2 natura nõ poteſt, quantũcunq; augmẽtata, tẽdere in oppoſitũ,
imo potius tendit ad finem nature. Exemplum in igne, des quem
cunq; gradum caliditatis, ſemper calefaceret. Sic ꝛ detur quicun
que gradus coarctationis, ſemper probabitur indirecte. Solut.
In is habet a ſui natura calefacere: vnde oppoſitum non poſſet
dato quocunq; gradu: ſed coarctatio in negatiua dat probationẽ:
ꝛ hoc eſt eius natura. Secundum gradum ergo coarctationis dat
minorem ꝛ maiorem probationem: ſi coarctata nõ eſt omnino, dat
indirectam. Si coarctata plus poſſet dare directam. Nam ꝛ ignis
ſecundum quantitatem gradus dat maiorem ꝛ minorem quanti-
tatem caloris. Probari ergo eſt de natura coarctationis: non au-
tem hoc eſt de natura omnino ſic probari: imo eſt per accidens.
Sic igni data appropinquatione ſecundum maius, ꝛ minus, per
accidens eſt quantitas caloris ꝛ gradus. Tertio quidam Iuriſte
improbant hanc coarctationem: quia non ſufficit teſti negatiuam
cadere in eius ſenſum vt poſſit probari: quia per hoc non cadit in
ſenſum iudicis, cui facienda eſt probatio. de reſcr. ſtatutum. §. cum
vero. lib. vi. ꝛ ſemper in cauſa iudici aſſignanda habet reſpondere
per medium, Scio qđ Titius nihil habebat in capite: quia vidi.
Reſpondebit ergo ſemper per affirmatiuam. nam nõ ſufficiet di-
cere, quia non vidi, vt dicam in ſequenti. Dic qđ illa met coarcta-
tio, que facit illam cadere in ſenſum teſtis, faciet cadere in ſenſum
iudicis immediate. ¶ Item ratio ſcientie ſiue ſuper affirmatiuo,
ſiue ſuper negatiuo, ſemper eſt affirmatiua: licet ipſum obiectum
ſit negatiuum. Licet ergo iudici reſpondeatur per affirmatiuum
ſenſum, per hoc nõ concluditur qđ probatio ſit indirecta, ꝛ imme
diata: quia ſenſus meus affirmatiuus, ꝛ affirmatiue prolatus, ne
gatum potuit apprehendere immediate. Si enim teſtis meus di-
cit qđ vidit talem tali die habentem non lanceam: ꝛ tuus ſimplici
ter dicit, quod habebat: certe hoc a quolibet fuit comprehenſibile
immediato ſenſu. Proſequitur multa exempla. Pone quod dico
teſtamentum non habere raſuras, nonne teſtis immediate appre-
hẽdit, viſo inſtrumento? Nego hominem vulneratum in facie, vel
edificium eſſe vltra murum: vel Titium inter nos ſediſſe, vel ele-
ctioni interfuiſſe, vel deſcriptum eſſe in matricula doctorum, vel
ſcholarium, vel notariorum, vel habuiſſe galeam in capite: certe
omnia iſta capient immediate teſtes in auditu. Si dicat teſtis,
Talis interrogatus non reſpondit: ſic percipis quod non pulſa-
tur ad tertias: ꝛ tamen non percipis hoc per aliquod medium.
Idem in odoratu, ꝛ guſtu: nonne immediate percipiam an ſit fe
tidum, ꝛ non ſaporoſum, vel acetoſum vel non odorabile? Conclu-
dit ergo quod negatiua eſt immediate probabilis: quia cadit in
ſenſum teſtis immediate. Et hanc opinio. etiam tenebat Cyn. in
37 l. actor, quod aſſeuerat. C. de probatio. ¶ † Primo anno quo legi
leges, hec opinio. mihi non placuit: ꝛ dico quod eſt impoſſibile
quod negatiua directe probetur: quia directe non cadit in ſen-
ſum teſtis. Quod probo: quia negatiua non eſt in rerum natura:
ergo non eſt probabilis: quia nullus habet terminos immediate
palpabiles ex aliquo ſenſu, niſi aliud palpetur, ex quo illud con-
cludatur: ꝛ ſic eſt indirecta. Nam video qđ nil habes in palma: hoc
non video immediate, quia hoc quod nihil habes, quia nihil, nihil
eſt, non eſt: ergo videri non poteſt: bene tamen video palmã tuam:
ex illa concludo quod ibi nihil eſt. Item in auditu: non audiui te
aliquid reſpondere: vel non audiui campanam. Iſta adhuc non
cadit in ſenſum directe, ſed per remotionem ſenſati a ſenſu: quia
non ſonauit: quia non ſonare nihil eſt, ideo non audiui hoc quod
non ſonauit: ꝛ non cepi immediate aliquo ſenſu: ſed quia remo-
tum fuit cauſatum a ſenſu, hoc concluſi quod non ſonauit: ꝛ ſic de
ſingulis. Non enim apprehendo aliquo ſenſu non ſonare, quod
non eſt: ſed bene apprehendo abſtractionem a ſenſu, per quam
concludo non ſonare: ꝛ hec eſt indirecta. Unde fatendum eſt quod,
non poteſt dari tanta coarctatio quod directe probetur, ſed pro-
batur indirecte. ¶ Aduerte tamen quod hec indirecta probatio,
quando eſt coaractata bene negatiua, eſt tante potentie, ꝛ virtu-
tis ſicut probatio affirmatiue ceteris paribus. Nec obſtat quod
dicitur quod plus creditur vni affirmanti, quam mille neganti-
bus: quia illud verum in negatiua credulitatis, vel pregnationis,
de qua infra de probatio. ad noſtram. vel in non determinata. Si
autem eſt determinata, locum habet quod dicitur de contrarieta-
te teſtium. infra de teſti. in noſtra. Per hec apparet quod ſi volo
probare quem non eſſe deſcriptum in matricula: non poſſum pro-
bare directe, ſed indirecte bene: quicquid dicat Ioan. And. ꝛ hoc
potero probare, formato de hoc articulo negatiuo: et quandoq;
producam totam matriculam manu publica, quando faciam fie-
ri inſtrumentum de negatiua notario teſtificante te ibi nõ deſcri
ptum, cum ſubſcriptione teſtium literatorum: cum quibus id exa
minauit. Quandoq; faciam examinari teſtes conſcios literarum:
quia poſtea iurati deponunt te ibi non eſſe deſcriptum: quod lici-
te ſit, ex quo ad certam matriculam coarctatur negatiua. Ad hoc
de priuilegijs. cum olim. de excef. prela. inter dilectos. §. preterea.
38 de reſti. ſpol. cum ad ſedem. de teſti. cum literis. ¶ † Uenio ad ter
tium principale, quis debeat probare, an negans, vel affirmans.
Gloſſ. hic dicit quod quedam eſt negatiua facti, quedam iuris,
quedam qualitatis. Negatiua facti probari debet per negantem,
vbi probabilis eſt, ſecundum gloſſ. per que ſentit quod vbi non
eſt probabilis, pbari debet per affirmantẽ affirmatiua oppoſita.
¶ Quedam eſt negatiua qualitatis: ꝛ hec probanda eſt per negan
tem: vt eſt illa. Hic non eſt idoneus, vel non eſt ſoluendo: ꝛ hec de-
bet probari: quia quilibet preſumitur idoneus, legitimus, ꝛ dili-
gens, niſi contrarium probetur. ¶ Quedam eſt negatiua iuris, ꝛ
denegans adhuc probat: vt patet. C. de proba. l. ab ea. ¶ Super
hoc puncto veritas eſt quod vbi negatiua eſt probabilis, ꝛ hoc
omnes fatentur, illi incumbit probatio eius, qui ſuper negatiua
fundat intentionem, negatiua preſumptione non vitiata. ¶ Ubi
autem negatiua omnino eſt improbabilis, communiter glo. vtriuſ
que iuris dicunt quod transfundit probationem contrarij in af-
firmantem. Ioan. Andr. de reg. iur. in regula, ſine poſſeſſione. lib.
vi. facit regulam quod regulariter negatiua non eſt probanda,
ſed transfundit onus probandi in aduerſarium. Excipit ibi qua-
tuor caſus. Primus, quando negatiua habet preſumptionem con
tra ſe, per dictum Inno. de offi. dele. cum in iure. Secundus, ſe-
cundum Legiſtas in grauibus delictis. C. de aboli. l. fallaciter: ſed
ibi erat fama contra eum, que aggrauat onere probandi. Ter-
tius, quando negatiua probatur per ſacramentum extra commiſ
ſionem iuris: extra de his, qui ad eccle. confug. in preſenti. de teſti.
preſentium. ꝛ c. pe. de ſenten. excommu. ſi vero. de excep. paſtoralis.
Quartus, quando negatur ſcriptura vel probatio actoris, de te-
ſti. ex tenore. ¶ Finaliter ibi concludit quod de iure eſt, quod ſiue
ſit probabilis, ſiue non, negatiue eſt probanda per fundantem in-
tentionem ſuper negatiua: ꝛ ſi poteſt probari, bene quidem: alias
ſibi damnum. Alias dicit, ſi transfert onus probandi in aduer-
ſarium, etiam vbi probari non poteſt, non videt qualiter fuerit
inuenta diſpoſitio. capite primo de confe. lib. ſexto. vbi ſiat poſi-
tio per negantem ad releuandum ſe onere probandi. ¶ Hanc
opi. tenuit Innocen. de accu. ſuper his. ꝛ infra de offic. deleg. cum
in iure ꝛ idem Barto. ff. de verbo. obligationibus. l. hoc iure. ꝛ
hoc tenendum: ꝛ ſic hodie practicatur in vtroque foro. ¶ Si que-
ratur ergo quando negatiua ſit de intentione alicuius, vel op-
poſita affirmatiua de intetione partis aduerſe. Gloſſ. hic tan-
git bonos text. infra. de preſumptio. dudum. ſupra cap. cum inter
ꝛ ca. cum nobis. per Ioan. vi. queſtione vlti. actor. ꝛ plenius per
Ioan. Andr. in regula, infamibus. de regul. iuris. lib. ſext. vbi plu
rimas recitat opiniones. ¶ Hec ſit regula: Ubicunque quis agen
do, vel excipiendo, aut replicando fundat intentionem ſuper ne-
gatiuã, illam probare debet, niſi preſumptione aliqua iuuetur: ad
quod declarandum an preſumptione iuuetur, vel quando ſit in-
tentionis alterius. ¶ Dic, quedam eſt negatiua qualitatis iuris:
quedam eſt negatiua qualitatis perſone: quedam negatiua alte-
rius accidentis extrinſeci. Si eſt negatiua qualitatis iuris, vt in
actu ſolennitatis negatiua, ꝛ ſolennitas preſumitur, niſi contra-
rium probetur. de renuntiatione. in preſentia. ff. de probatio-
tionibus, ab ea parte. ꝛ hoc verum regulariter. ¶ Quandoque
tamen hoc fallit: quod proſequendum eſt in iudicialibus ſecun-
dum illa, que plene dixi, de proba. quoniam contra: ꝛ in dicto. cap.
in preſentia in extraiudicialibus, de eo qui fur. or. rece. ca. primo.
vbi per Inno. ꝛ dixi de re iud. ſicut plenius per Legiſtas, maxi-
me Bar. ff. de verbo. obliga. l. ſciendum. Circa negatiuam quali-
tatis perſone: ꝛ hec poteſt eſſe multiplex. Quedam eſt qualitas bo
nitatis animi a natiuitate: vt quod quis habeat rationem natura-
lẽ, quod ſit diſcretus, ꝙ ſit bonus: ꝛ hec qualitas preſumitur: ideo
in iſta indiſtincte quis non grauatur onere pbãdi, ſaluo niſi ſemel
malus poneretur, q2 in eadẽ ſpecie delicti ſemper preſumitur ma-
lus: vt probatur in regula, ſemel malus. de regu. iuris. libro ſexto
Sic debet intelligi quod notatur de ſcrutinio. c. j. quod nota. per
gloſſ. de elect. ſi forte. libro ſexto. ¶ Quedam eſt negatiua qualita-
tis nature corporalis: vt quod quis ſit legitimus, vel ſanus: ꝛ ad-
huc legitimus preſumitur, niſi contrarium probetur: ſic ꝛ ſanus
preſumitur, niſi cõtrarium probetur. ¶ Si enim ſemel appareat
quod fuerit infirmus, an preſumitur infirmus: dicendum vt dixi
ſupra eodem. cum inter. R. ¶ Quedam eſt negatiua qualitatis
nature erga corpus tempore variabilis: ꝛ idem quod ſtatim dicaꝫ
in ſequenti. Plenius de hoc per Barto. in. l. de etate. ff. de mino. ꝛ
dicam de probatio. in preſentia. Hic doc. dicũt qđ ſi eſt no. proba-
tur per aſpectum. ff. de mino. l. ſi minor. ſi occulta, dicens etatẽ p-
bet. ¶ Quedam eſt negatiua alterius accidentis ad corpus, ſeu
qualitatem accidentalem, vt quod ſit ſcientificus in ſcientia poſi-
tiua, vel quod ſit ordinatus, vel cantor, vel ſimilia: ꝛ tunc aut ſu-

per hac qualitate eſt contentio,cum pars negans probat:⁊ proce
dit regula quod dicens ſe idoneum,preſumitur idoneus,niſi con-
trarium probetur.Sic loquitur de preſumptio. dudum. Et hoc
fortius procedit,qñ eſt in quaſi poſſeſſione illius qualitatis, vel
ſaltem habet famã pro ea:vt Jo.An.no. ſuper regula,infamibus.
de regulis iuris.libro ſexto.¶ Aut eſt contentio cum iudice, vel
ſuperiore,a quo aliquid petitur,⁊ quatenus eſt cum iudice:⁊ tunc
procedit regula.Dicens ſe talem,habet probare ſe talem.Ad pro-
poſitum ſi electus petit ſe confirmari, ⁊ opponatur quod non eſt
habilis ſcientia,quod non eſt habilis etate, opponens quatenus
intendit hoc quod caſſetur,quia hec eſt intentio opponentis, ha-
bet probare eum inhabilem.Caſus eſt.ſupra eodem.cum inter. et
c.cum nobis.ſ.eo.tit.⁊.c.nihil.Sed quantum ad finem vt confirme
tur,quia in hoc contendit in iudice, quia etiam nullo opponente
hoc petit ab eo,habet probare ſe talem:⁊ ſi talis eſt defectus,talis
negatiua,que poſſit probari examinando ſic probatur.ſ.eo. nihil.
alias exigentur alie probationes extrinſece,vt patet in probatio-
ne etatis.ſ.eod.cum nobis.¶ Si autem non intenderet quod con
firmaretur,ſed quod non infirmaretur,⁊ ſic vellet hoc medium in-
ter caſſare:⁊ confirmare:quia nihil in hoc contendit cum iudice,
ſed cum parte,non grauaretur onere probandi:ſaluo ſi iudex ex
officio contra eum inquireret ad caſſandum non ſubſiſtente par-
te:quia tunc adhuc credo quod habet ſe oſtendere habilem. Hec
vera ſunt,niſi alia extrinſeca preſumptione iuuaretur opponens:
quia eſt in quaſi poſſeſſione oppoſite qualitatis: vt ſi habeat fa-
mam contra eum,ſic omni cauſa habet probare ſe talem, ſaltem
per iuramentum purgatorium,ſecundum Joan.Andr.ſuper di-
cta regula.¶ Circa negatiuam alterius qualitatis accidentis,vt
quod ſit ſoluendo,vel non:⁊ tunc indiſtincte dicens ſe talem,habet
probare ſe talem.l.ſi vero.§.primo.ff.qui ſatiſda.cogan. C.de pro-
batio.ex perſona.Saluo niſi appareat eum aliquando fuiſſe ſol-
uendo:⁊ tunc infortunium preſumitur:vt.l.creditores. ff.de priui.
59 credito.¶ †Quarto erga examinationem proceſſus, adhuc cum
gloſſ. in verbo Singulares. videtur quod potuerit capitulum
probare ſe non citatum. Nam negatiua probari poteſt per iura-
mentum.ff.de iureiuran.l.tertia.§.quecunq3.infra de teſtibus pre-
ſentium. Sic quod negatiua probatur per iuramentum, in au-
thenti.de heredi.⁊ fal.§.ſin vero abſunt. Jurabunt enim ſinguli
quod non fuerunt citati:⁊ iurabunt etiam quod alij non ſunt cita-
ti,quod ſciant:vt dicto.§.ſin vero.⁊ ſic probabunt ſe non citatos.
Gloſſ.concludit quod non poterunt ſe probare non citatos,vt de-
bent:quia vel intendunt ſolum ſinguli concludere ſe non citatos:
⁊ ſic ſunt ſingulares:ideo non probant,vt hic,⁊.infra eodem. dile-
cti.vel ipſi deponunt alios non citatos,⁊ ſubeunt anceps,id eſt du
bioſum periurium.ff.rerum amo.l.Marcellus.Non obſtat ſi dica
tur,Probabunt per iuramentum:quia aut volunt quilibet pro-
bare de ſe:⁊ dato quod probarent, concluderent ſingulos non ci-
tatos.Et hoc non ſufficit: quia potuit capitulum fuiſſe citatum,
licet non ſinguli. ¶ Aut volunt deponere de alijs, deponendo
quod non fuerunt citati,quod ſciant:⁊ hec probatio non releuat:
quia licet non ſciant,cum hoc ſtat quod potuerunt citari eis igno
rantibus.Concludo ergo quod improbabilis eſt:⁊ hoc dicũt doc.
Non ergo admittuntur ad probandum ſe non citatos: quia hoc
probare non poſſunt.Et in hoc ſuccumbunt: quia erat preſum-
ptio contra eos tam ex preſumpta ſolennitate proceſſus, quam
etiam ex tranſmiſſione nuntij,per quem preſumitur quod fuerunt
citati,vt dicit gloſſ.hic,⁊ doct.etiam.Et aduerte,dicent iſti capitu
lum non citatum:⁊ hoc quod ſubijcitur neceſſitati probandi, licet
dicas Scio quod ego non fui citatus. alter dicet ſimiliter, quia
non fuit,certe probabunt: quia ſufficit quod ſint conteſtes in di-
cto,licet non in cauſa:vt not.Innocen.de accuſatio.qualiter. Re-
ſpon.quod cauſa tunc non concludit:quia de ſe dant cauſam ſin-
gulariter:⁊ ex ſingularibus non concluditur vniuerſum:vt.infra
eodem.in Geneſi.quia ſingulares vt ſingulares,non ſunt capitu-
lum.Cuius gratia gloſſ.intrat practicam citandi capitulum. Gl.
dicit quod aut aliqui de canonicis vel maioribus capituli poſſunt
haberi,⁊ cum hoc prelatus:⁊ ſufficit illos citari.ſupra de poſtula.
prelat.ad hoc.xliiij.diſtinctio. comeſſationes. cum ſimilibus. Si
non poteſt habere eos, ſufficit quod litere citatorie legantur in
clauſtro,ſiue capitulo,preſentibus,qui inueniuntur.⁊ vocatis ami
cis.de do.⁊ contu.cauſam que.⁊.c.vlti.de cleri.non reſi.ex tue.cum
ſimi.Et dicunt docto.quod ſi non poſſet intrare clauſtrum, quod
facere poſſet in platea,⁊ loco publico:⁊ ſi non ibi fiat, quanto vici-
nius poteſt,⁊ cautum eſt quod citentur ſingulares de capitulo,
qui haberi poſſunt ſecundum eum.Hic aut ſcit que pars eſt capi-
tulum:⁊ procedit quod eſt dictum.Aut ignoratur que pars ſit ca-
pitulum:tunc poſſunt citari ſinguli,⁊ priuati, non tanquam ſin-
guli ⁊ priuati,ſed tanquam hi,qui ſunt de capitulo,⁊ qui vna cum
alijs faciunt capitulum:alias non valeret citatio:quia cauſa capi-
tuli non eſt ſingulorum,nec econuerſo.xij.q.ij.qui manumittitur.

De materia gloſſ.vide gloſſam de conceſ.prebend.ſi capitulo. lib.
vi. Archi.in.d.c.comeſſationes.Joan.And.de maio.⁊ obe. humi-
60 les.in verſi.prelatorum.¶ †Hic incidenter annectit gloſſ. dubi-
tum,citatur prelatus cum aliquibus de capitulo,vel alijs non in-
uentis ſoli prelato ſit preſentatio citationis, ipſe literas occultat:
eis non comparentibus ſententia fertur in eos excommunicatio-
nis vel ſuſpenſionis:an liget ignorantes citationem: Videtur qđ
non:quia ex contumacia procuratoris nõ poteſt excõmunicari dñs,
niſi dñs contumaciã ſciuerit:vt lite non conte.c.j.⁊ quod ibi not.
Gloſſ.dicit quod tutius eſt quod capitulum reputet ſe excommu-
nicatum,⁊ quod petat abſolui:quia non eſt modica preſumptio qđ
capitulum fuerit citatum,⁊ ipſi non poſſunt comprobare contra-
rium.Ad hoc allegat de ſenten.excommu. Romana.§.vlti.hodie.
lib.vj.de fo.compe.Romana.§. vltimo. Dic vt ibi ſecundum le-
cturam.glo.quod ſtet quod capitulum ſit excommunicatum.Alia
litera habet quod capitulum non ſit excommunicatum.Dic quod
quo ad.Deum ignorantes non ſunt ligati.quo ad eccleſiam ſenten
tia non debet ferri in capitulum:vt.d.c. vniuerſitatem. Si tamen
feratur,tenet:quia ligat ſingulos vt de capitulo, non capitulum,
61 quia incapax eſt.¶ †Vltimo quo ad hanc partem obuiat: quia vi-
detur per nuntium actum poſſe expediri,ſicut per procuratorem:
vt Inſti.per quas perſo.§.primo.ff.depo.l.j.§.ſi te rogauero. So-
lu.Dic quod contrarium procedit in actu extraiudiciali,qui ſine
conſenſu mittitur in abſentem:hic in iudiciali oportet quem prin
cipari in preſentis perſonam,⁊ oportet quod ſit ſufficiens ad de-
ducendam rem in iudicio,quo ad excuſandum autem,vel nuntian
dum etiam ſufficit ſolus nuntius:vt no.ſ.de appel.cum parati.et
62 vide de accuſ.veniens.de dolo ⁊ contu.cum dilecti. ¶ †Venio ad
vltimam partem,ad pape.ſ.ſententiam ex verſicu.nos igitur.No-
ta primo preſumi pro geſtis iudicialiter ⁊ quo ad inſtantiã,⁊ pro-
ceſſus rectitudinem.¶ Et nota vnde ſurgit hec preſumptio,quia
ex authoritate iudiciaria.Alibi dicit textus ex authoritate rei iu-
dicate.infra de re iudi.ſicut.ſed hic latius loquitur.Pro omni er-
go actu iudicialiter geſto preſumitur,⁊ pro eius ſolennitate.
63 ¶ †Nota ſecundo cautelam iudicis,quando cauſam exprimit in
ſententia,vel rationem,vel plures cauſas allegat:nam ſi reſtrin-
get ſe ad vnam,ſemper hoc faciet cum adiuncto maxime.Et ſic eſt
caſus pro practica Butriga.in.l.ij.§.qui ignominie.ff.de his, qui
no.infa.Vide quod dixi de reſcrip.ab excommunicato.⁊ de renun.
64 in preſentia.¶ †Nota tertio mirabilem tex.quod priuati poteſtate
eligendi ex delicto eorum, priuantur poteſtate eligendi, ⁊ ſe alij
electioni opponendi.Et nota tres cauſas.Prima, quia poſtulatio-
nem faciunt contemptis abſentibus, ⁊ legitime appellantibus.
Secundo,quando in loco,in quo timetur impreſſio.Tertio,quan
67 do recipiunt poſtulatum ad adminiſtrationem.¶ †Nota quarto
quod etiam parte non opponente iudex ſupplet de facto, inhabi-
lem ad opponendum repellendo.Ad hoc.ſ. de except. exceptio-
68 nem.ff.de poſtu.quos prohibet. ¶ †Nota quinto quod capitulo
per partes eligendi poteſtate priuato in eccleſijs cathedralibus
in iure eligendi ad principalem dignitatem poteſtas deuoluitur
69 ad papam,non ad proximum ſuperiorem. ¶ †Nota ſexto quod
deuoluta poteſtate eligendi ad papam,modus prouidendi neceſſa
rio mutatur,vt non eligat,⁊ confirmet per partes, ſed totum ſi-
70 mul expediat,eccleſiam ordinando.†Et ſic nota quod appellatio
ne ordinationis,comprehenditur totalis eccleſie prouiſio.de con-
71 ceſ.preben.c.ij.¶ †Primo oppo.quod ſi ſecure non patebat ac-
ceſſus ad locum,vbi cauſa tractatur, hodie fieret legitima exce-
ptio contra proceſſum legati.de appel.ex parte.vt lite non conte.
accedens.Gloſſ.dicit quod hoc non erat verum.quod patet: quia
miſerunt nuntium:⁊ ſicut miſerunt,ita ⁊ potuerunt miſiſſe procu-
ratorem,ſed videtur quod hec non fuerit bona reſponſio:quia ag-
72 batur de cauſa electionis,⁊ ardua.†In arduis autem quis nõ ar
ctatur ad reſpondendum per procuratorem,ex quo eſt impeditus
73 vt.infra de procurato.querelam. ¶ †Solutio. Dicit gloſſ.quod
non debeat mittere procuratorem ad cauſam debet tamen mitte-
re excuſatorem alias vt contumax damnaretur.Sed certe hic miſi
ſit excuſatorem,ſcilicet nuntium.Ideo dic quod ſpeciale eſt in cau
ſa electionis,que licet ſit ardua,impeditus debet mittere procura
torem:quia cauſa celeritatem deſiderat:vt not.de dolo.dilecti.⁊ di-
cto capitu.querelam. Ideo eo quod miſit nuntium, eſt preſum-
ptio quod potuerit mittere procuratorem,⁊ fuit contumax, ⁊ va-
let proceſſus.Et licet hoc ſit verum, preſumptiue tamen poſſet
oſtendi oppoſitum:nam locus poſſet eſſe talis,per quem de facili
74 tranſire non poteſt.¶ †Secundo opponitur quod electio prepo-
ſiti non debuerit confirmari:quia electio ſecunda poſt primam ap
pellatione pendente facta non valet:vt eſt caſus.in capitu.confide
75 ranimus.infra eodem.auditis.¶ †Tertio oppo.quod dato quod
exiſtentes in capitulo elegerint poſt appellationem, per hoc non
ſunt eligendi poteſtate priuati:⁊ electio prepoſiti non debuit
valere,tanquam facta prima valida non caſſata,⁊ tanquam facta
a minori

a minoꝛi parte capituli. Gl. hic examinat intellectũ litere, que fue-
runt hic cauſe pꝛopter quas hi non fuerunt auditi ad opponen-
dum contra electionem pꝛepoſiti, ⁊ a quo repellantur. Et tangit
gl. tres intellectus. Pono pꝛimo medium. Quidam dicunt quod
hec decret. continet gratiam in eo quod confirmat electionem pꝛe
poſiti. Iſtos mouebant: qꝛ non apparebat hic cauſa, pꝛopter quã
electio debuerit valere. Et poſſet hic procedere ſecundum gl. intel
ligendo quod electio pꝛepoſiti fuerit facta ante, quam Conuarma
ceñ. fuerit receptus ad adminiſtrationem. Hoc nõ placet: quia tra
hit ius ad gratiam. ¶ Gl. ponit ſecundum intellectum, qui eſt vl-
timus, in fi. gl. ⁊ tangitur in pꝛincipio qđ hic electio fuerit confir-
mata nõ ex iuſtitia, que eſſet in electione, quia erat inualida, ſed ex
defectu perſonarum, que non poterant ſe opponere: quia inhabili
tate erant, ⁊ indigne facte ex tribus cauſis: ⁊ has tres cauſas tri-
pliciter declarat glo. Uno modo in pꝛincipio glo. alio modo in fi.
ecce pꝛimam declarationem. Pꝛima cauſa fuit, quia non delatum
appellationi. Secunda, quia indignum abſq; licentia pape rece-
perunt. Tertia, qꝛ citati non venerunt, ⁊ quia iſte tranſiuit abſq;
licentia. Secundo modo declarat cauſas, vt pꝛima fuerit, quia vi-
rum pꝛeditum paſtoꝛali dignitate non ſolum elegerunt, ſed etiam
ad adminiſtrationem admiſerunt. Tertio, quia ipſum electum no
minauerunt poſt mãdatum de poſtulatione eius caſſanda. Quar-
to, fuit blaſphemia: quia, quantum in eis fuit, legatum diffamaue
runt, quia pecunia fuerit coꝛruptus. Et hoc dicit gl. patere. Pꝛi-
mo ex integra. hoc eſt poſſibile: ſed non applaudet litere hic intel-
lectus: quia non eſt veriſimile quod etiam perſonis repulſis con-
firmaſſet electionem nullam, enim poſſit, ⁊ debeat de facto ſupple-
re in talibus: de inſti. cum veniſſent. ⁊ c. cum nobis. Item huic in-
tellectui obuiat, quia non debent repelli pꝛopter delictum ab op-
ponendo de iuribus eccleſie: vt de except. dilecti. de accu. cum di-
lecti. ⁊ qđ ibi no. Dic quod de ſuo iure vt contempti non poſſunt
opponere: bene poſſent delictum, vel crimen opponere contra ele-
ctum. Uel dic qđ non admitterentur, vbi opponentis crimen, vel
minus canonicam electionem pꝛopter malum zelum, quem pꝛeſu
mit habere. ij. q. j. accuſatoꝛ. ⁊ c. ſeq. iij. q. ix. c. fi. Qđ intelligit Inn.
tantum in criminalibus, in ſpiritualibus, ⁊ eccleſiaſticis cauſis, vt
ibi. Pꝛoſequendo autem ſuam iniuriam, audiretur vnuſquiſq;.
iiij. q. vj. omnibus. Si autẽ appareret quod omnino libidine vin-
dicte moueretur, eſſet repellendus, vt ibi dicunt. ⁊ j. eo. quod ſicut
¶ Secundus pꝛincipalis intellectus, quod papa confirmauit ele
ctionem ex validitate electionis: ⁊ ſic non ex defectu perſone oppo
nentis, ſed ex reali validitate electionis. Hoc autem declarat ex
vnica cauſa tantum, ſcilicet ex eo quod ipſum ad adminiſtratio-
nem admiſerunt. Hec enim fuit ſubſtantialis cauſa nullitatis po
ſtulationis Conuarmaceñ. et fuit cauſa pꝛiuationis eoꝛum pote-
ſtate eligendi, ⁊ conſequenter deuolutionis ad minoꝛem, a quo ſur
git validitas electionis pꝛepoſiti. Nam reſpiciendo ad adminiſtra
tionem, plus deliquerunt, quam ſi ſcienter elegiſſent indignum: qꝛ
facto deliquerunt, quod plus eſt, quam verbo: ⁊ ſic penes alios re-
manſit ius eligendi, quamuis eſſent pauciſſimi. ¶ Alij autem fu-
erunt ad repellendas perſonas: ſed vna tantum fuit, a qua reali-
ter ſurrexit nullitas poſtulationis, ⁊ validitas electionis pꝛepoſi-
ti, ſcilicet receptio ad adminiſtrationem de poſtulato. ¶ Tu dic
quod tres fuerunt cauſe, ſecundum doct. realiter cõcludentes nul-
litatem poſtulationis, ⁊ pꝛiuationem poſtulantium, ⁊ validita-
tem electionis conſequenter pꝛepoſiti, quaſi dantes capitulares
potentias, ⁊ vires parti minoꝛi. ¶ Pꝛima, quia fuit facta poſtu-
latio per impꝛeſſionem, ⁊ de impꝛeſſo, qui eo quod impꝛeſſos con-
ſentiebat tali impꝛeſſioni, erat indignus: ⁊ ſic poſtulauerint indi-
76 gnum. ¶ † Sed huic obuiat quod vbi electio fit per impꝛeſſio-
nem, non ſunt pꝛiuati. j. eodem. quiſquis. ⁊ c. cum Uintonienſis. il-
lud procedit in eligentibus: hic in poſtulantibus. Uel loquitur,
quando non conſenſerit ille, de quo facta fuit impꝛeſſio. ¶ Secun-
da cauſa fuit, quia ipſi poſtulauerunt poſt, ⁊ contra appellationem
ex legitima cauſa interpoſitam. Quod patet, quia timebatur im-
pꝛeſſio: quo caſu licet pꝛopter hoc eligentes non ſint pꝛiuati pote-
ſtate eligendi, nec electio ſit nulla, per hoc tamen poſtulantes ſunt
pꝛiuati poteſtate eligendi, ⁊ poſtulatio eſt nulla, maxime cum ap-
pellatio interponeretur ex cauſa, per quam ipſo iure concludeba-
77 tur nullitas, vt ex impꝛeſſione. ¶ † Tertia, quam deſignat gloſſ.
quia poſtulatum admiſerunt ad adminiſtrationem, ex quo poſtu-
latio redditur nulla. Nec obſtat. ſ. eod. c. noſti. vbi venit caſſanda:
quia ibi loquitur in electione, que plus iuris tribuit. Sed dices
ſecundo, Hoc falſum eſt. Nam per hoc quod electus admittitur
ad adminiſtrationem, non ſunt pꝛiuati eligentes poteſtate eligen
di: quia hoc non reperitur iure cautum, nec pena imponitur. ſ. eo-
dem. noſti. ⁊ c. nihil. ⁊ c. nobis. ergo nec poſtulantes. ¶ Solutio.
Dicit Innocen. quod hoc eſt verum, quod admittentes electum
ad adminiſtrationem, non ſunt pꝛiuati poteſtate eligendi: vt. d. c.
noſti. qꝛ aliud in eligentibus, vt ibi: aliud in poſtulantibus, vt hic.
Nam poſtulantes dicuntur in actu eligendi vſq; ad terminum ad-
miſſionis poſtulationis per impꝛeſſionem, ⁊ electio in fieri, id
eſt, actus electionis non dicitur eſſe finitus ante, quam poſtulatio
ſit admiſſa per ſuperioꝛem: ideo peccantes ante confirmationem
ſuperioꝛis, admittendo ad adminiſtrationem, peccant in actu eli-
gendi: ideo merito pꝛiuantur poteſtate eligendi, in qua peccaue-
runt: ſed eligentes facta electione, non ſunt in actu eligendi, imo
perfecerunt electionem, quantum in ſe fuit, ita quod ea publicata,
eſt finita. de elec. publicato. ideo peccant extrinſecus ab actu eli-
gendi: ⁊ ſic non pꝛiuantur poteſtate eligendi, in qua non peccaue-
runt: ſunt tamen pꝛopter delictum aliter puniendi, ſecũdum In-
no. Dicit Hoſtiẽ. ſimpliciter dixit papa: ſed dicit qđ ad minus eſ-
ſent pꝛiuandi, vt puniantur in eo quod deliquerunt. t. j. titu. j. quan-
78 to. §. ceterum. ſecundum Hoſtien. ¶ † Oppo. tertio quod dato qđ
pariter deliquiſſent, non pꝛopter hoc deuolueretur poteſtas ad pa
pam, imo ad aliam partem, que ante etiam deliquerat: vt eſt ca-
ſus. j. eod. cum Uintonienſis. Solu. Hec decre. dupliciter intelligi
tur. Uno modo quod dictio Pariter, notet ſimultatem actus, et
tempoꝛis: ⁊ erit ſenſus quod vbi pariter vtraq; pars capituli de-
liquiſſent, ſcz ſimul, ⁊ eodem tempoꝛe, quod poteſtas deuolueretur
ad papam: ⁊ ſecundum hoc contrarium procedit, quando delique
runt per partes ſucceſſiue, hoc eſt vna pars poſt alteram: quo ca-
ſu ſi vna pars deliquit male eligendo, ita quod ſit pꝛiuata, ⁊ alia
poſtea eligat, ita quod non valeat electio, in ſecunda electione, que
imminet, vtraq; pars integrata eſt, ⁊ ſimul debet facere tertiam.
79 ¶ † Sed huic obuiat, quod ſi hoc eſſet verum, ambulatoꝛia eſſet
electio, ⁊ in circulo: quia ſi vna pars delinqueret, ad aliam deuolue
retur. ſi alia delinqueret, deuolueretur ad ſecundam, ⁊ ſic de ſingu-
lis. ¶ Reſpondebat Lau. qui tenuit hanc opinio. quod talis diſ-
curſus fieri non poterit, niſi intra tres menſes datos ad eligen-
dum. 50. diſtinctio. poſtquam. Et per hoc ſentit quod vna parte
pꝛiuata, currit terminus electionis parti non pꝛiuate. de quo dice
tur. j. eod. cum Uintonienſis. Hec opinio. eſt contra tex. quia hic
attento facto non deliquerunt pariter eodem tempoꝛe imo neceſſa
80 rio diuerſo. ¶ † Secundus intellectus, quod dictio Pariter, no-
tat paritatem, ⁊ concurſum in actu delinquendi, ſed non in tempo
re, ⁊ ſic ſucceſſiue deliquerunt: poteſtas ergo tunc, vt dicit litera,
81 fuiſſet deuoluta ad papam. ¶ † Ad. c. cum Uintonienſis. reſpon-
det gloſſ. Quandoq; per partes totum capitulum delinquit, et in
diuerſis electionibus, ita quod totum eſt pꝛiuatum poteſtate eli-
gendi, licet diuerſo tempoꝛe: ⁊ procedit hec decretalis: quia pote-
ſtas deuoluitur ad papam: ⁊ hic eſt caſus decre. Quandoq; totum
capitulum delinquit per partes, ſed vna pars tantum fuit pꝛiua-
ta poteſtate eligendi: ⁊ tunc in tertia electione, que imminet, pars
non pꝛiuata, que modo integrata eſt, poteſt eligere. ⁊ hic eſt caſus.
in. c. cum Uintonienſis. ibi enim elegit vna pars, ⁊ fuit pꝛiuata po
82 teſtate eligendi, quia elegit indignum. † Secundo elegit alia pars,
⁊ p impꝛeſſionẽ: quo caſu ex hoc ſolo nõ eſt pꝛiuata poteſtate eligẽ-
di, licet ſecus in poſtulatione, vt hic: electio tamen non valet tunc:
quia pars non pꝛiuata ſuſtinet vires capituli, impedit deuolutio-
nem ad papam: ⁊ in ſecunda electione ambe partes eligunt. De
non pꝛiuata, planum: quia pꝛiuatur ſolum vna vice, in tertia repe
ritur reſtituta, ⁊ ſic eligit. ¶ Sed dices, fateoꝛ, ſi eligant indignos
ſucceſſiue diuerſe partes capituli, videtur quod papa non debeat
pꝛeferri: nam ſtatim cum eligit ſecundam, in illa electione partis
pꝛime, que pꝛiuata eſt, reſuſcitatur poteſtas: cum ergo poſſit in il-
lo puncto eligere, non deuoluetur poteſtas ad papam. Aduerte,
in inſtanti ſecunde electionis totum capitulum pꝛiuatur poteſta-
te eligendi: in eodem inſtanti concurrit poteſtas pape, ad quem
naturaliter, ⁊ oꝛiginaliter ſpectat pꝛouiſio, vt infra dicam: ⁊ con-
currit poteſtas alterius partis reſtitute: ⁊ ſic concurrit poteſtas
inferioꝛis, ⁊ ſuperioꝛis. Inferioꝛis ergo pꝛopter concurſum ſupe-
rioꝛis poteſtatis. ſ. de offic. deleg. ſuper queſtionum. §. ſi vero. ⁊ de
83 pꝛeben. ſi a ſede. li. vj. ⁊ hec eſt veritas, ⁊ communis opinio. ¶ † No
ta tamen gloſ. in eo quod dicit Pariter: quia poteſt notare ſimul-
tatem reſpectu facti ſucceſſione data in tempoꝛe. Poteſt etiam no
tare ſimultatem in tempoꝛe. Quod valet ad concoꝛdiam teſtium,
qui dicunt Titius ⁊ Seius pariter poſſederunt decem annis: qꝛ
84 poteſt intelligi, poſſederunt ſucceſſiue decem annis. ¶ † Secun-
do obuiat, qꝛ videtur quod non papa ſuppleat, ſed pꝛoximus ſu-
perioꝛ gradatim, cum ſuppleatur hec poteſtas non omiſſo medio:
vt patet. j. eo. ne pro defectu. ſ. eo. cum in cunctis. §. fi. So. Hic opi.
fuerunt: quidã tenent quod peccantibus omnibus de capitulo ſe-
dis epãlis, deuoluitur poteſtas ad patriarcham, ⁊ ſic ad pꝛimum
ſuperioꝛem. Ad hanc decre. reſpondent quod hic papa pro tanto
ſuppleuit, qꝛ ſolus erat ſuperioꝛ: foꝛte enim iſti erant exempti. ¶ Se
cunda opi. qđ ſit differentia an deuoluatur poteſtas in caſu negli-
gentie: ⁊ tunc deuoluitur ad pꝛoximum ſuperioꝛem. de elec. ne pro
defectu. an in caſu delicti: ⁊ deuoluitur ad papam. ⁊ ita loquitur hic.
¶ Ad contrarium reſpondendo, ⁊ totum concludẽdo, dic, ſi que-

ratur ad quem deuoluat poteſtas in caſu negligentie, vel delicti: Aut loquimur in inferioribus dignitatibus: et ſemp, ſiue in caſu negligētie, ſiue in caſu delicti, deuoluit poteſtas ad proximū ſuperiorem: vt dicto. c. cum in cunctis. §. ſi. et patet de conceſſio. preben. capitu. ij. Ad continuandam tamen negligentiam exiguntur ſex menſes, vt ibi, in dignitatibus epiſcopalibus, et ſupra. Differentia eſt inter deuolutionem, et negligentiam: et hoc ſit ad proximum ſuperiorem: vt in capitu. ne pro defectu. infra eodem. ſed tantum exiguntur tres menſes: et in hoc differt a ſuperioribus. ¶ In caſu delicti totius capituli poteſtas deuoluitur ad papam. Caſus eſt hic: et hoc innititur probare gloſſ. etiam per capitulum cum in cunctis. verſicu. clerici. vbi dicit litera, quando loquitur de electione dignitatum inferiorum, declarat, et deuoluitur ad ſuperiorem: vbi autem dicit de electione dignitatum ſuperiorum, non dicit ad quē deuoluatur. Dat ergo intelligi ibi quod ad papam. Item ex quo in inferioribus dicit quod ad proximum ſuperiorem, dat intelligi ibi tacendo in ſuperioribus quod non ad proximum ſuperiorem, ſed ad papam. Et hoc hodie declaratum eſt de electio. quanquam. libro ſexto. et ibi aſſignatur ratio. Dic, quia de facili res reuertitur ad alueum antiquum, vnde proceſſit. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pactis. antiquus. et ibi clare probat gloſſ. Prouiſio epiſcopatuū erat in papa: et ſic originaliter fuit in primitiua eccleſia: poſtea fuit per ius data poteſtas capitulis, vt ſibi prelatos eligerent. Modo eis priuatis, et in negligendo, et delinquendo in talibus, poteſtas reuertebatur ad primum locum. Non reperitur ergo diſpoſitum qđ deuoluatur ad proximum ſuperiorem, niſi in caſu neglige::tie, per capitu. ne pro defectu. ergo in caſu delicti remanemus in antiquo iure, vt deuoluatur poteſtas ad papam. In inferioribus autem dignitatibus primordialiter poteſtas prouidendi immediate ſpectat ad inferiores, ideo non deuoluitur aliquo caſu ad papam, niſi gradatim omnes collatores ſuperiores priuentur. et hec eſt veritas. ¶ Ultimo huic parti obuiat, quia non videtur quod papa debuerit confirmare electionem prepoſiti: quia iam erat confirmata per factum legati: debebat ergo confirmare factum legati, non electionem. Solutio. Dicit Innocen. quod vera litera regiſtri habet. Duximus confirmandam, ſcilicet quendam. iam enim erat conſecratus. Uel dic quod ſecundum Innocen. et Compoſtel. hic reprobat confirmationem factam per legatum, qui proceſſit ad cōfirmandam electionem poſtulantibus non citatis, quorum factū non erat notorium, licet tranſitus poſtulati fuerit notorius: ideo caſſatio poſtulationis bene tenuit, maxime cum nititur gratie. Cōfirmat autem quod ibi conſtitit partibus preſentibus: quod ſi conſtitiſſet legato partibus citatis, idem feciſſet, ſecundum eos. Uel papa non voluit inniti proceſſui, et authoritati proceſſus ipſius, vt proteſtatur: quia ſi voluiſſet, debebat confirmare factum legati: ſed voluit ex alijs cauſis hoc facere, ſcilicet illis tribus, de quibus ſibi conſtitit: et ſic a capite voluit facere, vt ſatiſfaceret omnibus,

1 ¶ Electo probare ſufficit eligentes fuiſſe in poſſeſſione iuris eligendi.
2 Economum poteſt conſtituere eccleſia collegiata.
3 Gubernationem rei, vel in commendam alicui conſtituere, idem eſt.
4 Mandatum auditoris non expirat morte dantis.
Mandati vices in ſe aſſumens, tenetur ad finem procedere.
5 Libelli practica que ſit contra intruſum in beneficio.
6 Libellus narratiuus in iure dominij qualis eſſe debeat.
7 Eccleſie prouiſio, et prelati inſtitutio ad quem ſpectet.
8 Occupans iura alterius, dicitur iniuriam inferre illi.
9 Agere pro tali, vel nomine talis, idem eſt.
10 Penſionem petens videtur petere fructus tantum eiuſdem penſionis.
11 Libellus in poſſeſſorio quid continere debeat.
12 Solutionis debiti denegatione priuatur quis poſſeſſione.
13 Iudicia que in eodem libello cumulari poſſint.
14 Conteſtatio litis inducitur ſola reſponſione ad narrata in libello.
15 Eligendi nomen in libello intelligitur improprie.
16 Preſcribere poſſunt laici ius preſentandi.
17 Debitum petens conſuetudine, poſſeſſionem debet probare.
18 Inſtituendi poteſtas venit ad ſubiectionem ſpiritualium rerum.
19 Inſtitutio quandoq; ſumitur pro confirmatione.
20 Capelle ſubdite eccleſie inſtituendi poteſtas tranſit in prelatum.
21 Sententie verba ſunt referenda ad perſonam procuratoris.
22 Sententia debet continere cauſam propter quam fertur.
23 Poſſideri proprie non dicuntur incorporalia.
24 Electionis validitatem concludit quaſi poſſeſſio.
25 Eccleſia quando ad aliquem ſpectet pleno iure.
26 Sententia lata ſuper poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicate in petitorio.
27 Debiti perſonalis annua preſtatio quid operetur.
28 Debitum annuum debet declarari per libellantem.
29 Sententie practica que ſit in poſſeſſorio.
30 Libello ſuper poſſeſſorio in iure perſonali quid contineatur.
31 Sententia quando extendatur vltra intentionem ferentis.
32 Iudex a quo ſi efficiatur iudex ad quem, an cognoſcat de cauſa.
33 Inſtitutus qua actione petatur remoueri.
34 Inſtitutus in eccleſia remoueri petitur per modum ciuilis.
35 Negligentia eſt crimen.
36 Sententia libello debet eſſe conformis.
37 Poſſeſſorium competit pro rebus immobilibus.
38 Libellus contraria continens reijcitur tanquam ineptus.
39 Libellus quando dicatur contraria continere.
40 Libellanti quando permittatur actionum accumulatio.
41 Eligendi poteſtatem non habet populus.
42 Electionis appellatione, improprie venit preſentatio laici.
43 Laici non habent adminiſtrationem in eccleſia patronata.
44 Preſentandi ius an ſibi querat per conſuetudinem laicus.
45 Sententie verba non ſunt referenda in perſonam procuratoris.
46 Sententia lata contra procuratorem et dominum, quid operetur.
47 Ius patronatus qualiter probetur.
48 Sententia eſt ſuper toto negotio ferenda, et non per partes.
49 Actor de iure tertij diſputans in eius preſentia, an ei preiudicet.
50 Preſentatio quando ſit valida.
51 Penſionis ſolutio ad tempus facta quid operetur.
52 Penſionem annuam an quis lite pendente ſoluere cogatur.
53 Cenſum annuum ſoluens, an poſſit reſtitui a preſtatione eiuſdem.

1 Querelam. ¶ † Sufficit electo probare quod eligentes tempore electionis ius eligendi poſſederunt. Et primo ponitur facti narratio. Secundo, cauſe diffinitio, ibi: nos igitur. ¶ Prima pars primo narrat cauſe commiſſionem. Secundo, duplicem petitionem actoris. Tertio, reſponſionem rei. ¶ Secunda facit duo. Primo diffinit prius articulum cum expreſſione cauſe, et quadam proteſtatione. Secundo diffinit ſecundum ſub eiſdem
2 terminis. ¶ † Nota primo quod eccleſia collegiata poteſt economum conſtituere, et quod economus eccleſie alteri quo ad gubernationem ſubiecte, vel commendam, nō poteſt agere in iudicio abſq; licentia gubernatoris. Ad hoc quod nota. de reſcriptis. edocerī.
3 ¶ † Et nota quod quandoq; eccleſia alicui confertur in guberna
4 tionem: quod idem eſt dicere, vt puto, quod in commendā. ¶ † Nota ſecundo quod mandatum auditoris cauſa inchoata non expirat morte dantis auditorem: et quod de cauſa, quam quis cognouerit vt auditor, poteſt cognoſcere, et illam finire, ſi aſſumat locum committentis poteſtatem auditoris, et de cauſa, quam quis cognouit vt auditor, poteſt pronuntiare, ſi aſſumit locum auditorē dan
5 tis. ¶ † Nota tertio practicam libelli contra intruſum in beneficio authoritate alterius, quam eius, ad quem ſpectat prouiſio beneficij: quia narrari debet quod beneficium occupauit in iniuriam
6 habentis conferre, et cōcludit vt inde amoueatur. ¶ † Et nota qđ ſufficit narrare id in libello, ex quo concluditur cauſa remota agēdi, dato quod non exprimatur proxima. Sufficit enim dicere quod dicta eccleſia, in qua quis eſt intruſus, pertinebat ad talem pleno iure abſque expreſſione proxime cauſe, que eſt, quod ad eum ſpectabat inſtitutio, aut prouiſio dicte eccleſie.
7 ¶ † Et nota quod ad habentem eccleſiam pleno iure ſubiectam ſpectat prouiſio eccleſie, et prelati inſtitutio: de quo de prebend.
8 de monachis. ¶ † Et nota quod occupans iura alterius, dicitur preiudicium, et iniuriam late inferre illi, vel ſuperiori eius
9 cuius iura occupat. ¶ † Ex ſecunda parte libelli ibi: petens penſionem. Nota quod libellus eſt fundandus nomine eccleſie, et quod hec verba, Ago pro te: vel, Ago nomine tui: equipol
10 lent, de quo dixi de conſtitutio. cum. M. ¶ † Secundo nota quod in hoc libello, Peto penſionem de nono ſubtractam: non ſolum videtur includi petitio penſionis vt fructus, ſed etiam quaſi vt poſſeſſionis iuris penſionis: et ſtat ſic proprie: et improprie peto penſionem, id eſt denarios, qui debent ſolui pro penſione: et peto etiam me reſtitui ad penſionem, id eſt ad ſtatum iuris penſionis. quod nota de quaſi poſſeſſione in perſonalibus.
11 ¶ † Et nota quod in libello quaſi ſuper poſſeſſorio in iure perſonali non eſt neceſſe allegare cauſam et proprietatem debiti in ſpecie, ſed ſufficit cauſam: quia debitum allegare in genere, per

quod

quod concluditur quod ad concludendam quaſi poſſeſſionem in
iur: perſonali non eſt neceſſaria probatio, vel allegatio ſpecifi-
ca debiti, ſed ſufficit debitum allegare in genere. Facit contra
Innocentium in eo quod not. de reſtitutio. ſpoli. in literis. in glo.
magna in fin. de reſtitutio. ſpolia. in literis. Et ex hoc concludi-
tur quod in iure debiti, etiam perſonali, eſt dare quaſi poſſeſſio-
nem, quanquam impropriam, quando habet multiplices an-
nuas preſtationes, ſed proprie loquendo non eſt poſſeſſio, vel qua-
ſi: quia in illo non cadit poſſeſſio, vel quaſi, vt plene dixi in. d. c. in
literis. ſed bene imprimitur ſtatus quidam, cuius reſpectu eo
quod innouatur poteſt agi poſſeſſorio, vt ſtatus integretur.
Et hoc aperte voluit hec decreta. ibi in ſententia, nos in eun-
dem ſtatum, ⁊c. Hoc plene declaraui in dicto capitu. in literis.
12 ¶ †Et nota quod per denegationem ſolutionis debiti priuatur
exiſtens in quaſi poſſeſſione debiti: quia cum quaſi poſſeſſio habea-
tur per pati, ſurgens ex illa preſtatione, ſtatim cum pati denega-
tur, ceſſat poſſeſſio, ⁊ dicitur poſſeſſione priuari tenens. Ad hoc. l.
13 quarta. ff. de vſufruct. ff. de ſerui. l. quoties. ¶ †Et nota mirabile,
quod in eodem libello poſſunt accumulari hec iudicia, vt eccle-
ſiam tenens ab eccleſia amoueatur. Secundum, quod cogatur ad
reſtitutionem penſionis de nouo ſubtracte. Et ſic videtur quod
licet preſupponatur intruſus, nihilominus ad debita eccleſie te-
neatur ex quo eſt in quaſi poſſeſſione, ⁊ vltra hoc etiam ad hoc poſ-
14 ſit conueniri. ¶ †Venio ad verſ. predictus vero. Hic nota quod
per reſponſionem ad narrata in libello, et ad cauſam inducitur li-
tis conteſtatio. Item ex ſecunda reſponſione ad ſecundam par-
tem libelli habes quod per reſponſionem ad ius, negando etiam
15 in libello deductum, inducitur litis conteſtatio. ¶ †Nota ſecun-
do quod verbum Eligendi, vel Electio, in libello prolatum, intel-
ligitur improprie ſecundum ſubiectam materiam. Ideo ſi laicus
narrat ad ſe ſpectare ius eligendi in eccleſia, ſumitur ius eligen-
di pro iure preſentandi. Et ſic in lata ſignificatione ius eligendi
comprehendit ius preſentandi: ⁊ verba libelli intelliguntur in du-
bio, vt potius libellans videatur deduxiſſe ius, cuius eſt capax:
quod nota. Et ſic eſt hic caſus pro formali dicto in titu. de officio
16 ordina. conquerente. ¶ †Nota tertio quod populus, ⁊ ſic laici, poſ-
ſunt preſcribere, acquirere, poſſidere ius preſentandi in eccleſia,
abſque iure patronatus, ⁊ ſic ipſum ius preſentandi, vt pars iu-
ris patronatus, poteſt per laicum preſcribi, ⁊ longa conſuetudine
queri. Facit argumentum, quia hic non erat prohibita conſuetu-
do proprie, et ſic etiam iuris: ⁊ actus preſentandi in extracto a iu-
re patronatus eſt dari quaſi poſſeſſionem. Per quod patet quod
ad concludendam acquiſitionem totius iuris patronatus non vi-
detur ſufficere probare quaſi poſſeſſionem iuris preſentandi, cum
diuidua ſit ab ipſo iure patronatus. Super quo dicut de cap. mo.
c. dilectus. plene per Innocen. hec omnia declaraui in dicto cap.
in literis. vbi tracto de effectu extenſionis poſſeſſionis in incorpo-
17 ralibus. ¶ †Nota quarto quod in iſto libello deducenti conſuetu-
dine debitam ſufficit probare poſſeſſionem: quia late in iuribus
habetur quaſi poſſeſſio ex vſu: ⁊ vſus ille late eſt interpretandus
conſuetudo quedam: ⁊ ſic non eſt neceſſe probare proprietatem iu-
re debitam, quia preſcriptam, ſed ſufficit quod quaſi poſſeſſio co-
cludatur. Quod eſt valde notabile. Et ſic verbum pertinet, non
18 ſemper notat dominium, ſed quandoque poſſeſſionem. ¶ †Nota
vltimo quod ad ſubiectionem ſpiritualium rerum concluditur
poteſtas inſtituendi. Et ſic habens eccleſiam in ſpiritualibus ſub-
iectam, habet ius inſtituendi. De hoc in dicto cap. de monachis.
19 ¶ †Et nota quod inſtitutio quandoque ſumitur pro confirma-
20 tione. ¶ †Et nota quod aliqua eccleſia eſt ſubiecta eccleſie, tan-
quam capella, ſuperior eccleſia habet ius inſtituendi in capella.
Quod nota pro iſtis capellis, que edificantur in eccleſiis: quia pre-
lati de iure ſuper ipſis habent ius inſtituendi, ⁊ deſtituendi, vt hic
21 vides. dicam in. c. eccleſia. eod. titu. ¶ †Venio ad verſicu. nos igi-
tur. ⁊ capio primam partem ſententie. Nota primo quod verba
ſententie ſunt referenda ad perſonam procuratoris, vel litigan-
tis in iudicio de iure: vt, abſoluo te ab omni petitione procurato-
ris, ⁊c. Et ex hoc habes practicam ſententie ſuper amotione be-
22 neficiati prout pro eo fertur abſolutoria. ¶ †Nota ſecundo quod
23 cauſa aliquando in ſententia exprimitur. ¶ †Nota tertio quod in
incorporalibus non datur propria poſſeſſio, ſed quedam quaſi poſ-
ſeſſio ſic. Et alibi dicitur quod in incorporalibus non datur
proprium dominium, ſed quaſi dominium: vt in capit. fina. de iu-
24 dic. quod eſt bene notandum. dixi in. c. prealleg. in literis. ¶ †No-
ta quarto quod ad concludendam validitatem electionis, aut pre-
ſentationis, et fructus ad quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, ⁊ pre-
ſentandi, ſufficit concludere quaſi poſſeſſionem iuris eligendi,
aut preſentandi ſecundum tempus actus electionis, aut preſenta-
tionis. Ad hec de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. de iure patronat. con-
25 ſultationibus. ⁊ capit. ex literis cum ſimilib. ¶ †Nota quinto hic
textum apertum quod eccleſia dicitur ad aliquem ſpectare pleno
iure, eo quod eſt quo ad ſpiritualia tantum ſubiecta. De hoc de
26 priuil. cum ⁊ plantare. §. in eccleſiis. ¶ †Nota ſexto quod ſenten-
tia in poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicate, in petitorio,
maxime quando pretenditur proprietas contra perſonas, que
27 non fuit vt litigans in iudicio. ¶ †Venio ad ſecundam partem
ſententie, ſuper penſione. Et hic nota quod ex annua preſtatione
debiti perſonalis longo tempore continuata, cauſa ſpecifice non
allegata, licet in genere allegetur cauſa, quia debitum non conclu-
dit proprietas iuris perſonalis, ſed. quaſi poſſeſſio quedam, aut
ſtatus, in quo reſtitui debet priuatus equitate canonica: quia o-
mnia in priſtinum ſtatum ſunt integranda. Nec dicatur: vt dixit
Cynus in. l. ſi certis annis. quod hec penſio hic erat ius reale: quia
debebatur eccleſie, que repreſentat perſonam. Dic quod perſo-
nale eſt, nec proprie poteſt dici reale: quia non debetur a re rei ma-
teriali, ſed debetur perſone ſaltem repreſentate. Poſſet bene eſſe
reale ex parte dantis: ſuper quo aliquid dicam de cenſi. peruenit,
28 vbi tangit Ioannes Andreas. ¶ †Et nota quod libellans in ta-
29 li re debet declarare quantitatem, ⁊ de qua moneta. ¶ †Nota ſe-
cundo practicam ſententie in tali poſſeſſorio ſuper iure perſonali:
quia reintegratur ad ſtatum. Vnde non dico quod proprie ſit poſ-
ſeſſorium: quia in tali perſonali iure non eſt dare proprie poſſeſſio-
nem: quia illa eſt inuenta in re materialiter propria, ſed datur
quedam quaſi poſſeſſio ſi ſit multiplicata preſtatione: ⁊ ſtatus
quidam, in quo de iure canonico integrandum eſt: ⁊ hic ſtatus
etiam multo tempore continuatus habet in alio effectum poſſeſ-
ſionis: quia ſicut poſſeſſio releuat ab onere probandi. C. de peti. he-
redi. l. cogi. C. de probat. ſi de poſſidetis. ſic iſte ſtatus preſtationis
non recens, ſed longo tempore continuatus, ex hac diutina pre-
ſtatione releuat ab onere cauſam probandi: vt eſt caſus. ff. de vſu-
30 ris. l. cum de in rem verſo. ¶ †Nota tertio quod in libello ſuper
poſſeſſorio in tali iure perſonali poteſt accumulari etiam petitio
fructuum dicte quaſi poſſeſſionis, ſcilicet penſionis denegate in
preteritum. Et pondera quod hec duo concluduntur in hoc libel-
lo, Peto penſionem, dena. ⁊. alias debitam eccleſie. de nouo mihi
ſubtractam. Et ſic libellus inquantum poteſt latiſſime intelligi-
31 tur de cauſa poſſeſſio. cum eccleſia. ¶ †Vltimo nota cautelam, vt
vbi ex verbis ſententie poſſet vltra intentum ſententiantis preiu-
dicari, quod pronuntians reſeruet ius, ad quod ſua extenditur
intentio. Ad hoc de poſtu. prelat. capit. ſecundo. ¶ Ad materiam
decreta. premitto quod hic Innocen. in materia incorporalium
poſuit vnam gloſſ. latiſſimam, de qua me non impediam pro pre-
ſenti: iam enim totum explicaui. in capitu. in literis.
¶ Primo habemus factum queſtionis. Secundo, libellum duas
continens partes. Tertio, reſponſionem ad libellum reſpectu
vtriuſque partis. Quarto, ſententiam vtriuſque partis, quo ad
32 poſſeſſionem decidentem. ¶ †Examinemus iſtas partes. Pri-
ma pars inducitur per gloſſ. primam ad illam queſtionem, an ſi
iudex principalis cauſe efficiatur iudex appellationis, poſſit co-
gnoſcere de cauſa appellationis. Et arguit quod ſic, per hanc de-
creta. ⁊. ff. de iudic. ſi is, qui Rome. In contrarium eſt. ff. de iudic.
l. iudicium. ⁊. l. Iulianus. ¶ Gloſſ. concludit quod cognoſcere po-
teſt: ſed equius eſt quod deleget: imo dicit quod compellitur dele-
gare. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. l. pretor. De hoc. ſecunda
queſtione ſeptima. §. tria. C. de appel. c. eos. ⁊ Spec. de app. §. nunc
tractemus. in ſi. Et gl. eſt vera, hoc addito, quod ſi non deleget, po-
terit vt ſuſpectus recuſari. Nec obſtat quod hic dicitur: quia hic nõ fue-
rat appellatum. Vel loquitur de principe, qui legi nõ ſubiacet, nec
ſuperiorem habet. ⁊. c. licet. ¶ Venio ad libellum, ⁊ contra primã
33 partẽ, in qua actione ciuili petitur ab eccleſia amoueri. ¶ † Op.
quia debet aut per accuſationem, aut per denuntiationem hoc fie-
ri. de accu. cum oporteat. ⁊. c. qualiter ⁊ qñ. de ſimo. licet. cum ſimi-
34 libus. †So. Quandoque petitur quis ab eccleſia remoueri ex defe-
ctu tituli, ⁊ iuris, vt quia intruſus a non habente poteſtatem, vel
aliter: ⁊ petitio admittitur per modum ciuilis petitionis, vt hic
⁊. de reſcri. c. ij. ⁊. c. inter ceteras. de iureiu. querelam. de inſtit. c. iij.
35 de conceſ. preben. propoſuit. †Quandoque petitur remoueri nõ tan-
quam ius non habens, ſed propter crimen: ⁊ tunc procedunt con-
traria. Idem ſi propter negligẽtiam remoueatur. Sed dicit In-
nocen. quod negligentia crimẽ eſt. Et vide quod no. de offi. archi.
ca, que. in gloſſ. prelatus. ⁊ etiam in talibus, quando contenditur
defectus iuris, poteſt ſecundum Compoſtel. procedi per viam de-
nuntiationis, que fiet, ſecundum eum, ſuperiori, quod tale benefi-
cium habet pertinens ad alium, vel per ſurreptionem. de reſcrip.
ad audientiam. ⁊ no. ſ. eo. quod ſicut. de ſepul. certificari in gloſ. pe.
36 ¶ †Secundo circa ſecundam partem libelli oppo. quod male pro-
nuncietur in poſſeſſorio ſuper tali libello: nam petebat pẽſionem:
hec verba ſonant fructus ipſius penſionis, vel proprietatem: ma-
le igitur ſententiabatur ſuper poſſeſſorio. Item petitur vnum. ſ.

reſtitutio penſionis:⁊ ſit condemnatio ad duo.ſ.ad reſtitutionem
penſionis,⁊ ad reſtitutionem iuris penſionis.¶ So.Inno.expo
nit libellum penſionum,id eſt,ſe reſtitui in ſtatum percipiēdi pen
ſionem:vt patet ex concluſione ſententie. Ad hoc de appella.bone.
⁊ quod ibi no.ſuper glo.pe.⁊ in glo.vnde petebat. Dic quod libel
lus procedit:quia illa verba,Peto penſionem: poſſunt reſpicere
quandoqꝫ fructum penſionis:vel peto me reſtitui ad penſionem:
vt ſumatur pro ipſa materia,ex qua fructus ille colligitur. Ideo
libellus latiſſime patet,etiam verbis impropriatis. Uel dic quod
petit reſtitutionem iuris penſionis principaliter,⁊ reſtitutio pe
cunie ſit acceſſorie,⁊ ex natura interdicti vnde vi, in quo habetur
ratio fructuum retro.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j.§.ex die. Certe licet veniat
ex natura,debet peti in libello:vt.l.j.C.de iudic. Ideo Hoſtien.di
cit quod vtrunqꝫ fuit petitum,ſcilicet penſionis pecunia per ver
bum Penſionem: reſtitutio per verbum Reſtitui de nouo ſub
tractam. Dicit etiam quod ſepe ſuppletur petitio per ſentētiam,
⁊ econuerſo.de decimis.dudum. Dic quod illa verba poſſunt pro
portionari vtrique,Peto penſionem de nouo ſubtractam:quia ap
pellatione penſionis poteſt includi ipſe fructus,hoc eſt,ipſa pen
ſio.⁊ poteſt includi ipſum ius penſionis. Ideo cum verba libelli la
37 tiſſime ⁊c.vtrunqꝫ comprehendit,vt dixi. ¶ †Tertio videtur qd
non potuerit hic agi poſſeſſorio:quia illud competit interdictum
pro rebus ſoli,vel coherentibus ſolo, id eſt pro rebus immobili
bus.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j.§.j.⁊.ij.Ergo non poteſt competere pro tali
iure,nec etiam poteſt dari pro pecunia non ſoluta. Solu. Interdi
ctum vnde vi non competit vt ibi,competit tamen vtile pro iſtis
incorporalibus:vt.l.pen.ff.de ſerui.de cauſa poſ.cum eccleſia.ff.de
mortuo infer.l.j.§.item ſi mihi.ff.de vi et vi ar.l.iij.§.vnde vi.et.§.
pertinet.⁊.§.qui vſumfructum.ff.de ſerui.l.quo. Uel dic quod cū
hic Papa introducit vnum nouum modum agendi, quod dabi
tur condictio ex hac decre.ſicut ⁊ in aliis iuribus dabitur condi
ctio ex legibus,que talia iura approbant:arg.ff. de legi.l.neqꝫ.⁊.l.
non poteſt.de reſcrip.inter ceteras.⁊ etiam vtile interdictum,ma
xime de his,que ad aduerſarium peruenerunt.ff.de vi ⁊ vi ar.l.ſi
filius.§.fin.⁊ vide quod no.de cenſi.peruenit.ibi recitat opi.Cy.et
Ultramontanorum,qui fuerunt in opinione quod pro iure perſo
nali non detur poſſeſſorium:vt ſcribit Cyn.in.l.ſi certis annis.C.
de pactis. Ad iſtam decret. reſpondet quod aduerſus querelam
opus eſt querela. Uel ſecundum Cyn.loquitur in iure reali. Hoc
plene examino in.c.in literis.⁊ concludo quod licet iure perſona
lis vnice preſtationis non ſit dare quaſi poſſeſſionem,aut ſtatum,
ex quo datur poſſeſſorium,vt.l.fin.ff.vti poſ.niſi detur proprietas
debiti,ibi tamen datur,quedam improprijſſima poſſeſſio. Sic in
telligo Innoc.in.c.in literis.de reſti.ſpol.ad ſi.magne glo.⁊ ſcribi
tur de cauſa poſ.c.j.quando ex concurſu multiplicis preſtationis
imprimitur quidam ſtatus,qui integrandus eſt. ¶ Poteſt intel
ligi ſecundo hic de iure reali,hoc eſt,debito a re rei,ab eccleſia ec
cleſie,vel a re perſone,id eſt,ab eccleſia perſone,hic enim pro eber
mis ſoluebatur hec penſio,id eſt,pro quibuſdā edificijs antiquis:
⁊ ſic erat ius reale,vel ſaltem perſonale,debitum a re perſone,quo
caſu datur quaſi poſſeſſorium,vt patet in vſufructu,vt in iuribus
preelleg.⁊ patet in ſeruitutibus. Sic ⁊ pro iſto vſu, abſqꝫ propria
poſſeſſione,datur quandoqꝫ poſſeſſorium de iure ciuili, ſecundum
communem opinionem,vt in interdicto de itinere actuqꝫ priua
to,⁊ ſimilibus non habentibus quaſi continuam poſſeſſionem, in
quibus proprie non eſt dare quaſi poſſeſſorium, ſed vſum quen
dam:⁊ ſi qua eſt poſſeſſio,eſt reſpectu vſus,non reſpectu iuris: als
fuiſſent illa interdicta ſuperflua, cum ſufficeret quaſi interdi
ctum,alias poſſeſſorium. Super quo dicendum vt dicto ca.in lite
ris.⁊ per Barto.in.l. tertia.§.hoc interdicto.ff.de itinere actuqꝫ
38 priuato.⁊ per Cyn.in.l.j.⁊.ij.C.de ſeruitu.⁊ aqua. ¶ †Quarto
contra ſecundam partem libelli,que tangitur cum ſecunda gloſſ.
obuiat,quia non videtur libellus procedere,in quo contraria po
nuntur:acumulant enim actionem ad remouendum prelatum,vel
rectorem,tanquam ius non habentem. Secundo petit condemna
ri ad reſtitutionem penſionis. Hec autem contraria videntur:qꝛ
ſi amouetur,non poteſt cogi preſtare penſionem:igitur repellen
dus.de appel.ſolicitudinem.de elec.c.vt quis dues.de poſt.prela.
39 cap.primo.libro ſexto.cum ſi.alleg.in glo. ¶ †Concludit gl.quod
hic nulla eſt contrarietas:quia exiſtēs in quaſi poſſeſſione, poteſt,
⁊ debet ſoluere debita:quia interim habetur,⁊ reputatur pro pre
lato:⁊ contra eum poſſunt dirigi actiones competentes contra ec
cleſiam:⁊ condemnari debet ipſe nomine eccleſie: ⁊ videtur quod
hec ſententia adhuc preiudicet eccleſie,ſicut ⁊ reo poteſt ſolui, et
reus debet ſoluere. Et dat alia ſimilia:quod bene not. ¶ Uidete,
ſi ageretur tantum de penſione ſubtracta, non eſt dubium quod
poſſet condemnari:quia tenetur, licet remoueatur.x.q.ij.hoc
ius.§.qui rem.ſed quatenus agitur pro futuro,non: ſed dic quod
ex quo facto ſuo erat eccleſia ſancte Agathe priuata poſſeſſione,
poterat contra eum agi,quaſi poſſideret,donec ſtatus integrare
tur. Et aduerte, quia tunc ſententia non debet referri ad perſo
nam rectoris,ſed in rem concipi ad eccleſiam,vt petatur reſtitui,
⁊c.penſio ſubtracta. Et ſic cautum eſt quod tunc libellus,⁊ ſenten
tia imperſonaliter conciperentur;⁊ cautius fuiſſet prius ſenten
tiare ſuper reſtitutione. Secundo ſuper amotione, vbi amouere
tur:ſed hic non eſt viſus hoc cautela:quia non remouetur, ſed pre
eo pronuntiatur. Per que glo.hic concludit quod plures actio
nes poſſunt in eodem libello accumulari. Allegat concor. Alio
anno ſic declaraui. In ſi.gl.dic,poteſt condemnari ad penſionem,
quam non ſoluit ſuo tempore,quam ſoluere debebat:quia non de
bet eſſe melioris conditionis, quam iuſtus poſſeſſor. de preben.
cum,qui. Secundo poterit condemnari ad reſtitutionem quaſi
poſſeſſionis ipſius iuris:quia non ſoluendo,ipſum priuauerat tā
quam ſpoliator:⁊ eo ſic cōdemnato,reintegratur eccleſia ad ſuam
poſſeſſionem,qua poterit vti contra ſucceſſorem:⁊ etiam puto tu
tius quod occurrente tali caſu iudex prius pronunciet ſuper pen
ſione.ſecundo ſuper amotione,ne ſententiet contra iam amotum.
Et hoc hic non fecit:quia non amouebat,cum eſſet legitime pre
40 ſentatus. ¶ †Hoſt.hic aliquid dicit. Hec materia accumulatio
nis eſt valde longa,⁊ dicere partem abſqꝫ toto,nihil eſt. Dic vt
per Cyn.in.l.edita.C.de edendo. ſecundum Barto.in.l. prima.C.
de furtis.per Petr.in.l.quod in heredem.§.eligere.ff. de tributo
41 ria.⁊ aliquid dicaꝫ forte in.d.c.cum dilectus.hic allegato. ¶ †Ue
nio ad reſponſionem,⁊ oppono quod nullam potuerit habere po
teſtatem eligendi populus.ſ.eod.Q ſine.⁊.ſ.eod.Maſſana.⁊.c.ſa
42 croſancta.†So.Sumitur improprie eligere electionē pro preſen
43 tatione:quod nota quod libelli impropriātur. ¶ †Secūdo vide
tur quod etiam ſubiectio ſpiritualium ⁊ temporalium ſpectat ad
cardinales:quia laicus non poteſt in eccleſia patronata habere
adminiſtrationem temporalium.x.queſtione prima. cap.ſecundo.
not.de officio ordi.cum vos. Sol. Fatendum quia ⁊ temporalium
habebat,vel forte alius clericus:ſecus ſi religioſus habetur:quia
ei etiam de temporalibus foret reſpondendum.xvi.q.ij.c.primo
de quo de priuil.cum ⁊ plantare.§.in eccleſijs. ⁊ habetur plenius
44 de preben.de monachis.xvi.q.ſecūda.viſis. ¶ †Tertio,quod po
pulus non potuerit habere ius tantum preſentandi: quia hic eſt
fructus,⁊ effectus iuris patronatus ideo nō videtur in ſeparato
poſſe ſine eo,ſicut nec qualitas abſque ſubiecto. Ad hoc quod no.
lxxij.diſt.hortamur. Opinio.ſunt. Quidam per hanc literam di
cunt quod populus poteſt querere conſuetudine ius preſentandi
tantum. Ad hoc.xvi.q.ſecunda.ſic viue.⁊.c.ſi quis monachus. in
fin.⁊ quod ibi not. Hugo.lxiij.diſtinctio.in ſumma.⁊.c. Reatina.
ſ.eod.quiſquis.de reſcript.c.capitulum.vbi poſt gloſſ.in verſicul.
querit ad hoc.q.xxx.Ioan.de Deo ad hoc.ſ.eod.in generali.libro
ſexto. Ioan.de monte emulo diſputando tenuit contrarium. Ad
hanc decret.reſpondet quod hic poſſidebat patronatum,non ſo
lum ius preſentandi. Ad hoc verſic.ſalua.qui ſequitur:alias fru
ſtra fuiſſet illa reſeruatio ſuper iure patronatus. Hoc tenet Ar
chid.lxxj.diſtin.hortamur. Ad hoc quod no.ſ.eod. ſacroſancta.et
quod not.ſ.eod.de exceptio.venerabilis.ad fin. Opin.primam ſe
quitur Ioan.and.quam pleniſſime proſequitur in Mercuriali
45 bus,in regula,quod alicui.de re.iur.lib.vi. ¶ †Uenio ad tertiam
partem,ſcilicet ad primam partem ſententie, que tangitur cum
quarta glo.⁊ oppo.qd non ſint verba ſententie neceſſario referēda
ad perſonā procuratoris,vt patet.ſ.de proba.licet cauſam vbi. di
ctatur ſententia in dominū,⁊ tamen cauſa fuerat agitata per pro
curatorem. So. Super hoc an dominus,vel procurator ſit dānan
dus,fuerunt opi. Aliqui ꝙ procurator:qꝛ ipſe fuerat dñs litis: et
qꝛ cauit de iudicato ſoluēdo. Un̄ habito reſpectu qd ipſe habet ali
quid ſoluere,contra eum facienda eſt executio ⁊ debet cōdemnari:
alias quando cauetur de iudicato ſoluēdo. Ex oppoſito ſunt alij,
qꝛ actio iudicati pro executiōe dāda eſt in dñm:ergo dominus cō
demnandus.ff.de procu.l.Plautius. Alia fuit opi.Mar.diſtin
guentis,vt ſi procurator fuerit ſolus in iudicio,ſit dānandus pro
curator:qꝛ cū eo erat cōtractus iudicialis,vel quaſi iudicialis ini
tus. Si vtrique fuerant in iudicio,vt qꝛ dñs lite conteſtata cōſtitue
rit procuratorē:tunc qꝛ dñs eſt,⁊ fuit dominus litis,ille debet cō
demnari,⁊ nō procurator. ¶ Tertia opi.eſt qd vt omnes ſoluenſ,
qd vterqꝫ damnetur. Nec obſtat.c.licet.qꝛ ibi dñs cenſetur damna
tus ex damnatione procuratoris. Hoc fatetur gl.vera eſſe in cau
ſis ciuilibus:in eccleſiaſticis autem,vt ſpiritualibus.⁊ criminali
bus,debet fieri condemnatio in perſonam domini. Glo.de reſti.in
inte.ſuſcitata.tenet quod iſta ſubtilitas nō procedit de iure cano
nico:⁊ hoc eſt verum. Tamen poteſ dicere ꝙ quedam eſt materia,
in qua non eſt proportionabilis ſententia procuratori,vt in cauſa
matrimoniali,vel criminali:⁊ tunc verba debent referri ad domi
num:vt no.ſ.qui ſi.ſint legi.relatum.per Inn.de cauſa criminali,
in.l.ſin.C.de iniurijs.⁊ no.glo.C.de accu.l.non eo minus. Per hoc
tollitur labor Hoſt.hic qui laborat de forma dictandi ſenteciā in
cā matrimoniali,dicens qd ſic dictari dꝫ,pronūcio Titiū maritū

Seie

Stic, ac procuratorem eius nomine ad matrimonium de quo age
batur, condemno, precipiendo vt dictus Titius deinceps ei ad
hereat vt vxori, tam in lecto, quam extra, eam maritali affectione
pertractet. ⁊. de ſpon. ex parte. ⁊. c. veniens. Si eſt materia propor
tionabilis vtrique, ſi cauſa agitata eſt per defenſorem, ſententia ad
ipſum referenda eſt: de quo. ⁊. qui fi. ſint legi. cauſam. ¶ Si autem
eſt agitata per procuratorem. Inn. dicit hic q potest ferri ſenten
tia in perſonam procuratoris, ⁊ domini: vt in. c. licet. de proba. Qd
intelligit Compoſt. diuiſiue, nõ coniunctim, id eſt, valet ſentẽtia,
ſi feratur in perſonam procuratoris: ⁊ ſi feratur in perſonam do
mini tantum. Adducit Jo. an. qd ſibi placet legalis ſubtilitas: q
ſi procurator meus fuerit in cauſa, peccatum, quale eſt, ſi ego con
demnor, non video, dicit ipſe graue eſt ergo dicere ſententiam nul
lam. Certe ſi vidiſſet. ff. de act. ⁊ obli. l. quemcunque. hoc nõ dixiſſet:
q vbicunque aliqua ſiunt per procuratorem, oportet qd diſpoſitio
eius quo ad verba diſpoſitiua principiũ capiant in perſonã illius,
qui agit negotiũ: q inter ipſum ⁊ litigantem agitur negotiũ, ⁊ ab
ipſo radicatur: igitur ad ipſum verba ſunt referenda. Ideo ſi pro
curator ſtipulatur, ⁊ promiſſio fiat domino, non valet. l. j. de ſtipu.
ſeruo. ff. de conſti. pe. l. eum, qui. Ideo dicẽdum eſt qd de iure eſt re
ferenda ſententia contra quelibet, qui quaſi contragit in iudicio: ⁊
ſic ſi primo dominus, ſecundo procurator fuit in iudicio, contra
vtrunque ferenda eſt. Nec obſt. qd pcurator ſuperuenerit poſt litis
conteſtationem quia quilibet actus cum eo poſt lit. conteſt. habeẽ
pro conteſtatione ad inducendum in ipſum quaſi contractum, vi
cuius condemnandus eſt, ⁊ verba diſpoſitiua ad eum referẽda. C.
de procu. nulla. ⁊ dixi de conſti. cum. M. Dic ergo, Aut procura
tor ſemper fuit in iudicio: ⁊ condemnandus eſt, ſecundum omnes.
Dicit tamen Bar. qd ſi ſit preſens tempore ſententie, ⁊ conſentiat
in ſe ferri ſententiam, qd valebit. q ei queritur vtilis inſtantia, ſo
per qua poteſt ferri ſententia. Nec obſtat qd no. in. l. mutari. ⁊ in. l.
in cauſe. ff. de procu. quia debet intelligi, quãdo dominus vult vti
directa inſtantia queſita procuratori: tunc oportet qd reddatur,
vel quod omnia renouentur: qui vult uam nari ex directa, quando
vterque foret in iudicium: ⁊ vterque eſt condẽnandus, quia cũ vterque
36 eſt quaſi contractus initus. † Nec obſtat quod ſi dicatur condem
no procuratorem, ⁊ dominum vterque videatur condẽnatus equa
libus partibus. ff. de ver. obli. l. ſi mihi ⁊ Titio. quia debent intelli
gi illa verba. Damno procuratorem, ⁊ dominum, in perſonã pro
curatoris. ff. de arbi. l. aduerſus. ⁊. l. ſi duo. Hec vera in verbis di
ſpoſitiuis: executoria autem ſunt referenda ad perſonam domini,
Condemno Titium tali procuratori ad dandum, ⁊ ſoluendum pe
tita ipſi domino, nõ procuratori, niſi haberet ſpeciale mandatum
ad exigendum. l. hoc iure. ff. de ſolut. ⁊ idem in conuenta perſona.
In tutore autem verba poſſunt referri ad pupillum per dictam. l.
37 eum, qui. ¶ † Venio ad ſecũdam partem ſententie. ⁊ hic primo ob
uiat, quia videtur q ad concludendum quaſi poſſeſſionem preſen
tandi rectorem ſufficiat probare quem eſſe in quaſi poſſeſſione pre
ſentandi clericum. Quod eſt falſum: q in tantum poſſeſſio dat effe
ctum, quantum datur: non enim cauſa vltra limites cauſe poteſt
producere effectum, ⁊ fructum. So. Dic qd erat in poſſeſſione pre
ſentandi clericũ, ⁊ presbyterum, id eſt preſidentem eccleſie. Vel dic
quandoque quis ad validitatem preſentationis producit in iudicio
ſolam quaſi poſſeſſionẽ iuris preſentandi: ⁊ ſi deducit, ⁊ probat de
clerico, per hoc non concluditur in quaſi poſſeſſione preſentandi
rectorem: ⁊ ſic non obtinet quo ad rectorem. Quandoque dicit ſe eſſe
in quaſi poſſeſſione preſentandi rectorẽ: ⁊ ſic non obtinet quo ad
clericum. Quandoque dicit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patrona
tus vniuerſalis quo ad omnem actum, ⁊ ſuper hoc fundat validi
tatem actus preſentandi rectorem: ⁊ tunc ſufficit probare q ſit in
quaſi poſſeſſione preſentandi clericũ vt patronus: q ad acquiſitio
nem quaſi poſſeſſionis alicuius vniuerſalis ſufficit dare quaſi poſ
ſeſſionem alicuius particularis cũ intentione querendi totum: et
hoc propter cõtiguitatẽ eiuſdem generis, que extendit poſſeſſio
nẽ. l. iij. in fi. ff. de acqu. poſ. Sic dicit. d. Inn. de cap. mo. dilectus. ⁊
38 vide qd no. de iuſti. c. ij. lib. vi. ¶ † Secundo cũ gl. que eſt ſuper ver
bo ſuper iure. videtur qd papa debuiſſet hic pronuntiare ſuper pe
titorio: fuerat enim in iudicio deductum, vt patet ex reſpõſione ad
libellum, ibi: nullo iure pertineat, ⁊c. ⁊ ſuper toto ferenda eſt ſnia,
39 non per partes. de ſymo. licet Heli. ff. de arbi. l. qualẽ. ¶ † So. Di
cit gl. qd hic non fuerit pronuntiatum ſuper proprietate: q que
ſtionem proprietatis non potuit deducere rector ad preiudicium
populi, qui nõ erat in iudicio: ⁊ ſic lata ſnia nõ preiudicaſſet. Me
rito ergo reſeruauit. Puto tamen qd ſi ſciẽte ⁊ patiẽte populo hic
diſputaſſet ſuper proprietate, q ſcientia vel patientia preiudicaſ
ſet, per tex. ⁊. de re iudi. ꝗuis. ⁊ de re iudi. ſepe. ff. Sed hic non fuit
in iudicio, nec forte queſtionẽ ſciuit vt populus. Item iſti forte nõ
fuerunt proſecuti cauſam proprietatis, pro tãto ſola poſſeſſio de
40 ciditur. † Et dicit glo. mirabile, quod ſufficit ad validitatem pre
ſentationis, concludere actum preſentandi ſecundũ tẽpus preſen
tationis, preſentantẽ eſſe in quaſi poſſeſſione, licet in veritate nõ ſit
patronus, nec proprietatem, vel poteſtatem habeat iuris preſen
tandi: ⁊ dato q poſtea poſſeſſor in proprietate ſuccumbat, non re
mouebitur preſentatus. Sed dicit gloſſ. qd iterato preſentabitur.
Allegat de iure patro. ſi vero. cũ propter diſcordias non habebat
poteſtatem. Alia eſt, quod preſentatus ſolũ recognoſcat in patro
num verum dñm abſque aliqua alia repreſentatione: vt dicit tex. in
cap. ex literis. Et quelibet practica eſt bona: ſed preſentatio eſt ma
gis euidens, ⁊ tuta patrono. Ad hoc in. d. c. ex literis. ⁊. c. conſulta
41 tionibus. ¶ † Tertio videtur quod non debuerit obtinere reſpe
ctu penſionis probãde, qd per multa tempora, ⁊c. vt. ⁊. de cẽſib. per
uenit. q hic eſt ſenſus ignorantie. Sol. Si agit petitorio, procedit
quod hic. Si agit poſſeſſorio, procedit contra illum. Dic quod hic
allegabatur cauſa impoſitionis. Aduerte, non allegauit hic cau
ſam ſpecificam, ſed dixit, quia erat debitum: quo caſu preſtatio nõ
ſupplet hec duo, cauſam preſumendo, ⁊ ſpecificam preſumendo: ni
ſi tanti temporis eſſet, cuius initij: ⁊c. vt no. in. d. c. peruenit. Sed
42 quicquid ſit, precedens ſolutio eſt melior. De alia dicã ibi. ¶ † Vl
tima glo. colligit ibi vnum, quod non probat tex. vt lite pendente
ſoluit conductor penſionem. Oppo. de. l. litibus. C. de agri. ⁊ cenſ.
vbi non cogitur ſoluere niſi diutius illam ſoluiſſet, lite pendente.
Poſſet dici quod conceditur, quia diutius ſoluerat: vel ſi agitur
poſſeſſorio, cogitur ſoluere: ſi petitorio, non cogitur ſoluere, vt ibi.
Veritas eſt, quod lite pendente non arctatur ſiue in petitorio, ſiue
in poſſeſſorio, ad ſoluẽdum penſionem, niſi prius obtineat in poſ
ſeſſorio, oſtendendo quod diutius illam ſoluiſſet: ⁊ ſic potius con
cordat. Hec vera, vbi non negetur poſſeſſorio: quia ne interim poſ
43 ſeſſione priuetur, ſoluere tenetur. † Hic Innoc. ponit vnam gloſſ.
intricatam pro cuius intellectu. Primo eſt videndum quãto tem
pore perdatur poſſeſſio. Secundo, de modo acquirendi, ⁊ priuãdi
alterum quaſi poſſeſſione iuris cenſus. Tertio, de remedijs ad re
cuperanda illa, de quibus plene vide infra de reſtitu. ſpol. cum ve
niſſent. vbi plene habes.

pro ⁊ contra, an in delictis in committēdo admittitur delicti pur-
gatio: finaliter concludit Hoſtien. Quidam dicunt delictum hoc
purgabile, ita quod ſi eccleſiam conſeruet indemnem, ab ea non
remouetur Glo. determinat oppoſitum quod non euadat penam
priuationis, ſed ſolum penam. xij. q. ſecunda. monemus. Ad hoc
allegat decreta. de ſol. ſi quorundam. vbi dilapidans iura eccleſie.
ipſo iure ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione ſpiritualium ⁊ tempo-
ralium. Quod autem hic dicitur, diſpenſatio, ⁊ quedam toleran-
tia fuit, vt patet ex illis, Poteris equanimiter, ⁊c. Hoc coadiuuat
quod dicitur in litera Cleri ⁊ populi conſenſu: quia ille profuit
ad diſpenſationem inducendam. Et per hoc ſoluuntur contraria:
quia illa procedunt de iure, nec in facto delinquendo admittit
purgatio, niſi vbi lex exprimit: de quo no. de reg. iur. mora. libro
ſexto. Hanc materiam ponit Joan. xij. q. ij. apoſtolice. xvij. q. ij. c. j.
gloſſ. tenent docto. ¶ Hic Innocen. ponit tria notabilia dicta.
¶ Primo limitat. c. accedens. de accu. dupliciter. vbi dicitur qđ
crimen cum infamia poteſt opponi poſt confirmationem, ⁊ quan-
do petitur ſolus effectus confirmationis: quia id verum, ſi peti-
tur poſſeſſione nondum habita: ſi habita, ⁊ agitur poſſeſſorio, non
obſtat etiam exceptio cum infamia. Allegat de reſtitu. ſpolia. item
cum quis. de cauſa poſſeſ. cum ſuper. ¶ Secunda limitatio, quod
crimen cum infamia poſſit opponere, ſi ante non habuit faculta-
tem opponendi, quia ignorauit: ſecus ſi habuit facultatem oppo-
nendi, quia ſciuit. ¶ Tertio quod id, quod exceptio eius non ha-
bet locum, quando nil petitur, ſed habet locum quando confirma
tio eſt facta cū cauſe cognitione, vel ſine cauſe cognitiōe, ſed nō re-
pente: ſecus vero ſi ſine cauſe cognitione, ⁊ repente. Et iſtud eſt di
ctum Innocen. de cauſa poſſeſ. cum ſuper. ¶ Quarto, quod vbi
in petitione confirmationis nullum ius queritur, ſed quod eſt de-
claratur, et ſic ſolus effectus iam collati queritur, habet locum. c.
accedens. ⁊ non admittatur exceptio, niſi crimen cum infamia. vt
in beneficijs, in quibus non interuenit confirmatio: nam ſi peti-
tur confirmatio, vel declaratio, quod beneficium ad ſe ſpectat, ha
bet locum illud. c. accedens. per hoc enim nullum ius queritur, ſed
quod eſt declaratur, ſtat effectus beneficij. ¶ Secūdo ponit aliud
dictum, per quod declaratur, ⁊ limitatur lex Barbarius. quod li-
cet confirmatio electionis nulli tribuat poteſtatem adminiſtran-
di per quaſi poſſeſſionem, in qua ponitur, ⁊ propter communem
errorem: ⁊ publicam vtilitatem, non tamen facit ipſum prelatum.
lex. diſt. per totum. ij. q. j. ordinationes. Per quod concluditur re
ſponſio ad id, de quo fuit interrogatus Iuriſconſultus in. l. Bar-
barius. de officio. preto. Dicit tamen hoc verum, vt tribuatur
quaſi adminiſtratio, quando electio eſt nulla ex defectu requiſito-
rum de iure naturali: vt qꝛ deficit conſenſus eligentium: quod be-
de nota. Et hoc ſentit etiam Innocen. de cleri. excom. mini. c. ſi. in
56 addi. ¶ † Tertio ponit limitationem ad. c. paſtoralis. ſ. de except.
vbi dicitur quod exceptio dilatoria, que poſt terminum deuenit
ad notitiam, admittatur, etiam ſi ſit paratus iurare quod deue-
nit: dicit id procedere, quando terminus non eſt peremptorius,
⁊ exceptio eſt dilatoria tantum, prout loquitur: quia regulariter
poſt terminum peremptorium, qui habetur loco cuiuſdam inter-
locutorie. ff. de arbitr. l. qualem. C. de inge. l. diffamari. ſ. de probat.
licet nō poteſt peremptoria opponi, nec aliqua exceptio: per quod
concludit regulam, quod poſt peremptorium nulla poſſit opponi
exceptio: quia hic eſt exorbitans, nec probatum de iure vt ſicut
in cauſa propria proprio iuramento, niſi vbi appareat iure expreſ
ſum: ⁊ ſic exceptuat caſum, qui habetur in. c. vt circa. de ele. li. vj. et
57 in cle. conſtitutionem. e. tit. ¶ † Ad materie declarationem Pri-
mo oppo. quod ex quo hic epiſcopus erat confirmatus, ⁊ conſecra
tus, talia non debuerint admitti ad impediendam electionem: qꝛ
tales electiones non deijciant iam promotum, cum ordinentur: de
accuſ. ſuper his. Item ſi debet agi, debet agi via accuſationis, vel
58 denuntiationis. ſ. de appella. conſtitutus. ¶ † Si queritur an et
quando exceptio oppoſita impediat promotionem: dicendum ad
hoc quod quandoque opponitur contra electum defectus forme,
⁊ hoc ante confirmationem: tunc aduertas tria tempora. Pri-
mum, ante confirmationem. Secundum, poſt eo non petente con-
ſecrationem. Tertium, poſt confirmationem, quando petit conſe-
crationem. Quartum poſt conſecrationē ante petitionem pallij.
Quintum poſt conſecrationem in petitione pallij. ¶ Ad pri-
mum, ante confirmationem: ⁊ admittit indubitāter. Poſt confir
mationem, eo nō petente cōſecrationē, ſi cōfirmatio eſt facta cum

cauſe cognitiõe,⁊ pſente,vel abſente.⁊ ſciẽte illo, qui poſt cõfirmationem ſe vult opponere,non admittitur opponens ſciens confirmationem eſſe,vel qui ſciuit eam quia talis cõfirmatio habet vim ſententie, que non retractatur, ex quo non eſt appellatum: de re iudi. cum inter. quod habeat vim ſententie. Facit eo.tit.c.fi.lib.vj. Ad hoc de re iudi. quamuis.⁊ in.l.ſepe.ff.de re iudi.⁊ maxime non admittitur etiam eligens.j.eo.nulli.lib.vj.etiam ſi ignorauit,⁊ qꝛ ſua non intereſt,dummodo habeat bonum prelatum.ſ.eod.cum inter.R.de accu.illa.Omnia iſta faciunt pro prima concluſione ſupra poſita,ſi confirmatio eſt facta ſine cauſe cognitione,ſed non repente, ideo quia ex quo legitime eſt facta, quis ad opponendum non admittitur quia ex quo valida eſt confirmatio, quis ad infirmandum non auditur. Et hoc facit pro ſecunda concluſione ſupra poſita. Si ſine cauſe cognitione,⁊ repente auditur excipiẽs. qui ma.accu.poſſunt.cum in tua. Idem no. Inn.de dolo.cum dilecti.de cauſa poſ.cum olim. Si opponitur poſt confirmationem,eo petente conſecrationem, vel ordinationem, admittitur exceptio defectus forme,quia modo aliud petitur:ideo exceptio poteſt opponi,que ante non fuit oppoſita, ⁊ alius eſt proceſſus, qui modo inchoatur. Si poſt confirmationem,⁊ cõſecrationem opponitur: dic idem quod dixi.ſ.in confirmatione,⁊ fortius.ſi poſt confirmationem in petitione pallij admittitur exceptio. Et ita poteſt intelligi hec decre. Per viam vero denuntiationis,accuſationis, vel appellationis,bene auditur poſt hec omnia, dummodo ſuo tempore fuerit appellatum. Sic poteſt loqui hec decret. Practica ergo erit decre.vel quod hic fuit appellatum a confirmatione, vel qđ fuit exceptum contra petitionem pallij, vel quod actum per viam accuſationis,ſiue denuntiationis,vel impetrata inquiſitio, vel per officium iudicis, quod intentauerunt proſequentes contemptum:licet quidam dicant quod hic non poteſt opponi,niſi p viam exceptionis de contemptu. ¶ Si crimen opponatur ante confirmationem,indubitanter opponi poteſt:de accuſ.ſuper his. Poſt confirmationem ſi non petatur conſecratio, et ſupereſt facienda,vel ordinatio,idem quod dixi.ſ.quia oportet quod agatur per viam accuſationis,vel denuntiationis. Si vero reſtat conſecratio,vel ordinatio,⁊ petitur,quia non eſt facta, tunc idem, ⁊ de eodem crimine diſcuſſo in confirmatione: nec etiam alius ſciens opponere poteſt in conſecratione,ne de delicto eiuſdem hominis ſepius queratur: de offic. dele.licet.cum ſimilibus.de crimine indiſcuſſo in confirmatione, quod non fuit in iudicio confirmationis,indubitanter opponere poteſt. Idem de illo, quod fuit,qꝛ modo ad aliud agitur,⁊ nouus ſit proceſſus,⁊ noua examinatio, ⁊ diuerſa,⁊ diuerſum delictum oppoſitum,nondum diſcuſſum. Hoc limitat verius Compo.niſi is,qui fuit in confirmatione, habuit tempus ad opponendum,⁊ terminum ad articulandum, ⁊ opponendum quicquid velit:quo caſu dicit non audiri:argumen.l.diffamari.C.de inge.ma.de probat.licet. niſi doceat ſe ignoraſſe, vel niſi de nouo ad ipſum superuenit ſcientia.de exceptio. paſtoralis. de electione.auaritie.libro ſexto.de officio.dele.inſinuante. ¶ Si vero reſtat conſecratio,vel ordinatio, quia facta, vel quia non ſit vt in propoſito, vel alia inferiori dignitate, in qua non expectatur conſecratio dignitatis, tunc dicit, ſi facta eſt cauſa cognita. confirmatio,vel prouiſio,non admittitur plus contra perſonam. Si cauſa non cognita,et agitur poſſeſſorio, idem: quia exceptio delicti non impedit.de reſtitu.ſpol. item cum quis.⁊.c.in literis. Si agitur petitorio,non impedit effectum exceptio, ſi non opponatur crimen cum infamia. de accuſat. accedens. Si opponitur crimen cum infamia,et tunc ſi petit beneficium,in cuius poſſeſſione iam fuit,non obſtat crimen cum infamia:vt dicto capitu. item cũ quis.⁊ de cauſ.poſ.cum ſuper.C.de dona.inter vir.⁊ vxo.ſi maritus. Si petitur poſſeſſio nunquam habita, obſtat exceptio criminis cum infamia: vt dicto capit.accedens. Hoc dicit verum, quando is,qui non opponit, non habuit facultatẽ opponẽdi antequam ignorauit: ſecus ſi habuit facultatem opponendi ante prouiſionem,vel conſecrationem,quia ſciuit: quo caſu dicit quod exceptio criminis cum infamia non repellit confirmationis effectum,ſed conſecuta poſſeſſione audietur per viam accuſationis, vel denunciationis,ſecundum Compo. ¶ Predicta vera,vbi opponitur crimen non ipſo iure concludens priuatum illum,contra quem opponit,licet ſit graue,vt homicidium. Ad hoc quod not. Innocen.de conceſ.preben.cum noſtris.periurium,⁊ adulterium: alias ſi opponatur hereſis, depoſitio, ⁊ ſimonia, tunc auditur. Per hoc dicit quod admitteretur exceptio quod tenens beneficium habet vxorem,⁊ contraxit matrimonium:quia per id videtur beneficio renunciaſſe:de ele.coniu.cap.primo. libro ſexto.

59 ¶ †Secundum principale,cui incumbit onus probandi contra formam,vel contra perſonam,vbi opponitur delictum. dic ſi opponatur vitium forme contra electum ante confirmationem:gloſ. hic hoc tangit. Dico quod debet probare petens:quia hec ſua intentio,vt dixi ſuper gloſſ. Si petat confirmationem, ſua eſt intentio oſtendere quod canonica eſt electio: que non conſtat eo quod apparet facta,ex quo negatur. Nec obſtat.ff.de probat.ab ea parte:quia ibi loquitur in actu iudiciali iuriſdictionis voluntarie, in quo dico quod preſumitur pro iudice:⁊ ille eſt ſingularis caſus:⁊ forte de facili non habetur alibi,quod etiam in iudicio per viam iuriſdictionis voluntarie exercitio preſumitur pro iudice: alias iſte caſus non procedit in actu extraiudiciali.ff.de publ.l.quecunque. Si vero poſt confirmationem opponatur,dic quod non compelletur quis dicere titulum ſue electionis,ideo debet probare opponens:⁊ hoc,niſi ſit appellatum:quo caſu probabit confirmatus ſententiam iuſtam:de reſtitu.ſpol.cum ad ſedem.de quo de renun. in preſentia.⁊ dixi.ſ.eod.bone. Per predicta reprobatur dictum Innocen.de eo,qui fur.or.recepit.c.ſi.dicens quod qui dicit ſolennitatem electionis,non debet probare concludens: quia id,quod quis facit extraiudicialiter,in ſpectãtibus ad officium ſuum,preſumitur bene factum,niſi probetur contrarium. Allegat.C.de cõtrahen.ſtipu.l.j.⁊ penul.ff.de verbo.oblig.l.ſciendum. Quare dicit quod allegans in electione non factum ſcrutinium, vel communem electionem, vel non factam vocationem, debet probare: ex quo de poteſtate eligentium,⁊ electione conſtat ff.de probat.l.ab ea parte.ij.rñſo.ſubtiliter facit,vbi preſumitur pro adeptione forme,licet fiat extra iudicium,⁊ non in forma iudicij. Primum tenet Compo.⁊ iura ſupra allegata loquuntur quando extat ſcriptura:quo caſu procedit materia.l.ſciendum.an ſit ſolennitas intrinſeca,an extrinſeca:alias in actibus alijs regulariter dicens ſolennitatem,eam probet,ita quod in iudicio nil creditur, niſi conſtet per acta.j.de probat.quoniam. Idem extra iudicium vbi requiritur ſcriptura:de ſenten.excommu.cum medicinalis.⁊ vbi ius dicit formam probandam,de ſenten.excommu.eod.titu.ſacro.videlicet hec vera ſint:vnde dicta lex, ab ea parte.loquitur in actibus iudicialibus,quo caſu pro iudice eſt preſumendum: et quod plus eſt in actibus iuriſdictionis voluntarie, et que ſine ſolennitate iudicij expediuntur:⁊ iſte eſt notabilis caſus:hic loquitur in actu mere extraiudiciali. Nec obſtat de probat. quoniam contra. quia reſponde vt dixi.ſ.c.bone.vel illa nondum emanauerat. Vel dic quod loquitur in iuriſdictione voluntaria,in qua non fiunt acta. Si opponitur crimen, tunc opponens debet probare: quia preſumitur quilibet bonus:de preſump.c.ſi. Idem ſi defertur perſone:quia quilibet habilis preſumitur.ff.de probat.ab ea parte.§. reſponſo. Hanc materiam habes de dolo. cum dilecti.de accuſat.
60 cum oporteat.⁊ per Innocen.in dicto cap.innotuit. ¶ †Tertium principale dubium an teneat confirmatio ſine citatione, vel ſine cauſe cognitione:dic ſine citatione hodie non tenet, vt eſt caſus in c.fina.de electio.libro.vj.ſine cauſe cognitione an teneat:dic quod quedam eſt contentioſa,quedam eſt confirmatio non contentioſa,id eſt,cui non opponitur: ⁊ hoc poteſt fieri ſine cauſe cognitione. Quedam eſt contentioſa,ſuper qua pars vult proceſſum ordinare:⁊ hoc non valet ſine cauſe cognitione.C.de iudic.l.iudices.C. quomodo,⁊ quando iudex.ea que Confirmatio vero, quam fecit is,qui eodem iure eligit,⁊ prouidet,planum quod valet ſine cauſe cognitione,ſecundum Innocen.⁊ Compo.facit quod not.in dicta
61 decre.ſi. ¶ †Quartum dubium an teneat confirmatio electionis nulle,⁊ an confirmatus ſit prelatus,dicit primo quod quo ad potentiam adminiſtrandi tenet. Allegat.ff.de adop.l.adoptio.ff.que ſent.ſine app.reſcin.l.i.§.i. ¶ Sed quo ad hoc vt confirmatio faciat prelatum Innocen.in.c.cum dilecti.j.eod.dixit quod.ff.de officio.pretoris.l. Barbarius. Iuriſconſultus de hoc interrogatus non reſpondet:ideo ipſe dicit quod non eſt prelatus, quandocunque non teneat ſua electio,ſiue confirmatio.lx.di. per totum.j.q.j. ordinationes,⁊ valent que gerit,licet non ſit prelatus ex bono et equo,propter communem ignorantiam,⁊ publicam vtilitatem,et propter quaſi poſſeſſionem recipit poteſtatem adminiſtrandi. Allegat.ff.de publi.ſunt ⁊ alic.§.fina.ff.de iureiur.l.ſed ⁊ ſi. Recitent quod alij dicunt,⁊ hoc ei placet,quod ſi nullitas prouenit ex defectu naturalium,vel requiſitorum de iure naturali ad electionem, non ſit prelatus:nec valet quo ad tribuendam poteſtatem adminiſtrandi, vt ſi deficit conſenſus electi, vel eligentium, vt in intruſo,vel ſimoniaco:⁊ tunc confirmatio non facit prelatum, nec dat adminiſtrationem,nec geſta valent. Idem repetit de ele.excommu.cap.ſi.in additione:quia ſine conſenſu cetera fruſtrantur: vt.xxvij.q.ij.ſufficiat. Si defect⁹ electionis ſit circa requiſita a iure poſitiuo,tunc tribuit confirmatio poteſtatem adminiſtrandi,⁊ geſta facit valere,ſed non facit ipſum prelatum. Recitat ſecundo quod vbi defecit electio ex defectu conſenſus eligentium,⁊ electi,⁊ ſic vbi electio non eſt canonica:large enim prelatus renuntiare tenetur,qꝛ non eſt maritus,ex quo deficit conſenſus.ſ.eo.cum inter. j.ti.i.quãto.i.q.j.principatus. Et hoc caſu nõ purgabitur vitium ex ſequenti cõſenſu,quia dolus ſuus interuenit,vt quia fuit intruſus:

ſus:⁊ ſic compellitur cedere,qꝛ executionē non habet.xvi.q.vij.ſi
quis.⁊ ſic omnino tenetur cedere:de renun. niſi.§.j. Et hoc placet
Inn.etiam ſi circa vnum ſolum electorem compellendum interue
nit dolus electi:idem ſi vnum pro ſe rogaſſet.ſ.e.per inquiſitionē.
Sed ſi ſine dolo ſuo vnus vel plures fuiſſent cōpulſi,tamen maior
pars ipſum erat electura,non videtur quod teneatur renuntiare:
in dolo vero mente concepto, quia ſic feſtinauit electionem,exiſti⸗
mans ſe tunc eligendum,⁊ ſi tardaretur,putabat contra,vel alijs
ſimilia extra,dolus conceptus in obſequijs exhibitis, ſufficit pe⸗
nitere,nec renuntiare teneretur:de ſimo.c.fin.tenet tamen,ſiue do
lus ſit mente conceptus,ſiue extra ad verba redactus, acta peni⸗
tentia non teneatur cedere:vt.d.c.niſi.Ad decre.ſi.de ſimo.dic ſpe
ciale in ſimonia tantum mente concepta. Dicit tertio qđ vbi ex
metu principaliter prelatus habet eccleſiam,illam non poteſt reti
nere:qꝛ non fuit liber conſenſus.de ſpon.cum locum. Dicit quar⸗
to quod ſi canonica non ſit electio propter omiſſas ſolennitates iu
ris poſitiui, ſed adſit conſenſus naturalis, cedere non tenetur.
Idem nota de accu.cap.ſi.ſicut iniuſte damnatus ad reſtitutionē
rei ſue,quamuis de iure ciuili reddere teneatur,tamen qꝛ dominꝰ
remaneret,non peccat illam tenendo,niſi de facto ſibi per iudicem
auferatur,vel alteri precipiatur.ff. de condi.inde.l. Iulianus.Et
hoc,qꝛ ceſſat cauſa iuris poſitiui.Item adducet formā propter li
tes vitandas,ex quo facta eſt confirmatio: qꝛ iam ceſſabunt lites
⁊ ſic poſitiuum ius redit ad naturale:qđ facile ſit.xxxvi.di.ab exor
dio.Hoc verum,vbi nō leditur honeſtas eccleſie,vel etiam ipſius
generalis ſtatus:qđ eſſet,ſi rediretur ad ius illud, qđ conſobrini
illicite contrahant,vel qđ irregulares remaneant in ordine,ſcđm
Inn.Dicit quinto ⁊ Cōpo.hic,qđ ſuſpenſus, vel excommunica⸗
tus,vel tali peccato obnoxius,faciens electionem nullam, vel an⸗
nullandam,confirmatus cedere non tenetur,niſi tempore ordina⸗
tionis,vel electionis tacuiſſet irregularitatem.j.de cor. viti.c.fin.
vel niſi peccatum illud impediret executionem officij poſt peractā
penitentiā:de renun.niſi.§.perſone.Nec obſtat qđ tractu tempo⸗
ris nō debeat firmari nullū:qꝛ hic nō erit nulla iure naturali. Itē
hic ſuperuenit cauſa confirmans,non ſolus tractatus, ſ. confir⸗
matio ⁊ conſecratio.C.de dona.l.donatio.C.ſi maior factus ratum
ha.l.ſi.Nec obſtat de accu.cū olim.vbi queritur de forma poſt con
ſecrationem:qꝛ licet poſſit accuſari,nō ſequitur qđ non poſſit cum
conſcientia tenere.Sic etiā criminoſus poſt penitentiam accuſa⸗
62 tus.de accu.de his.de tempo.or.ca.ſi.¶†Quero an ſtatuto termi
no peremptorio ad probandas exceptiones peremptorias,vel ad
opponendum quod pars vult opponere,an auditur poſt termi⸗
num iuris,quod id,qđ vult opponere,de nouo didicit. Dicit hic
Hoſt.qđ nō,licet late diſputet. Ratio fundamētalis,qꝛ perempto
rium eſt quedam interlocutoria.ff.de arbitris.l.qualem.in ſi. que
reuocari non debet iure iam partibus queſito,niſi per quandam
quaſi reſtitutionem.j.de in inte.reſti.coram.Et ad crimina oppo⸗
nenda non ſubeſt cauſa dande reſtitutionis.ff.de accuſ.ſi cui. Ad
decre.preſentium.de teſtibus.reſpondet,⁊ ad decre. paſtoralis.de
excep.⁊ ad.l.de pupillo.§.qui opus.ꝙ vbi non fuit ſtatutus termi
nus:⁊ decre.paſtoralis.nec de peremptorijs , nec de peremptorio
termino loquitur:vnde cū illa decre.ſit contra fauorē, qđ dicitur,
vni ſtetur in cauſa ſua:⁊ qđ poſt peremptoriū quis admitatur nō
trahetur illa decre.ad conſequentiam ad peremptorias exceptio⸗
nes,⁊ poſt peremptorium.j.de re.iu.que a iure.li.vi.Io.And.dicit
hoc verum,ſaluis tribus caſibus,de elec.auaritie,⁊ in cle.e.ti.con
ſtitutionē.Mihi videtur qđ ſemper poſſit opponi:qꝛ hoc non eſt
caſuale,ſed regulare.Tene bene menti,quia hic limitat.c.paſtora
63 lis.multū fortiter.¶†Quero ſecundo an eccleſia reſtituatur ad
opponenda crimina excluſa per peremptorium contra petentem
beneficium.Compo.dicit quod non.Io.An.dicit hoc verum,niſi
petatur beneficium vt collatū,vel cōfirmationis executio vel poſ⸗
ſeſſio,Quid ſi petatur beneficij collati confirmatio , quod benefi⸗
ciū ſpectet ad petentem:Dicit quod cum per hoc non agatur, vt
ius aliquod conſtituatur in re,non admitteretur exceptio:qꝛ per⸗
inde ac ſi petatur executio iuris iam habēti,licet verba ſint diuer
ſa:nam licet per confirmationem electionis petatur ius conſtitui,
non per confirmationē collationis,ſed ius,quod eſt,declaratur.
64 ¶†Quid ſi contra prouiſionē agitur,vt caſſetur prouiſio,vel col
latio ratione criminum,an admittatur:Dicit Compo.quod nō,
ſi non fuit appellatum:ſed oportet quod agat via denuntiationis,
vel accuſationis,vel inquiſitionis,de crimine,ex quo planum ius
habet contra.no.ſ.c.querelam.vbi principaliter deducitur nulli⸗
tas iuris illius,contra quem agitur,ſi fuit appellatum, bene ad⸗
mittitur per viam appellationis,ſuper illis tū,ſuper quibus eſt.
65 appellatum.eo.ti.c.j.lib.vi.¶†Quid de exceptionibus afficienti
bus gratiā,⁊ prouiſionē,an admittantur: Dicit Compo.qđ ſic:
qꝛ titulū habet ex reſcripto,qđ videſ vitioſum, ⁊ effectu carens:
ideo non agitur ex eo:de reſcri.conſtitutus.obiectus. vero crimi⸗
nis non afficit gratiam,ſed perſonam, ideo non admittitur , niſi
66 opponatur infamia,vt ſepius eſt dictum.¶†Ultimo dicit Com
po.quod ſi iudex vehementer preſumat malitiam excipientis,po⸗
teſt aſtringere excipientem ad certam ſummam ſoluendam aduer
ſario,ſi deficiat in probando: aliter non admitteretur excipiens:
de reſti.ſpo.literas.

1 ☞Electio per minorem partem capituli non tenet, nec ſubſe⸗
quenti conſenſu ratificari poteſt.
2 Teſtis per ſolum auditum non probat actum longū,⁊ intricatū.
3 Electiones quando due dicantur.
4 Inquiſitio voluntatum quando pro ſcrutinio habetur.
5 Electionis pronuntiatio ad quem de capitulo ſpectat.
6 Electionis actus capitularis dependet ex toto capitulo.
Capitulum totum dicitur maior pars canonicorum eiuſdem.
7 Subito fieri dicitur id,quod ſit omiſſis debitis ſubſtantialibus.
8 Conſenſus requiſitus certo ⁊ limitato tempore, poſtea ſequutus
non validat actum ipſo iure nullum.
9 Electionem non infringit contemptus partis canonicorum mi⸗
noris.
10 Electores quando poſſunt recedere a nominatione facta in ſcru⸗
tinio.
11 Electio ſecunda poſt primam an valeat.
12 Scrutinio publicato recedere non licet ab electione.
13 Electio facta appellatione pendente,eſt nulla.
14 Maxime,verbum poteſt quandoqꝫ ſumi improprie.
15 Electio de indigno facta eſt euidenter nulla.
16 Electio ſecunda non valet prima non caſſata.17.
18 Electio vt valeat,exigitur capituli conſenſus.
19 Electio ſecunda facta poſt primam non caſſatam an valeat.
20 Electio facta a minori parte,eſt contra electionis formam.
21 Electio facta contra priuilegia eccleſie eſt nulla.
23 Electio an ſit nulla ex quolibet peccato.
24 Electio ſecunda poſt poſtulationem nullā,an ſit valida ipſo iure.

1 AUditis. ¶†Electio per minorem partem ca⸗
pituli facta non tenet, nec per ſubſe⸗
quentem conſenſum ratificari poteſt.hoc dicit.Prima
pars ponit diffinitionis cauſam. ¶Secunda diffi⸗
nit ibi:nos igitur.Dicebat Hoſtien.quod audiri potuit hec de⸗
creta.ſed vſque ad tempora ſua non intelligi. Dicebat Ioan.
Andr.quod nec per gloſſ.ſuas eſt clara,quam tamen claram fa⸗
ciet.¶Premitte quod electio facta a minori parte capituli eſt
nulla ipſo iure:quia non eſt ibi virtus, vel poteſtas capitularis:
vt infra eodem.ſcriptum.⁊.ſ.eod.quia propter. Et ex hoc ſequi⸗
tur quod licet contemptus minoris partis reddit electionem
annullandam,vt in capit. proximo, contemptus tamen maioris
reddit nullam.Ex hoc ſequitur tertium,quod licet electio contem
ptis aliquibus poſſit ratificari , non tamen contempta maiori
parte.¶Secundo premitte quod electio poſt primam nullam o⸗
mnino valet,etiam prima non caſſata:quia ſi nulla eſt , non exigi⸗
tur caſſatio.ſ.cap.conſiderauimus.⁊ hoc facit difficultatem hic.
¶Tertio premitte quod appellatio extraiudicialis,vt ex ſe non
eſt potens ad reddendam ipſo iure nullam electionem, ſed nullita
tem operatur ad limites cauſe, ſi cauſa eſt potens ad annullan⸗
dum,annullat,alias non.ſ.eod.conſiderauimus.⁊ capit. cum no⸗
bis.vbi dixi.¶Quarto premitte quod hec decreta.habet multas
lecturas,⁊ fortis eſt.Pono caſum:Uacante eccleſia Barocen.in
ea erant duo capita,cantor,⁊ decanus,qui faciebant partes,in ca⸗
pitulo ſe congregauerunt pro electione celebranda , ⁊ quia ambo
erant malitioſi,⁊ ſciebant quando vnus intenderet, alter ad op⸗
poſitum conaretur:cum decanus,⁊ ſui haberent intentionem eli⸗
gendi archidiaconum, in tractatu nominauerunt ſubdiaconum
quendam:⁊ cum cantor haberet intentionē eligendi ſubdiaconum
nominauit archidiaconū:⁊ finaliter cātor timens decanū , qui ha⸗
bebat primā vocē in electione,ſtatim appellauit ne procederetur
ad electionē alterius abſqꝫ conſenſu maioris,⁊ ſanioris partis ca
pituli.Ex altera parte ipſe decanus cum paucis,⁊ ſic erant minor
pars elegerunt archidiaconum:ei tamen ex poſtfacto tot acceſſe⸗
runt quod eius electio habebat maiorem partem,computatis ac⸗
cedentibus:tandem cantor cum ſuis receſſit a nominatione archi
diaconi,⁊ elegit ſubdiaconū:⁊ hec electio fuit facta a minori par⸗
te capituli.Preſentate fuerunt ambe electiones pape.Contra pri
mam fuerunt duo oppoſita.Primo,qđ electio fuit facta a minori
parte capituli:⁊ ſic nulla. Secundo,ꝙ poſt appellationem. Huic
reſpōdebatur de acceſſu.Replicabatur qđ acceſſus nō potuit ope
rari,cum electio a principio fuerit nulla. Contra ſecundam fuit
oppoſitum quod a minori parte.Secundo,quod,prima non caſſa
2 ta.Ex his cauſis papa vtramqꝫ caſſat.¶†Nota primo ex audi⸗
tu ſolo actus longi ⁊ intricati nō cōcludiſ intellectus.Ad hec tex.
⁊ doct.de teſtibus.vltra tertiam.In volatili enim verbo non da⸗

tur plenus rei intellectus. Qđ nota etiam pro teſtibus, qui dicūt,
3 ſcio quia audiui: vel qui deponunt de auditu. ¶ † Nota ſecūdo qđ
electiones q̄q̄ facte in vna cōgregatione, dum tamen a diuerſis,
ꝛ de diuerſis, ꝛ diuerſo contextu reputantur pro duabus electioni
4 bus: facit. ſ. c. cum Vintoñ. ¶ † Nota tertio qđ iure iſto non erat
ſcrutinium formale neceſſarium in electionibus, ſed inquiſitio vo
5 luntatum ſumebatur pro ſcrutinio. ¶ † Nota quarto qđ quādoq̄
ex conſuetudine maior eſt aliquis in capitulo, q̄ habet preeminen
tiam quandam in capitulo reſpectu dignitatis, vt decanus: ꝛ ille
de iure videtur habere ius prime vocis: ꝛ videtur qđ ad illum de
iure ſpectet pronuntiatio electionis: de quo de re iudi. cū ab vno.
li. vj. ad illum etiam ſpectet congregatio capituli: de ma. ꝛ obe. c. j.
no. Inn. ꝛ tex. c. ti. ſtatuimus. Etiam nota qđ appellatione electio
nis ſtricte comprehenditur actus electionis pronuntiande, etiam
dempto ſcrutinio. Unde procedi dicitur ad electionem demum,
quando fit illa pronuntiatio: ꝛ ſic illa, que precedunt, ſunt preambu-
bula: ſed actus electionis conſiſtit in ſola illa pronuntiatione.
6 ¶ † Nota quod actus electionis, ꝛ quicunq̄ capitularis, data cōn
gregatione capituli, pendet in toto capitulo, aut maiori parte ca-
7 pituli: ꝛ ſic maior pars repreſentat in ſe totum capitu. ū. ¶ † Nota
quod id dicitur ſubito fieri, quod fit omiſſis debitis ſubſtantiali-
8 bus. Ad hoc idem de verbo Cito. ſ. eo. cum nobis olim. ¶ † No-
ta quod ipſo iure nullum etiam ex defectu conſenſus, ex poſt facto
ſuperueniente conſenſu non validatur, quando conſenſus certo
exigitur, ꝛ determinato tempore, vt hic apparet: ꝛ pro ſolennitate
iam exigitur quod conſenſus preſtetur pro ſolennitate: ante ele-
9 ctionem. j. eod. quia propter. ¶ † Nota quod id, quod declaratur
ex ratificatione contempti ratificari electionem, eſt verum, quan-
do electio eſt valida, quia contemnentes ſunt maior pars capituli.
non quando electio eſt inualida ipſo iure, quia contemnentes ſunt
minor pars capituli. Et ſic quod dicitur quod contemptus non
infringit ipſo iure electionem, procedit quando contemptus eſt
minoris partis. Secus ſi eſſet maioris: quia tunc propter defectū
iurium capituli, que non ſunt in minori, non valet actus. Et nota
quod defectus poteſtatis impedit actus exercitij eſſentiam, ꝛ dat
10 illi non ſubſiſtere, ꝛ ipſo iure. ¶ † Nota qđ a nominatione facta in
ſcrutinio poſſunt electores recedere, quāquam ex ea ius non que-
ratur antequam eligant. Quod eſt verum iure iſto forte, quia nō
erat inuenta ſolennitas publicationis, vel nondum erat publica-
ta, ꝛ ſic nullum erat ius queſitum. Uel hec nominatio fuit facta
non ſolenniter in tractatu. Et ex hoc habes quod ex tali nomina-
tione nullum ius queritur. Ad hoc. ſ. eo. quod ſicut. vide de poſtu.
11 bone. ¶ † Nota quod ſecunda electio poſt primam, etiam ipſo iure
nullam, non valet, prima non caſſata, quando prima a iure non ap
paret expreſſe caſſata: ꝛ quod electio ſecunda poſt primam etiam
nō caſſatā facta a minori parte capituli, eſt ipſo iure nulla. ¶ Ad
declarationem huius decreta. oportet videre aliqua erga factum
pro declaratione fundamenti: poſtea veniemus ad ſuperficiem iu
12 rium. ¶ † Primo hic in facto apparet nominationem factam in-
quiſitis vocibus ſingulorum, ꝛ tamen receſſerunt iſti ab ea nomi-
natione, contra illud. j. c. publicato quia ex quo ſcrutinium erat
publicatum, nō debebat poſſe recedi. Dic quod hic inquiſitio fuit
facta in communi tractatu: quia tempore huius decr. ſcrutinium,
ꝛ publicatio non erant de forma, ſed illa nominatio in communi
tractatu habebatur loco ſcrutinij, ſed non habebat effectum o-
mnino ſcrutinij, ideo recedere potuerunt. ¶ Secunda difficultas
in facto, quia non eſt veriſimilis: nam cantor in ſcrutinio nomi-
nauit archidiaconum, ꝛ elegit per oppoſitum ſubdiaconum: ꝛ de-
canus nominauit ſubdiaconum, ꝛ elegit archidiaconum: hoc non
eſt veriſimile quod alium nominaſſent, ꝛ alium elegiſſent. Hic In-
nocen. dicit in principio libri, quod habebat aliter reciſa. Non cu-
remus de iſto. Dic quod cantor ꝛ decanus faciebant partes in ec-
cleſia, ꝛ erant in propoſito q̄ nunq̄ faceret vnus quod vellet alter:
ſicut faciunt iſti, qui ſunt in diuiſione. Pars cantoris nominauit
illū quem intendebat eligere pars aduerſa, vt poſtea in dādis vo
cibus illa pars retraheretur in dandis vocibus illis in deſpectū
nominantis: ꝛ econtra decanus nominauit per oppoſitum eadem
aſtutia illum, quem intendebat eligere decanus, alias cātor, a qui-
bus poſtea receſſerunt: q̄ ſimplices erant in tractatu. Tertia diffi
cultas facti hic de iſto tertio R. de Adegis nominato: dic de ipſo
non eſt curandum: quia non fuerunt proſecuti nominationem: nec
fuit electus, ſecundum Compo. licet Hoſtien. dicat quod iſte fuit
poſtea electus. Tene primum. ¶ Uenio ad declarationem decret.
quo ad ius: ꝛ oppo. cum gl. que eſt ſuper verbo Ex poſt facto: nam
dicitur hic, ſecundam electionem factam poſt primā nullam ipſo
iure non valere, illa non caſſata: contra. ſ. eo. conſiderauimus. j. e.
congregato. ſ. eod. bone. de appel. conſtitutus. Si prima enim nul
la eſt, ad quid indiget caſſatione? ¶ So. Gloſ. ponit duos intelle-
ctus principales. Unus eſt, quod hic nullitas ſecunde electionis
ſurgat propter ſubſiſtentiam prime. Alius quod ſurgat propter
defectum poteſtatis facientium ſecundam: quia fit a minori parte.
Et ſecūdum primum intellectum dantur plures ſolutiones. Pri
ma ſolutio eſt, quod prima electio eſſet aliqua: ꝛ hanc partem fun-
dat q̄ non inficit ipſo iure contemptus. ſ. eo. quod ſicut. Hinc eſt,
quod electio poteſt ratificari: vt ibi. Contraria ergo procedunt,
quando electio eſt ipſo iure nulla, vbi non exigitur caſſatio. Et
quod hic non eſſet ipſo iure nulla, patet per ſi. quia litera referen-
do ſe ad vtranq̄ dixit, duximus irritandum: ergo nulla non erat.
Huic obuiat litera, que dicit quod nulla eſt ipſo iure: igitur non
valet ſecunda. Duplicem in hoc proſequitur intellectum glo. Pri
mum, quod illa fuerat allegatio partis, vbi dicit quod non potuit
ratificari, quia nulla eſt: ꝛ ſuper hoc non eſt fundatum ius: quia di
cit glo. patere, in antiqua dicebatur, Auditis allegationibus par
tium, ꝛc. ꝛ ſatis patet per principium. Alium, quod fuerint verba
pape: ꝛ ad verbum Irritam ipſo iure, reſpondet, id eſt irritandā
de iure. Et hec eſt vna reſponſio deſtruens textum. Uel dic quod
non potuit ratificari ab illis, non ex eo quod eſſet nulla: ſed quia
ipſi appellauerant, ne hec electio fieret: ꝛ non poterant ſoli, ꝛ ſingu
lares ab appellatione recedere, quam interpoſuerant in commu-
ni: ꝛ ſic nec ratificare. Uel forte de facto nolebant ab appellatione
recedere: ꝛ ſic non poterant electionem ratificare, ſed repellebā-
tur, vt contrarij. de appellatio. ſolicitudinem. Huic rationi obuiat
litera, que dicit maxime appellatiōe pendente: per quam innuitur
quod ratificari non potuiſſet, etiam ſtante appellatione. ¶ Solu.
Expone Maxime, pro tantum. Hec lectura deſtruit textum in
duobus, in eo quod ponit Maxime pro tantum: ꝛ in eo quod po-
nit nullam ipſo iure, id eſt, irritandam ipſo iure: ꝛ a verbis legis
ꝛc. l. j. §. ſi is, qui nauem. ff. de exercitoria. ꝛ quod Maxime, ſtet pro
prie, dicit gloſſ. ſequens, que fuit additio. Item ratione conuinci-
tur hec lectura falſa: quia electio prima fuit facta a minori parte
capituli: ergo tanquam non habens vires capituli non fuit ele-
ctio ex defectu poteſtatis: ꝛ ſic nulla fuit, nec potuit ratificari per
id, quod eſt dictum: quia quod eſt nullum, tractu temporis, ꝛc. vbi
13 conſenſus exigitur determinato tempore. ¶ † Item hec electio
fuit facta appellatione pendente: ꝛ ſic erat nulla propter penden-
tiam appellationis ex cauſa funditus annullante. Licet ergo ab
appellatione recedatur, poſito quod potuiſſent, non validatur q̄
fuit nullū: vt de ſen. excō. l3. lib. vj. qđ no. Uerba fuerūt Inn. ſed al
legatio capſi. Io. Mo. p qđ ſentiūt qđ illud. c. habeat locū in alijs
ſententijs, quā cenſure. Et hoc ſentit glo. ſequens, que dicit qđ idē
eſſet, ſi non eſſet appellatio: quaſi poſſet intelligi ſi non fuiſſet ap-
pellatum a principio: vel ſi fuiſſet appellatum, ꝛ appellationi re-
14 nunciatum: ꝛ hec de prima lec. ¶ † Nec obſtat quod dicitur in fi-
ne, irritandam: quia, vt dicit ſequens gl. verbum illud Maxime,
ex neceſſitate ſtat improprie, prout reſpicit electionem archidiaco
ni, ꝛ ſic irritat de facto, vel irritā nuntiat: non de iure, q̄ illa erat:
15 nulla, poteſt ſtare proprie quo ad aliā. ¶ † Uenio ad ſecundā lectu
ram, que tangitur iuxta principium vltime gl. Quandoq̄ prima
electio eſt funditus nulla, ꝛ euidēs eſt eam non tenere: vt quando
fit de indigno: q̄ caſus eſt decre. quod non tenet, ꝛ nihil pōt cōtra
eam allegari: ꝛ tunc valet ſecunda, etiam prima non caſſata: ſic lo-
16 quitur tex. in contrariū. † Quādoq̄ electio eſt valida, licet infrin-
17 genda: ꝛ adhuc non valet ſecunda. ſ. eo. cōſiderauimus. † Quādo-
que electio prima eſt nulla, ſed non euidenter, ꝛ ſic eſt dubia an ſit
valida vel nulla, q̄ allegatur aliqua cauſa, per quā poteſt eſſe du-
bium an valeat: ꝛ tūc non valet ſecūda, illa non caſſata. Allegaba-
tur enim hic ratificatio, per quam poterat probabiliter dubitari
an valeret prima: ideo ſecunda facta, illa nō caſſata, nō valet: ꝛ ſic
loquitur hec decre. ¶ Sed huic obuiat, q̄ papa hic dicit, qđ erat
nulla. Reſponſio, quia ꝛ id, quod eſt nullum, quandoq̄ preſtat im-
pedimentū. Gl. dat multa exempla: ꝛ hoc propter dubiū validita
18 tis. ¶ † Item hoc papa hic declarat hodie, ſed ante iſtam decr. po
terat probabiliter dubitari an eſſet conualidata, ex quo alij acceſ-
ſerant, ita quod eſſet maior pars capituli: ꝛ ideo ante iſtam decre.
erat probabile dubium. Non ſic eſſet hodie: q̄ hic caſus hodie cla-
rus eſt per hanc decre. Et ſic ſi iſte caſus contingeret hodie, vale-
ret ſecunda, dummodo haberet maiorem partem. Sed certe hoc
olim poterat, ꝛ ratione dici: q̄ conſenſus exigebatur certo tempo
re: igitur non proficiebat ex poſt facto. Item exigebatur cōſenſus
capituli vt in vnum. j. eo. in Geneſi. ꝛ iſti vt ſingulares ex poſt fa-
cto conſenſerant: ꝛ ſic eorum voces non poterāt eſſe vt capituli: li-
cet enim proficiant ad tollendum ius caſſandi, quod eſt proprium
19 ſingulorum, non proficit ad creandum ius vt capitulare. ¶ † Sed
ad hoc poteſt reſponderi, q̄ licet hoc ratione conuincibile nō erat
aperte determinatum per caſum iuris ſicut oportet. Sicut dici-
mus in ſententia: quia ſi fertur contra ius, dubiū inde eſt, quod ſi
poteſt oſtendi ratione, nō eſt nulla: q̄ illud ius eſt dubium, de quo
non eſt caſus, ſic ꝛ hic erit. Ad hoc qđ no. in. l. cū prolatis. ff. de re
iud. p Inn. de app. cū ſpāli. ꝛ dixi de ſi. inſtr. paſtoralis. Nota. bene.
Ut ergo electio poſt primam nullam valeat, ea non caſſata, opor-
tet

tet quod appareat caſus expreſſus legis,vel decretalis ſuper nul-
litate electionis:alias propter dubium validitatis caſſatio exigi-
tur illius coloris tenendi,qđ fuit pro validitate.Hec lec.nō videt
placere Inn.ſ.eo.conſiderauimus.qui dicit qđ ſatis eſt, electionē
primam eſſe nullam,⁊ electores priuatos poteſtate eligēdi,hoc eſſe
notorium tempore ſententie,licet non fuerit notorium tempore ele
ctionis:de app.conſtitutus.⁊ idem tenet Hoſt.hic.Aduerte gl.po
teſt ſaluari,vt dictū Inn.⁊ Hoſt.procedat, qñ dubium validita-
tis eſt ſuper ſolo facto:⁊ q̄ electus eſt indignus,de quo ius eſt cer-
tum.ſ.c.cum in cunctis:⁊ dubitatur de perſona electa:dictum gl.
qñ dubium eſt iuris.an ſit nulla:q̄ de ea non apparet caſus aper-
tus,vt erat hic,an iſta ratihabitio profuiſſet.Et hoc de ſecunda
lectura,que defenditur,⁊ videtur cū difficultate.¶ Venio ad ter-
tiam lecturam gl.que tangitur in ver.quidam tamen.in glo.ſi.que
dicit qđ quādoq; electio prima eſt nulla,⁊ quo ad ius agēdi,⁊ quo
ad ius excipiendi:⁊ valet ſecunda,illa non caſſata,vt in contrario.
Qñq; eſt nulla quo ad ius agēdi,eſt tamē valida quo ad ius exci-
piēdi:⁊ nō valet ſecūda,pria nō caſſata,vt hic. hec q̄ eſt facta a mi-
nori parte capituli accedentibus electoribus vſq; ad maiorē par-
tem,nō cauſat ius agēdi quo ad confirmationem.ſed bene cauſat
ius excipiendi contra ſecūdam:quia aliqua coſequuntur excipien
do, que, non agendo.ff.de condi.indebi.qui in area.in fi.Inſtit.de
rerum diui.§.certe.cum nulla autem eſt,quando eſt facta de perſo
na indigna,vel ab excommunicatis,vt.d.c.conſtitutus.dicit Io.
And.quod hec nihil docet:quia adhuc remanet dubium, de quo
querimus,quando ſit valida quo ad ius excipiendi:poſſet ſaluari
quod nulla eſt quo ad ius agendi ⁊ excipiendi,quando ius reſiſtit
electioni,vt de indigno,vel ab indigno:quia annullantur etiam vi
res naturales electionis,propter iuris reſiſtentiam:vt.l.ſi nō ſor-
tem.§.i.ff.de condi.indebi.ff.de fideiuſſo.l.cum lex.Secus quando
deficit forma conſenſus preſtandi de iure poſitiuo, ſubeſt tamen
conſenſus purus, vt ponderatur ſecundum ius nature, hoc non
parit actionem.quia non eſt ſolennitas poſitiue legis,ſed valet vt
de iure naturali quo ad potentiam excipiendi, quia adeſt mate-
ria naturalis: ſicut dicimus in pacto nudo.l.iuris gentium.§.ſed
cum nulla.ff.de pactis.quod nota.¶ Venio ad aliam lecturam,
que tangitur verſicu.ſed que eſt ratio.⁊ iſta lectura eſt quarta:⁊ eſt
principaliter ſecundus intellectus capitu.quod nullitas ſecunde
electionis hic ſurrexerit ex eo quod facta fuit a minori parte capi
tuli.Conclude ergo ſecundum gloſ.quod quandoq; prima electio
eſt nulla,⁊ eligentes ex electione ſunt priuati poteſtate eligendi: et
tunc quia ipſorū poteſtas ad alios deuoluitur,ſi fiat ſecunda,etiā
prima non caſſata,illa valet,vt in contrario. Qñq; prima electio
eſt inualida,non ſunt tamen eligentes priuati poteſtate eligendi,
vt q̄ eligūt,⁊ nulla eſt electio,vt facta a minori parte capituli, que
ex poſtfacto nō pōt ratificari:⁊ tunc electio ſcđa eſt nulla,quia fa-
cta a minori parte capituli,nō deuoluta poteſtate. Sed tūc vltra
tex.dicit cōtra,qui ponderat ꝙ prima nō fuit caſſata.Solu.Dicit
glo.hic dicit pro tanto,ꝙ ſi expectaſſent caſſationem primi, fuiſ-
ſent priuati poteſtate eligendi:quia elegerunt cōtra formam.ſ. eo.
quia propter.⁊ ſic propter caſſationē fuiſſet deuoluta poteſtas ad
20 alios.¶ †Nota glo.que vult ꝙ electio facta a minori parte ſit cō-
tra formam:quia inter cetera exigitur ꝙ is eligatur,in quem ma-
ior,⁊ ſanior ⁊c.ſic ergo lʒ omnes vocentur,nō ſit de forma, ſed de
iuſtitia,ꝙ fiat tamen a maiori,videtur de forma,ſecundū iſtam gl.
⁊ ſic cōtemptus maioris partis eſt cōtra formam:qđ eſt bene notā
dum.Sed huic obuiat ꝙ imo primi fuerunt priuati poteſtate eli-
gendi,quia elegerunt contra appellationem.ſ.eo.bone.Sol. Hoc
non eſt iure expreſſum,ſecundū doc.Nec obſtat.ſ.e.bone. quia vel
loquitur in poſtulatione,vel ibi ex cauſa appellationis priuaban-
tur.Pondera ergo cauſam,ſi cauſa concludit nullitatem electio-
nis,⁊ priuationem eligentium:tunc hoc operatur appellatio illa
duo potius ex natura cauſe,ꝙ̄ ex natura appellationis. Si cauſa
hec non concludit nec nullitatem,nec priuationem eligentium,nec
hoc operatur appellatio:vt.ſ.eo.conſiderauimus. ⁊.c.cum nobis
olim.Et dicit gloſſ.hic,ꝙ ſi vocaſſet cantor ⁊ ſui decanum ⁊ ſuos,
⁊ ipſi noluiſſent venire,valuiſſet electio cantoris, qualiter eorum
negligentia fuiſſet conuicta,cum eſſet capitulum iam congrega-
tum:vnde ex quo nō erat facta electio,poterat minor pars eligen-
do conuincere negligentiam.Dicit ſecundo quod ſi decanus ⁊ ſui
conſenſiſſent ſecunde,quod illa fuiſſet valida.Non placet:quia fuit
facta a minori parte capituli:⁊ ſic non potuit ratificari. ¶ Alio
modo reſpondet Io.And.⁊ eſt quinta reſponſio ſecundum primā
lecturam.Aut prima eſt caſſata per ſententiam iuris, vel homi-
nis:⁊ valet ſecunda,prima non caſſata per ſentētiam iuris vel ho
minis,vt ibi,vocatis tamen primis,⁊ intereſſentibus,vbi nō ſunt
priuati poteſtate eligendi,ita quod ſecunda electio habeat maio-
rem partem,ſi non ſunt priuati,hoc ſufficit etiam eis non vocatis
vt valeat ſcđa:vel ſi ſunt priuandi,oportet qđ illorum expectetur
priuatio:⁊ valet ſcđa:alias non.Aut electio eſt nulla,nō tamen re-
peritur a iure caſſata,vel ab homine:⁊ tunc ſcđa non valet, illa nō
caſſata,vt hic.Non enim hic reperitur a iure caſſata,vel ab homi-
ne:hodie ergo ſi occurrat caſus huius decre.quia reperitur iſte, p
quem caſſatur prima,procederet ſecunda,etiam prima non caſſa-
ta,dummodo haberet maiorem partem. ¶ Alio modo conſueui
dicere,qđ aut prima eſt nulla de iure naturali,⁊ poſitiuo,⁊ hec non
exigit caſſationem:quia non eſt quid caſſetur,ideo valet ſecunda:
quia facta eſt electio ſecunda,prima exiſtente nulla,inſpecta forma
poſitiua:eſt tamen aliqua,inſpecto iure naturali:quia adeſt cōſen-
ſus maioris partis eligentium.licet nō in forma debita:⁊ tunc nō
valet ſcđa,niſi prima caſſetur.Et hoc voluit hec decre.⁊ idem po-
teſt dici voluiſſe glo.in ſecundo reſponſo.Hec non videtur bona:
q̄ ſi de iure poſitiuo infringitur electio in terminis.c.cum in cun-
ctis.⁊.c.bone.ſecundo reſponſo.quia ius reſiſtit electioni indigni,
impediuntur vires naturales,⁊ pro tanto nō expectat caſſationē
iuris.Sed obſtat fortius quod no.Inno.de cle.excom.ſi celebrat.
vbi tenet quod electio etiam in regularibus eſt valida,etiam de iu
re naturali:quia omnis irregularitas eſt de iure poſitiuo. de con-
ceſ.prebend.cum noſtris.Sed poſſet reſponderi ꝙ lʒ quo ad nu-
dam materiā iuris naturalis electio ſit valida,nō tamen eſt vali-
da in effectu naturali,quem poteſt tollere lex:nam ꝑpter iuris po
ſitiui reſiſtentiā ille effectus naturalis obumbratur,⁊ non dicitur
electio tunc habere colorem.Ad qđ.l.ſi non ſortem.§.i.ff.de condi.
inde.⁊.ff.de fideiuſ.l.cum lex.Et hoc eſt qđ ponderamus in caſſan-
do.Alij dicunt quod electio ſubdiaconi reprobata fuit tāq̄ de in-
habili:quia nō erat in ſacris,⁊ nondum emanarat decre.de eta.et
qua.a multis.Alij dicunt electiones iſtas reprobatas propter ſcā
dalū,⁊ diſcordias euitandas.ar.de iure pat.c.iij.hoc tamen nō te-
netur.¶ Cōcludendo hanc materiā dicendū eſt quod aut plures
electiones ſucceſſiue emanauerunt ab eiſdem:⁊ tunc dicunt qđ in-
diſtincte caſſabatur ſcđa.ſ.de exceſſ.prela.inter dilectos.§.preter-
ea.niſi prima omnino emanaſſet per mortem, aut ſucceſſionem.de
reſt.in inte.c.ij.⁊ hoc ſcđm quoſdam Inno.ſ.eo. conſiderauimus.
notat contrarium.ſ.ꝙ ſi ab eiſdem fiat prima,⁊ ſecunda electio,va
let ſecunda,dūmodo prima ſit ipſo iure nulla,⁊ eligentes non ſunt
priuati poteſtate eligendi.Allegat.ſ.eo.cum terra.Nec obſtat de-
cre.inter dilectos.quia loquitur in collationibus,quarū confirma
tio non petitur:non de electionibus,que confirmari debent, ſcđm
Io.An.qđ ſatis puto qđ poſſit locum habere etiam in collationi-
bus diſtinctio,quam infra dicam.Qñq; plures electiones ſiunt a
diuerſis:⁊ tunc aut prima eſt valida,licet poſſit caſſari:⁊ tunc non
valet ſcđa,prima nō caſſata:vt.ſ.eo.conſiderauimus. Aut prima
eſt nulla:⁊ tunc an valet ſcđa,aut in prima eſt maior pars capitu-
li:⁊ non in ſcđa,nec in prima ſunt eligentes priuati poteſtate eligē
di:⁊ tūc nō vʒ ſcđa ex ſolo defectu partis minoris,vt hic.ſcđm vl-
timam lecturā gl.Aut prima eſt nulla,⁊ eligentes nō ſunt priuati
poteſtate eligendi in ſcđa tamen eſt maior pars capituli:⁊ tūc idē
qđ dicam infra.Qñq; eſt nulla:⁊ tunc aut prima eſt nulla, ⁊ primi
ſunt priuati poteſtate eligendi,⁊ tunc aut a minori parte capituli
ſit ſecunda,⁊ eodem contextu:⁊ dicit Ioan.Andr.quod non valet
ſecunda. Et hoc dubium tangit Innocen. ſ.eo.dudum. quia ſola
priuatio ſit per actum electionis perfecte:vt de elec.perpetuo.lib.
vi.ideo electio ſecunda eodem contextu facta reperitur facta tem-
pore,quo nondum poteſtas eſt deuoluta:⁊ ſic non valet electio, vt
hic.Per quod conſuluit hic Io.And.quod qñ maior pars eſt pa
rata ad eligendum indignum quod minor pars non procedat ſta
tim ad electionem,ſed differat donec prima elegerit:⁊ ſic ad eam re
peritur deuoluta poteſtas.Ad hoc qđ no.ſ.eod. congregato. Qñ
autem dicatur electio facta eodem contextu,aut diuerſo,dicit hic
Compo.quando canonici ſunt omnibus ſimul exiſtentibus in ca-
pitulo pro actu electionis: expectet ergo altera pars quod rece-
dant de capitulo:ſatis puto quod quo ad hoc eo quod maior pars
eligit,quia habet electionē pro facta,poſſit altera eligere. ¶ Aut
electiones ſunt facte diuerſo contextu prima exiſtente nulla, ⁊ eli-
gentibus priuatis poteſtate eligendi.vel maiori parte ſaltem exi-
ſtente in ſecunda:⁊ tunc aut licet prima ſit nulla de iure poſitiuo,
eſt tamen aliqua de iure naturali:vel ſaltem dubium eſt an ſit vali
da,⁊ probabilis,quia de eo non appareat caſus iuris.Vel valida
eſt quo ad ius excipiendi ſaltem:⁊ tunc neutra valet:quia non va-
let ſecunda, prima non caſſata, vt hic. Aut eſt nulla ipſo iu-
re, quantum ad omne ius: ⁊ certum eſt quod eſt nulla, quia
apparet caſus de hoc, et valet ſecunda, dummodo habeat ma-
iorem partem capituli, vel poteſtatem deuolutam: et ſic loquun-
tur iura hic pro contrarijs allegata. ¶ Quandoque prima eſt
nulla, et eligentes non ſunt priuati poteſtate eligendi, ſed pri-
uandi: et indiſtincte expectatur caſſatio prime, vt declaretur
illos functos poteſtate eligendi, vt ſit electio: et alterius par-
tis, que minor eſt, ſi eſſet maior, nulla expectaretur caſſatio,
21 vt de ſe patet. ¶ †Vltimo Docto. hic, et Innocen. ſupra eo-
dem. conſiderauimus. enumerat multos caſus, in quibus iure
apparet quod electio eſt nulla,et aliquos,in quibus eſt annullan-
da.hoc magis eſt laborioſuʒ,quam ſubtile.Primo,aliquos caſus

magis dubitabiles inter ceteros ponit hic vnum Jo.And.quod
eſt facta contra pꝛiuilegia eccleſie, que pꝛiuilegia habent decretū,
quo caſu electio eſt nulla.¶†Nota hoc:quia limitat capi.conſide-
rauimus.ſ.eo.quia electio contra pꝛiuilegia valet:vt ibi ,quando
22 non habet decretum pꝛiuilegium.¶ † Secundum dubium eſt de
electione,que fit contra appellationem,an ſit nulla:⁊ in iſta dic qđ
ſi eſt poſtulatio,quidam dicunt quod indiſtincte appellatio ipſam
nullam reddit:vt.ſ.c.bone.Et ſit ratio,quia leuioꝛ cauſa impedit
poſtulationem,quam electionem : quia poſtulatio pendet a gra-
tia.de poſtu.pꝛela.per totum.⁊ quia non debet fieri,niſi in concoꝛ-
dia.Jo.An.reſidet quod non ſit differentia inter poſtulationem,⁊
electionem:ſed ſolum ponderatur cauſa,vt appellatio reddat ele-
ctionem nullam,vel annullandam,ſecundum materiam cauſe.ſ.c.
cum inter canonicos.⁊.c.bone.⁊.c.cum nobis olim.⁊.d.c.conſidera
uimus.¶ Ad decre.bone.reſpondet quod ibi impꝛeſſio,⁊ conſen-
ſus impꝛeſſioni electi fuit cauſa funditus annullans ; annullanda
tamen ſemper eſt, ſi cauſa appellandi eſt iuſta : vt.d.c.conſidera-
uimus.ſecus ſi iniuſta : vt.d.c.cum nobis olim.⁊.ſ.c.quod ſicut.
23 ¶†Dubium eſt tertio an ex quolibet peccato in perſonam electi,
vel delicto,funditus ſit nulla electio.Videtur quod ſic.ſ.eod.cum
in cunctis.ibi:vita,⁊ moꝛibus.Item quia talis eſt ſuſpenſus.j.de
coha.cle.c.ſi.⁊.ſ.de conſuetu.cum dilectus.de elect.cum inter.R.
¶ Compo.tenet quod ſi eſt delictum,quod inducat irregularita-
tem,aut ſuſpenſionem maioꝛem , talis electio eſt nulla.alias non.
Allegat de exceſ.pꝛela.cum inter dilectos.facit quod ibi no.de cle.
excom.mi.ſi celebꝛat.¶ Ad hoc , quia hoc non inuenitur iure ex-
pꝛeſſum.Facit de iureiu.ſicut noſtris.⁊ quod no.j.eo.dudum.Nec
obſtat ꝙ ſit ſuſpenſus:quia ſuſpenſio minoꝛ quo ad ſe non reddit
electionem nullam ipſo iure,licet quandoqꝫ caſſandam:vt.d.c.ſi ce
lebꝛat.¶ Non obſtat.c.cum in cunctis.quia non dicit electionem
nullam,ſed eligentes pꝛiuatos poteſtate eligendi,quando electus
nō eſt commendabilis vita,⁊ moꝛibus.Ex quo apparet caſus , in
quo electio non eſt nulla,⁊ tamen eligentes ſunt pꝛiuati poteſtate
eligendi,vt quando ignoꝛant indignitatem electi , vel peccant in
foꝛma concilij,quia pꝛopter.alias eſt nulla,⁊ ſunt pꝛiuati.j.eo.con
gregato.⁊.c.ſcriptum.Jmo plus dicit Jnn.de cle.excom.mi.ſi ce-
lebꝛat. in additione , quod irregularitas non reddit electionem
24 ipſo iure nullam de iure poſitiuo.¶†Vltimo querunt an electio
ſecunda poſt poſtulationem nullam ipſo iure ſit valida,⁊ quid de
pꝛeſentatione.Dicunt quidam quod idem,⁊ foꝛtius , quod eſt di-
ctum.ſ.in electionibus,in collatione dicit indiſtincte quod non va
let:vt de exceſ.pꝛela.inter dilectos.Rationem aſſignant , quia ha-
bet in ſe annexam confirmationem,que dat coloꝛatum titulum:qđ
non eſt in electione.Ad hoc de pꝛeſentatione.j.de re iudi.cum Ber
toldus.De pꝛouiſionibus autem, aut collationibus , vide de re-
ſcriptis.c.capitulum.de exceſſib.pꝛelato.inter dilectos . ⁊ aliquid
dixi ſupꝛa.

1 ☞ Eligendi poteſtas data compꝛomiſſarijs an poſſit reuocari.
2 Electionis vnum ſubſtantiale eſt tractatus.
3 Compꝛomitti poteſt in aliquos de capitulo vt in alios compꝛo-
mittant.
4 Compꝛomiſſarioꝛum numerus non eſt iure determinatus.
5 Compꝛomiſſarij poſſunt iuramento aſtringi.
6 Compꝛomiſſum non poteſt fieri a maioꝛi parte capituli.
7 Poteſtas ſubſtituendi pontificem ſimpliciter,quid impoꝛtet.
8 Concoꝛditer factum quid dicatur.
9 Compꝛomiſſarioꝛum maioꝛi parti ſtatur in electione.
10 Ratum habere pꝛomittens,qualiter intelligatur.
11 Electionis appellatione compꝛehenditur poſtulatio.19.
12 Poſtulatio qua foꝛma fieri debeat.15.
13 Subſequenter fieri dicitur,quod fit aliquo interuallo.
14 Eligi poteſt,non autem poſtulari,alligatus inferioꝛi dignitati.
17 Compꝛomiſſum electionis requirit omnium conſenſum.
18 Pꝛohibere quis poteſt ex parte pape abſqꝫ mandato.
20 Capitulum cognoſcitur ſono campane.
21 Capitulum an ex pulſatione campane conſtituatur in negligen-
tia.
22 Poſtulare poteſt compꝛomiſſarius ad eligendum.
23 Electio cenſetur facta a toto capitulo,quando fit a maioꝛi parte.
24 Compꝛomiſſum reuocari poteſt re integra.
25 Electio facta per poſtulationem non valet.
26 Epiſcopus eſſe debet ſcientia pꝛeditus,cōuerſationis ⁊ exemplo.
27 Poſtulationis admiſſio debet fieri cauſa ſubſiſtente.
28 Diſpenſatio tranſeundi impeditur neceſſitate,⁊ vtilitate.
Secundum alium intellectum in hac prima parte petitionis age-
10 tur poſſeſſorio retinende, et per quemcunque. †Et ex hoc nota quod
ceteris paribus in poſſeſſorio retinende obtinet, qui ſuperior eſt in
numero teſtium, et in antiquiori poſſeſſione: vt eſt caſum in dicto. c.
11 licet cauſam. no. ff. vti poſſ. l. duo. vbi per Barto. ¶ †Nota quod
12 non videtur iniuriam facere qui vtitur iure ſuo. ¶ †Nota quod
in iſtis incorporalibus vſus eſt pro quaſi poſſeſſione: et quod in cor-
poralibus per contradictionem retinetur poſſeſſio. Vide quod not.
de reſti. ſpolia. olim. vbi apparet quod per vim non videtur poſſe
haberi quaſi poſſeſſio: quia illa habetur ex pari. Dic vt ibi: et digi
in incorporalium tractatu in capitu. in literis. de reſti. ſpolia.
13 ¶ †Nota quarto practicam libelli in confeſſoria ſuper iure eligen
di: quia debet concludere hoc vario iure ad ſe ſpectare, vt illo iure
14 vti patiatur, et non moleſtet. ¶ †Nota quinto quod actus nega-
15 tiuus, vel negatiuam ſatagens, poteſt trāſire in notorium. ¶ †No
ta ſexto quod ad concludendam particularem conſuetudinem in
certo loco, ſufficit probare generalem in ſimilibus conuicinis lo-
cis: et ſic probatio conſuetudinis in genere, ad particularis exten-
16 ditur. Vide Inno. de offic. archid. dilecto. vbi dicam. †Nota quod
de iure capitulum ſolum in eccleſia cathedrali non habet poteſta-
tem in particularibus beneficijs prouidendi. Habemus hic, Pri-
mo factum epiſcopi, ſuper quo queſtio fuit. Secundo ſententiam
17 pape duas partes continens. Videamus hāc materiam. ¶ †Oppo.
quod ſaltem iure deuoluto potuiſſet hic prouidere epiſcopus,
de conceſ. prebend. c. ij. Solut. Contrarium procedit, quando pre-
bende ſunt diſtincte: quo caſu a tempore vacationis currit tēpus
deuoluens poteſtatem, ita quod in prebendis diſtinctis propter
negligentiam inferioris collatoris per ſex menſes deuoluitur po-
teſtas ad ſuperiorem: hic quando non erant diſtincte. Facit. eo. tit.
ex parte. Vel etiam dato quod hic fuiſſent diſtincte dicit gl. quod
prouidere non potuiſſet: quia poteſtas erat deuoluta ad papam,
propter longitudinem temporis: et in talibus non poteſt mora pur-
18 gari. de ſup. neglig. prela. licet. ¶ †Nunquid autem terminum ſta-
tuendo poſſit, vbi diſtincte non ſint prebende ſupplere. Innoc. hic
quod non: ſed bene poterit eos cogere ad eligēdum. Aſſignat cau-
ſam: quia hoc non apparet iure expreſſum. de ſup. negli. prela. c. Ro-
mana. Hoſt. contra. Et hoc placet Io. an. dicens quod epiſcopus
poterit ſtatuere terminum ad ſupplendum defectum, poſtquam
ipſe prouidebit, et ſupplebit. Ad hoc de off. ord. irrefragabili. §. ex-
ceſſus. et c. quanto. et c. ad reprimendam. in aut. de eccle. ti. §. ſi quis
autem pro redemptione. et §. ſeq. coll. ix. q. iij. cum ſcimus. ¶ Nec
obſtat hoc cap. quia hic canonicis nō aſſignauit terminum, et intēde-
bat eligere, vt is, ad quem pertinebat. Ad hoc de conceſ. prebend.
ex parte. et quod ibi no. Non obſtat ratio Inno. quod licet hoc ca-
ſu per Lateranen. concilium non deuoluatur poteſtas, tamen per
ius commune habet circa hoc prouidere. x. q. i. regenda. et c. ſeq. xvi.
q. i. precipimus. de vi. et ho. cle. quoniam. de ele. non reſi. c. pe. tamen
ex quo per hominem eſt terminus appoſitus, ſupplet ſuperior ne-
gligentiam. ſ. c. venerabilem. ver. quod autem. et quod no. de re iud.
ad apoſtolice. lib. vi. in glo. quod nota. ¶ Vento ad ſecundam par-
tem: et ſentētia habet duplicem partem. Primo tangemus ſenten-
tiam circa particularia in illa comprehenſa. Secundo vniuerſali-
19 ter contra totum libellum, et ſententiam. †Ad primam videtur quod
epiſcopus bene poſtulauerit, et ſic debuit obtinere: quia de iure ad
epiſcopum ſpectat prouiſio prebendarum, et particularium benefi-
ciorum in eccleſia. xxi. diſt. in nouo. xvi. q. vij. nullus. cum ſi. Glo. ſu-
per iſto puncto allegat pro et contra: et primo quod ad epiſcopum tantum fa-
ciunt iura prealiegata. xxi. diſt. §. i. vbi ex precepto Dei Moyſes
elegit Aaron in ſummum pontificem, et alios eius miniſtros tem-
pli. Expreſſum videtur in aut. de menſura ordinand. cleri. coll. iij.
In contrarium, quod ad epiſcopum et capitulū ſpectat, facit qua-
ſi per totum de his, que fiunt a prela. vbi talia debent fieri ab epi-
ſcopo de conſenſu capituli. Secundo, quia cum eis eſt in miniſte-
rio: ergo cum eis diſponat. xciij. diſt. diaconi. Pro hoc tertio ca-
ſus hic a contrario: quia ſi de conſuetudine habet capitulum quod
eligere poſſit, eligit ſolum: a contrario ſequitur quod ad capitulū
et epiſcopum ſimul. Quarto, quia vniuerſaliter communia negotia
eccleſie tractant: de his, que fiunt a prela. quanto. ergo et hic. Vlti-
mo pro hoc caſus videtur de conceſſ. preben. poſtulaſtis. Glo. pri-
ma ſuper verbo Poſtulauit, dicit quod de iure ad vtrunque ſimul
ſpectat collatio canonicorum, per iura predicta. et de iure patro. no-
bis. niſi conſuetudo aliud habeat, vt hic: nam et conſuetudo dare, et
tollere poteſt ius eligendi, et inhabilitare quem ad eligendum.
¶ Nec obſtat. ſ. cap. cum terra. quia ibi hoc non poteſt in laicum
dare: quia foret irrationabilis: nec in clericum prout ibi dare vo-
lebat quod vnus haberet ius eligendi, et quod ſubſtantia electio-
nis ab alio penderet. Idem nota de ſupple. negligen. prelato. c. fin.
in tertia gloſſ. de officio ordinarij. irrefragabili. in quarta gloſſ.
Idem Ioan. xxi. diſtinc. §. i. et c. oiſt. c. i. ver. pontifex. per Hoſt.
in Summa, de elec. §. quis poſſit. ¶ Quid dicam? Inn. dicit ſtan-

dum cōſuetudini. Comp. ꝙ ad epiſcopū ſpectat electio, quā habet
facere de conſenſu capituli. Et differt hec opi. ab opi. gl. quod pa-
tet ne ſe. va. c. j. lib. vj. Hoſti. quod ad epiſcopum de conſilio capitu
li: ⁊ vbi alicuius ſpecialiter intereſt, facere debet illam de illius cō-
ſenſu: extra de offi. archi. ad hoc. §. fi. Et hec vera, niſi omnia eſſent
communia prelato ⁊ capitulo, tunc prelatus hoc faceret de conſen
ſu capituli: de app. a collatione. lib. vj. vbi de hoc. ⁊ per Archi. ⁊ ni
hil eligit. Tangit hic queſtionem quam tangam de conce. preben.
21 propoſuit. ¶ † Tu latius concludendo, Si queritur ad quos de
iure ſpectat prouiſio eccleſiarum: dic aut eſt eccleſia cathedralis,
vel eſt ſuperior: ⁊ originaliter harum prouiſio ſpectabat ad papā:
vt not. gloſſ. de elect. quamquam. lib. vj. ⁊ tunc prouidebat eccleſie
per modum prouiſionis, ſiue collationis: hodie de iure ſpectat ad
collegium cathedralis eccleſie: vt. ſ. eo. c. j. ⁊ prouidet aut per viam
electionis, ⁊ ſuperior confirmat: aut per viam poſtulationis, ⁊ ſo-
lus papa admittit, vt dixi ſupra, de poſtula. prelato. c. fina. aut per
viam nominationis: ⁊ idem: vt in. c. bone. ⁊. ſ. de poſtula. prelato.
¶ Aut agitur de prouiſione particularium beneficiorum in eccle
ſia cathedrali, ⁊ ibi bona ſunt communia epiſcopi, ⁊ capituli: ⁊ de
iure ſpectat ad vtrunque: ⁊ ſic ad prelatum de conſenſu capituli: ⁊
tunc aut per viam collationis, aut per viam electionis prouide-
tur, que habet vim collationis, vt hic. Si non ſunt communia, ſpe
ctabunt ad prelatum de conſilio capituli. ¶ Aut agitur de proui
ſione collegiate eccleſie inferioris epiſcopali quo ad principalem
prelatum: ⁊ tunc de iure antiquo poteſtas eligendi ſpectat ad ca-
pitulum illius eccleſie, ⁊ confirmatio ſpectat ad ſuperiorem. Et
eſt etiam hic triplex modus prouidendi, aut per viam electionis,
aut poſtulationis, aut nominationis: ⁊ ſuperior admittit omnes
partes: ſaluo niſi vitium eſſet per ſolum papam diſpenſabile, pro-
pter quod fieret poſtulatio: vt dixi de poſtulatione prelatorum. c.
finali. ¶ Quandoque agitur de prouiſione particularium benefi-
ciorum in eccleſia collegiata inferiori: ⁊ hic Calder. dicit quod aut
eccleſia habet patronum: ⁊ ſerua quod habetur in capitu. nobis.
de iure patro. ⁊ eſt veritas quod patronus poteſt habere ius pre-
ſentandi in eccleſia collegiata ad inferiora beneficia, vt ibi: nomi-
ne vero geſtum. per quod apparet quod etiam ius preſentandi in
tali eſt preſcriptibile: ⁊ ſic poteſt intelligi gloſ. j. capitu. Maſſana.
¶ Aut nō habet patronum: ⁊ de iure poteſtas prouidendi, ⁊ per
viam collationis ſpectat ad prelatum illius eccleſie, adeo quod
ibi epiſcopus nullam habet communitatem. Hoc tenet Calderi.
hic. Allegat quia talia capitula per ſe negotia eccleſie expediunt:
de ſyndi. c. j. Et dicit Cald. quod videtur expreſſum. j. de his, que
fiunt a prela. ea noſcitur. Allegat not. per Ioan. And. de iura. cal.
Imperatorum. ſuper glo. pe. ⁊ per eum poſt Hoſtien. de inſti. c. ij,
in verbo Communiter. Item quia collegium eligit ſibi prelatum.
ſ. c. j. fortius prelatus cum capitulo eligunt, ⁊ prouident in parti-
cularib⁹ beneficijs in illa eccleſia: ⁊ quia non habet epiſcopus tan
tam communionem in inferioribus eccleſijs, quantam habet in ec
cleſia cathedrali: de teſta. requiſiſti. Iſtam queſtionem latiſſime
diſputat Freder. de Senis conſilio. xxviij. ⁊ ſimiliter concludit
quod aut agitur de prouiſione beneficiorum principalium, vt ca-
nonicatuum in illa eccleſia: ⁊ dicit quod electio ſpectat ad capitu-
lum, inſtitutio ad epiſcopum. Allegat ad hoc de vi. ⁊ ho. cle. quo-
niam. quia creare canonicos in eccleſia, ſpectat ad eum: ergo refor
mare. Tene Calde. ¶ Quandoque agitur de prouiſione alterius
beneficij inferioris, vt de prouiſione alicuius capelle: ⁊ tunc aut il-
la capella eſt cōſtructa de bonis eccleſie: ⁊ ibi recitat Pau. de Lea.
conſuluiſſe quod poteſtas prouidendi ſpectat ad prelatum ⁊ capi-
tulum, per dictum. c. ij. de his, que fi. a prela. Fatetur quod reforma
tio ſpectet ad epiſcopum, ſecundum Pau. de elec. c. j. recitat Ar-
chi. tenere quod ad ſolum epiſcopum ſpectet prouiſio, per. l. in ec-
cleſijs. C. de epi. ⁊ cle. Et hoc tenet. xij. q. j. §. vlti. Frede. videt elige-
re quod tunc preſentatio ſolum ſpectet ad capitulum, ⁊ prelatum, ⁊
confirmatio ad epiſcopum. Allegat de priuile. cum ⁊ plantare. §.
in eccleſijs. xvij. q. ij. ⁊. c. ij. de eccle. edifi. ad audientiam. vbi dicit eſ
ſe caſum. Allegat quod no. Hoſtien. de offic. vica. ad hoc de quo fa
ciam mentionem. j. Allegat not. per Hoſt. de ſta. mo. c. vltimo, in
fi. in verbo, ad prebendas. vbi ſi monachi creant prebendas, pre-
ſentabuntur per monachos, ⁊ inſtituet epiſcopus, ⁊ deſtituet. Ad
hoc de cap. mo. c. j. Ad hoc quod notat Archi. in. c. regenda. x. q. j.
vbi dicit quod in eccleſia archipreſbyteri inſtituet epiſcopus, ⁊ ar-
chipreſbyter preſentabit. Ad hoc quod no. de conſti. cum omnes.
de verb. ſigni. c. ij. lib. vj. xij. q. ij. abbatibus. xvij. q. iiij. in vendicio-
nibus. vbi talia inferiora capitula ardua non faciunt abſque conſen
ſu epiſcopi. Ad hoc ca. ea noſcitur. de his, que fiunt a prela. ¶ Mi
hi videtur dicendum quod aut eſt beneficium edificatum in corpo
re inferioris eccleſie collegiate, ſicut ſunt iſta altaria, ⁊ capelle, que
hodie edificantur: ⁊ credo quod prouiſio ſpectet ad prelatum cum
capitulo ſuo. Sic intelligo Cald. ⁊ Pau. deſtitutio tamen, et refor

matio ex delictis ſpectet ad epiſcopum: ⁊ ſi laicus edificet forte ha
bebit ibi ius preſentandi: quia licet beneficium ſit in eccleſia colle
giata, tales manſionarij non ſunt de collegio: vt not. ſ. c. j. ¶ Aut
eccleſia eſt edificata, vel beneficium extra corpus eccleſie in paro-
chia alterius eccleſie collegiate inferioris: ⁊ tunc dico quod habet
ſolū ius patronat⁹, ſi dos eſt aſſignata ei de bonis ſuperioris: vel
ipſa eſt edificata in territorio ꝓprie eccleſie ſuperioris: vel aliq pro-
uentus ſpirituales, aut temporales ſunt aſſignati: ⁊ ſi alius ibidem
de proprio edificet, habebit ius preſtandi conſenſum electioni, ſeu
preſentationi, vt ibi patet: vt eſt caſus in dicto. c. iij. ¶ Ubi autem
non eſſet de bonis proprijs eccleſie ſuperioris edificata, ita quod
aliud ius non eſſet tranſlatum, niſi quod in territorio ſubiecto: ſen
tire videtur Frede. quod prouiſio talis ſpectaret ad epiſcopum.
¶ Quandoque eccleſia eſt edificata, vel particulare beneficium in
eccleſia non collegiata: ⁊ tunc ſi de bonis eccleſie, ipſa habet ius pa
tronatus, ⁊ preſentat epiſcopo, ⁊ epiſcopus inſtituit, per dictum
Hoſtien. de officio vicarij. ad hec quia ſimplex rector non habet
tantam poteſtatem in eccleſia, quantam habet collegium cum ca-
pitulo, licet eccleſia repreſentetur in eo, ſicut in capitulo: vt de te-
ſta. relatum. ¶ † Si de bonis ſuis non eſt edificata, ſatis credo quod
prouiſio ſpectet ad epiſcopum; ⁊ totalis: ⁊ idem, ⁊ fortius, ſi eccle-
ſia eſt edificata in parochia eccleſie extra corpus eccleſie ⁊ non in
territorio proprio. ¶ Hec procedunt in eccleſijs ſubiectis ſecula-
ribus: in ſubiectis autem monachis, ſerua de prebend. de mona-
chis. ⁊ quod ibi nota. de priuileg. cum ⁊ plantare. §. cum in eccle-
ſijs. xvj. queſtio. j. viſis. de priuileg. paſtoralis. de dona. paſtoralis.
22 cum ſimilibus. ¶ † Opponitur ſecundo, quod hic dicitur quod
vtens iure ſuo non facit alteri iniuriam, contra. ff. de regulis iu-
ris. l. qui domum. ff. de dam. infecto. l. qui vias. ⁊. l. Proculus. ff. ſi
ſerui. vend. l. ſicuti. §. Ariſto. Solutio. glo. que eſt ſuper verbo In-
iuriam, quod quandoque quis edificans vtitur iure proprio animo
nocendi alteri: ⁊ facit iniuriam, vt ibi, ſi ſolum facit hoc, vt alteri
noceat, ⁊ ſibi non prodeſt. Si autem vtitur iure ſuo, ⁊ nocet alteri,
prodeſt tamen ſibi, ⁊ non facit animo nocendi tantum: ⁊ tunc non
facit alteri iniuriam: de quo. xj. queſtio. iij. ſi quis vero. de regulis
iuris. c. locupletari. libro ſexto. Et hoc verum, niſi in predio ruſti-
co: quia non licet mihi ita deſtinare quod alteri preiudicem. ff. de
23 aqua plu. ar. l. j. ⁊ hoc propter fauorem metus. ¶ † Tertio oppo-
nitur contra totum libellum, ⁊ ſententiam: quia hic videtur quod
ſententia haberet partes ſuperfluas, ⁊ libellus: quia idem in pri-
ma, quod in ſecunda petebatur. Dicit gloſſa ſuper verbo Articu
lo, quod in prima pretendebat epiſcopus validitatem inſtitutio-
nis, vt inſtitutus non moleſtaretur: et in hac deducit ſolam
poſſeſſionem, que non preiudicat ſuper iure proprietario iuris
inſtituendi: et ſecunda pars libelli dabatur ſuper iure proprie-
tatis ipſius iuris inſtituendi. Innocen. dicit quod in prima age-
batur poſſeſſorio ſuper iure inſtituendi, et cum hoc petebatur
quod non moleſtaretur inſtituens in ſua poſſeſſione: vnde in-
iuriabatur non admittendo inſtitutum, vel alium, recte inſti-
tuendo, vel eligendo, aut recipiendo: et ſic turbabat epiſco-
pum, vel forte terrebat electos, vt non conſentirent electioni:
quo caſu epiſcopus, tanquam in poſſeſſione turbatus, potuiſ-
ſet agere interdicto vti poſſidetis. ff. vti poſſid. ſi duo. §. item
ſed ſi ſuccubuit. in ſecunda parte agebat negatoria: de quo de
24 verborum ſignificatione. abbate. ¶ † Opponitur ſecundo quod
epiſcopi debuerit valere preſentatio, dato quod ſit in poſſeſſio-
ne: vt patet. ſupra capitu. querelam. de cauſa. poſſeſ. cum eccleſia.
de iure patrona. conſultationibus. cum ſimilibus. Solutio. Dicit
Hoſtienſis quod litera ſic eſt intelligenda, quod canonici erant
in poſſeſſione antequam epiſcopus memoratus, ſcilicet inſti-
tuiſſet, et ſic inſtitutio fuit facta a non poſſeſſore: alias innue-
ret hec litera quod ſerus vſus non preſcriptus non preiudi-
cet conſuetudini preſcripte, quo ad validitatem actus preſen-
tandi. Quod eſt falſum: quia ſufficit ſola poſſeſſio: vt in iuri-
bus preallegatis. Tu lege ſimpliciter quod hec poſſeſſio preſu-
mitur vitioſa, ex quo conſtat de antiquiori: niſi aliter iuſtifi-
cetur, vel informetur, ſicut hic. Et opinio videtur quod tex-
tus male dicat in poſſeſſorio obtinere capitulum, licet probe-
tur capitulum poſſediſſe ante epiſcopum: quia recentior poſ-
ſeſſio in poſſeſſorio proficit. ſupra eodem. querelam. quia opor-
tet agentem poſſeſſorio eſſe in poſſeſſione, quando agitur reti-
nende. Dic quod fuit in poſſeſſione antequam epiſcopus me-
moratus, dic ſcilicet inſtituiſſet. Item in eo quod ſenſit ele-
ctionem epiſcopi non valere, ſi probetur epiſcopum in poſſeſſione
eſſe poſt capitulum: quia ſufficit poſſeſſio tempore electionis. ſ. eo.
querelam. de iure patro. conſultationibus. Tu dic quod quilibet
probabat de poſſeſſione, ſed de antiquiori probat capitulum: quia
forte a centum annis citra, ⁊ epiſcopus a decem annis citra,
et ſic quilibet probat, ſed capitulum de antiquiori: ideo obtinet.

j. de

J.de proba.licet. Et ſecundum hoc hic eſt caſus quod poſſeſſio re-
cens,vbi conſtat de antiquiori poſſeſſione,non dat validum actū
electionis,quaſi iniuſta preſumatur.C.de acqui.poſ.l.fi.ꝛ de prob.
25 licet cauſam.quod nota.¶ Tē ppo.tertio quod non ſufficiat pro-
bari generalem conſuetudinem:quia non ſequitur. Alia hoc ſer-
uat:ergo ꝛ iſta.Solu.Hic probatur ſpecialis conſuetudo,ꝛ vltra
hoc generalis:ideo ad tex.ſupple magine:quia ſufficiebat ſpecia-
lis.In contrarium allegat,quia ſufficiat generalis:de offic.archi.
dilecto.de cenſi.ſuper eo.Dic vt dicto.c.dilecto.in antiquo: ſic vi-
detur quod in confeſſoria non obtineat,niſi probet de proprietate
iuris:de iudi.examinata Ergo cum hec ſola poſſeſſio probaretur,
non ſufficiebat ſi non probabatur conſuetudo:cuius contrarium
dicit text.a contrario ibi:magine innuens quod non probata con
ſuetudine obtinet. Dic quod probatur conſuetudo ſpecialis,
et cum hoc generalis:ꝛ dicit magine, quia idem ſi non generalis,
ex quo probabatur ſpecialis. Et dicit Hoſtienſis. quod ſine
ſpeciali non ſufficeret generalis:de quo de cenſi.ſuper eo.de offic.
26 archi.c.fi.¶ † Quero quid ſi ambo equaliter probaſſent. Dicit
gloſſ.quod determinabit ſecundum ius commune,vt ambo equa-
liter conſerant:quia ſic eſt de iure communi:alias ſententiandum
eſſet pro poſſeſſore.Nota iſtam gloſſ.per quam limitatur regula,
que dicit,in dubio pro reo pronunciandum:quia id verum, quan-
do non eſt innata intentio actoris de iure communi:alias pronun-
tiandum eſt pro eo in poſſeſſorio retinende:ꝛ ſi innat in parte, pro-
nunciatur in parte.Ratio,quia quatenus habet ius cōmune pro
ſe,dicitur habere titulum.Sed in alio loco ſic inueni,alias ſenten-
27 tia feratur pro reo,niſi in caſibus.¶ † Nota limitationem ad id,
quod dicitur.Actore non probante,ꝛc.quia id verum,niſi ius com
mune in aliquo fundet intentionem agentis:ꝛ quod id,quod dici-
tur,quod ſententia non debet ferri,vt diuidatur,ſicut faciunt ru-
ſtici:vt in.l.ukſe:mins.ff.de neg.ge.fallit niſi,vt diuidatur confor-
ma ad ius.¶ Quero an econuerſo poſſit epiſcopus preſentem vt
inſtituat ſine epiſcopo.Dicit quod non ſecundum Hoſtien. Tu
dic vt no.de his,que fiunt a prela.ea noſcitur.Glo.oppo.quod pe-
titio hic eſſet ſuperflua:quia idem petebatur in vno articulo, qđ
in alio.Solu.Dic quod in primo agebatur vt canonici impedirē-
tur,in ſecundo agebatur vt ſibi liceret vti iure eligendi. Vel dic
quod in primo agebatur poſſeſſorio retinende:in ſecundo ageba-
tur petitorio quaſi confeſſoria,dicendo ſibi ius eſſe.Et nota bene
quod non admittentes electum ab exiſtente in poſſeſſione, viden-
tur turbare poſſeſſionem:quia ſi eſt turbatus poſſeſſor,quādo fru-
ctus ab eo auferuntur,vel libere fructus colligere non poteſt: ita
turbatur poſſeſſor iuris eligendi,quando ab eo electus non admit-
titur:quia fructus iuris eligendi eſt ipſum eligere,ꝛ effectus fru-
ctuum quod electus admittatur:ꝛ turbando dicitur iniuriam fa-
cere.Plus dicunt doc.quod turbare dicerentur,ſi electum ab epi
ſcopo nimis terrerent,ne conſentiret electioni epiſcopi canonicus
electus:quia ſic tolleret eius libertatem.

1 ☞ Electum a compromiſſarijs,ſi ſit dignus,non poſſunt com-
promittentes refutare.
2 Compromiſſariorum numerus non eſt de ſubſtātia compromiſſi.
3 Compromittere in certos numero diſpari tutum eſt.
4 Compromittere non poteſt capitulum ſuper electione,niſi omniū
conſenſus vnanimiter interueniat.
5 Compromiſſi formandi ſuper electione ſienda,que ſit practica.
6 Eligendi poteſtas dari poteſt,ꝛ electionem paſſiuam reſtringendi
ad certum locum.
7 Electionis forma non vitiatur,licet capitulum compromittat in
aliquem,vt poſſit libere eligere.
8 Confirmatio epiſcopi ad proximiorem ſuperiorem ſpectat.
9 Confirmans debet examinare electum.
10 Confirmans debet prius pronuntiare ſuper habilitate perſone.
11 Sententia prius ſuper cauſa ſentētie,ꝛ poſtea ſuper forma, valet.
12 Eligere poſſunt compromiſſarij vndecunque,15.
13 Diſpenſare contra canonem poteſt epiſcopus.
14 Compromiſſarij ſi procedant laudando,non requiritur omnium
conſenſus.
16 Speciem nouam non conſtituit mixtura duarum formarum.
17 Compromiſſariorum ſententia contra formam eſt ipſo iure nulla.
18 Pauci dicuntur minor pars.
19 Fere,dictio refertur ad modicum.
20 Sententia iniuſta non tranſit in rem iudicatam,
21 Juramentum calumnie non excludit iuramentum de malitia.
Judex ex officio poteſt repellere agentem,vel opponentem, pro-
pter vehementem malitie ſuſpicionem.
22 Exceptiones,que poterant opponi ante ſententiam,ſi poſtea pro-
ponantur,preſumuntur malitioſe oppoſite.
23 Aſtutia,nomen ſignificat quandam doloſitatem.
24 Teſtis dictum non valet ſine iuramento prius preſtito.
25 Teſtis deponens ſuper facto proprio quando probet.
26 Teſtibus contradicentibus,ſtatur maiori numero.
27 Probatio fruſtra queritur,vbi teſtes ſunt ſingulares.
28 Compromiſſarij ad eligendum non tenentur voces capituli ſer-
uari.
29 Judex delegatus ad voluntarie procedendum, poteſt plenarie
procedere.
30 Beneficij perdendi pene quis poteſt ſe ipſum ſubmittere.
31 Judex videns,actorem malitioſe procedere poteſt ipſum ad ali-
quam penam aſtringere.
32 Obligatio facta coram iudice promptam habet executionem.
33 Calumnie penam non euitat ſemiplene probans.
34 Ad ſententiam obtinendam non ſufficit exceptionis propoſi-
tio.
35 Judex ſuper propoſitis non iudicat,niſi ad partis inſtantiam.
36 Sententia interlocutoria quando tranſeat in rem iudicatam.38.
37 Appellandi tempus eſt decendium.
39 Appellatio non extinguit,nec ſuſpendit iudicatum.
40 Appellatio extraiudicialis,dicitur prouocatio.
41 Judex teſtificari poteſt de geſtis coram ſe.43.
42 Teſtis eſſe non poteſt procurator in negotio per ſe geſto.
44 Negatiuam coarctatam quis poteſt probare.
45 Juramentis preſtandis que nam preambula.
46 Juramentum calumnie non niſi ſemel preſtatur ſuper tota lite.
47 Juramentum calumnie non preſtatur in cauſa ſpirituali.49.
48 Juramentum calumnie preſtatur ſuper incidentibus in cauſa
ſpirituali.
50 Poſſeſſionis queſtio ſuper re ſpirituali an ſit ſpiritualis.
51 Juramentum calumnie hodie preſtatur in ſpiritualibus.
52 Probandi onere arctatur opponens contra electionis formam.
53 Teſti ſingulari non creditur.
54 Electio contra formam eſt nulla ipſo iure.
55 Electio ad dicta teſtium facta preter formam,caſſatur.
56 Beneficio ſuo non priuatur opponens ſe contra electum.
57 Spes premiorum future victorie non poteſt realiter obligari.
58 Beneficia ſua quis non poteſt realiter obligare.
59 Calumnia poteſt excuſari vno bono teſte.
60 Penam poteſt euadere,qui probabiliter excuſatur.
61 Confirmatio habet vim ſententie ꝛ ſupplet omnem defectum.
62 Condemnatus non auditur poſt ſententiam.
63 Electo confirmato an poſſint alique exceptiones opponi.
64 Sententia in cauſa matrimoniali an tranſeat in rem iudicatam.
65 Sententia an tranſeat in rem iudicatam quo ad preiudicium
tertij.
66 Vinculum ſpirituale eſt fortius vinculo temporali.
68 Sententia contra legem diuinam non tranſit in rem iudicatam.
69 Sententia interlocutoria an tranſeat in rem iudicatam.
70 Appellatum non ſufficit,niſi conſtet in decem dies.
71 Probare debet ſubſtantialem ſolennitatem,qui eam allegat.

1 **Cum dilecti.** ¶ † Cōpromittētes electū a
cōpromiſſarijs,ſi ſit dignus,
refutare nō poſſunt,niſi contra formā compromiſſi eū
electū appareat.Et ſunt tres partes.In prima allega
tio pro electo.In ſecunda ibi:verum.allegat contra electū.In ter
tia ibi:nos vero.diffinitiue commiſſio:que Primo mandat recipi
iuramentum malitie.Secundo iuramentum veritatis a compro-
miſſarijs:ꝛ tunc diſtinguit duos caſus.Tertio mādat obiectionē
his caſibus,quibus ſuccumbit,puniri:ꝛ ſoluit obſtaculum.¶ Ca
ſus.Vacante Morinen.eccleſia canonici cōgregati electa via com
promiſerūt in tres de capitulo Morinen.quibus poteſtatē dede-
runt eligendi:ſed in facto de forma,ſuper qua,vel ſecūdū quā de-
berent eligere,nō erat bene clarū in facto:ꝛ promiſerunt illum ha-
bere pro paſtore,quem illi tres eligerent:qui compromiſſarij vocib⁹
ſcrutatis ſingulorū de capitulo,elegerūt quendā Joānē archidia
conū eiuſdē eccleſie,ꝛ corā archiepiſcopo petita cōfirmatione, finaliter
fuit oppoſitū ꝙ inhabilis erat etate:hoc aūt qꝛ nō fuit probatū:qꝛ
habita informatiōe per archiepiſcopum habuit informationē ꝙ erat habi
lis etate,pnūtiauit eū habilē eſſe,ꝛ finaliter ipſum cōfirmauit.Tan-
dē quidā Joānes Morinen.canonicus noīe aliquorū canonicorū,
per viam querele acceſſit ad apoſtolicā ſedē,ꝛ propoſuit talē illegitime
ꝛ iniuſte cōfirmatū,contra eū in effectū proponēs duas cāſ.Prima, qꝛ
erat in etate defectuoſus.Scđa,qꝛ erat electus contra formam eccleſie:ꝛ
dato ꝙ cōfirmatus fuiſſet,hec cōfirmatio debebat retractari,tan-
quam attentata ꝛ iniuſte,ꝛ per ſubreptionē.Jdeo petebat dictā cōfirma
tionē ꝛ electionem ex cauſis dictis irritari:ꝛ factis probationibus
hinc ꝛ inde:finaliter fuit deuentū ad calculū ſnie:ꝛ per vtraque parte
fuerūt allegatiōes corā papa:pro pte archidiaconi allegabāt tria:
ptātem datā cōpromiſſarijs tribus,vt eligerēt:electionem factā
de archidiacono a dictis tribus:ꝛ cōfirmationē factam de eo fuiſ-

ſe:non obſtantibus obiectis pro parte canonicorum ponebant in
facto primo compromiſſum tribus:⁊ in hoc erant concordes. Se-
cūdo ponebatur in facto formam fuiſſe datam his tribus, vt ſcru
tatis vocibus ſingulorum eligerent illum, in quem maior, ⁊ ſanior
pars conſentiret. Tertio qđ maior ⁊ ſanior pars non conſenſerat
in archidiaconum, ⁊ qđ omnes vnanimi voce facta electione re-
ſponderunt qđ mirabantur qualiter talis fuiſſet electus, cum in
eccleſia multi fuiſſent meliores iſto electo. Concludebat quod cum
hic contra formam facta electione iniuſte obtinuiſſet confirmatio
nem, qđ illa retractaretur:⁊ quidam diaconus Wormeñ. qui erat
promotor huius actionis, obtulit pape ſe illa probaturum, ⁊ ſi nō
probaret ipſa, volebat perdere beneficium qđ habebat in eccleſia
Wormeñ. Papa auditis allegationibus, quia probationes non
poterāt coram eo fieri, commiſit cauſam iudicibus in ſupra ſcri-
ptione contentis, quibus mandat duo principaliter. Primo con-
firmationem ⁊ ſententiam ſuper facto huius electionis. Secundo
deciſionem ſuper incidenti obligatione ad perdendum beneficiū.
Circa primum mandat qđ ſe informet, ⁊ ante omnia exigat iura-
menta de malitia, ⁊ ab opponentibus, ⁊ de veritate dicenda a com
promiſſarijs, quibus exactis ab ipſis ſe informet, Primo an ſcru
tatis vocibus ſingulorum maior pars cōſenſerit:⁊ ſi atteſtētur qđ
ſic, ipſi, vel ſaltem duo ex ipſis, confirmetur electio. Si atteſtentur
qđ maior pars nō ꝯſenſerit, ſe informent ſuper forma data:⁊ ſi in-
uenerint qđ data fuerit illa forma, vt illū eligerent, in quē maior, ⁊
ſanior pars, ⁊c. omnino caſſent electionem. Si inueniant qđ illa for
ma nō fuerit data, ſed ſimpliciter compromiſſum, electionem con-
firmēt, ⁊ ſubdiaconū, qui ſe obligauit, priuēt beneficio in illa eccle
ſia, nō obſtāte qđ obijcitur de defectu etatis. Primo qꝛ opponen-
tes nō multum in illo inſtiterant. Secundo, qꝛ dato qđ inſtiterint,
iam fuerat lata ſententia pro archidiacono, nec ab illa fuerat ap-
pellatum:⁊ ſic illa tranſierat in rem iudicatam. ¶ Legam decre.
notādo per partes. Primo habemus allegationem pro electo:in
2 ſecundo contra electū:in tertio mādatum de diffiniendo. ¶ †No.
ex prima parte, primo quod numerus compromiſſariorum nō eſt
de ſubſtantia:nam quandoq; in tres, vt hic:quandoq; in ſeptem,
3 vt no. ſ. c. in cauſis. ¶ †No. tamē tutum quod fiat compromiſſum
in numero diſpari, non equali, ⁊ hoc propter diſcordiam vitandā:
quia ſi ſint inequales, citius concordabunt:quia neceſſario habe-
4 bitur maior pars ex vna parte. ¶ †No. ſecundo qđ in eligēda via
cōpromiſſi exigitur omniū vnanimia conſenſus:vnus ergo con-
tradicens impedit. Et nota de verbo, Unanimiter. de hoc. ſ. eod.
5 in cauſis:⁊ hec, ⁊. ſ. ca. quia propter. ¶ †Nota tertio practicam for-
mandi compromiſſum, vel inſtrumentum factum ſuper compro-
6 miſſo in actu electionis. ¶ †Quarto nota quod poteſt dari pote-
ſtas eligendi, reſtringendi electionem paſſiuam ad certum locum:
nec hoc dicitur contra ſubſtantiā electionis:de quo. ſ. eo. cum ter-
7 ra. ⁊. ſ. ca. cum in iure. ¶ †Nota quinto quod licet facto compromiſ
ſo ſimpliciter liberum ſit eligere in perſonam compromiſſario-
rum, non tamen per hoc vitiatur forma:ſed ipſi in hoc ſciſcitanſ
voluntates eorum, a quibus habent liberam eligendi poteſtatem:
⁊ ſic licet ſimul miſerint formam compromiſſi, ⁊ ſcrutinij, per hoc
non dicitur fieri contra ſubſtantiam. Ad hoc. ſ. eo. cum expediat.
8 lib. vi. ¶ †Sexto nota quod confirmatio electionis epiſcopalis di
gnitatis ſpectat ad proximum ſuperiorem:⁊ ſi ſit epiſcopi, ad ar-
9 chiepiſcopum, ⁊ archiepiſcopi ad patriarchā. ¶ †Nota ſeptimo
quod ad confirmantem ſpectat examinare:⁊ examinat antequam
confirmet principaliter circa duo, circa electionis formam, ⁊ circa
10 qualitatem perſone electi. ¶ †Octauo nota cautelam quod con-
firmans prius pronuntiat ſuper habilitate perſone vel forme, et
poſtea confirmet:⁊ ſic ſeruant executores. Primo pronuntiant ſu
per habilitate perſone. Secundo prouidēt:⁊ hoc ne poſſit amplꝰ
11 contra perſonam opponi. ¶ †Et nota tutū quod prius ſuper cau
ſa ſententie pronuntietur, ⁊ poſtea pronuntietur ſuper forma:nec
per hoc vitiatur ſententia. Et ſic alibi dicit Barto. tutum quod
iudex quando procedit contra aliquam admiſſionem, vt contra
contumacem, quod ante omnia declaret per ſententiam ipſum cō-
tumacem, ⁊ poſtea procedat ad admiſſionem:vt ſic per hoc oſten-
dat quod ei conſtat de contumacia:alias non ſufficeret ipſum eſſe
contumacem, niſi ſibi conſtaret:arg. l. iij. ff. ex quibus cauſis in poſ.
ea. ⁊ hoc ponit in. l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infect. Licet enim
confirmando videatur pronuntiare ſuper habilitate, tutius eſt qꝫ
ſuper ea pronuntietur. Et ſic habes qꝫ licet non pronuntietur ex
neceſſitate ſuper incidenti, tamen cautū eſt pronuntiari. ff. de mi-
no. l. intra vtile. ⁊ no. ſ. de ordi. cogni. c. j. ad hoc. ſ. de electi. cū inter
12 R. ¶ †Circa hanc partem opp. quod compromiſſarij poſſunt eli
gere vndecunq;, nec arcentur eligere de gremio eccleſie. ſ. eod. in
cauſis. Solu. Hoc verum, niſi aliud habeat forma compromiſſi, vt
hic. Secondo quia hic allegans, ⁊ papa ponderant ſententiam ſu-
per etate ad precludendam viam contra electionem de etate:ideo
opponitur cum glo. que eſt ſuper verbo In etate: qꝛ non videtur

quod ſententia aliquid operetur:nam inferior a principe non po-
teſt diſpēſare ſuper etate:quia hoc eſt ſolius principis. C. de his,
qui ve. eta. impe. l. ſi. ⁊ l. iij. Pro ſolutione contrarij gloſſ. examinat
hic, an inferior a papa cum promouendo ad dignitates poſſit di-
ſpenſare. Ponit duas opi. Una, quod poſſit diſpenſare. Allegat
de eta. ⁊ qua. preterea. Secunda, quod non poſſit. ⁊ probat primo
per. l. iij. ⁊ per. d. l. ſi. que leges non apparent per canones correcte:
ergo illis eſt ſtandum:argu. eius, quod habetur de no. ope. nun. c.
j. ¶ Secundo idem confirmat:quia concilium hoc prohibet, ne ta
les eligantur:⁊ canon de eta. ⁊ quali. c. cum te. ⁊ canon imponit etiā
penam volenti confirmare. Hoc amplectitur gloſſ. ⁊ ratione dat:
quia inferiores a papa non poſſunt diſpenſare contra concilium.
Hoc patet:quia in illegitimitate non poſſunt diſpenſare contra
concilium. ſ. de ſi. preſby. c. j. ⁊ ſi. ergo ſi ibi non poſſunt, quia conci-
lium prohibet quod illegitimus promoueatur, ſequitur quod in
etate idem erit, cum concilium hoc prohibeat:⁊ quia magis cele-
13 bre concilium eſt:vt patet in decre. cum in cunctis. ſ. eo. ¶ †Nota
gloſſ. quod licet aliquo caſu contra canonem diſpenſat epiſcopus,
hec ſit regula quod contra concilium nō diſpenſat epiſcopus. Ad
hoc cle. ne. Romani. de elec. in cle. Inno. ⁊ Hoſtien. ⁊ multi alij vi-
dentur velle quod poſſet in etate diſpenſare. Dic hodie vt de eta.
⁊ qualita. c. j. lib. vi. que permittit aliquo caſu diſpenſationem eta-
tis:ſed quatenus non permittit, glo. hic eſt vera. Ad contraria re-
ſpondetur quod licet non poſſit diſpenſare contra etatem, poteſt
tamen ſuam declarare etatem eſſe vel non eſſe:qꝛ iſtud non eſt di-
14 ſpenſare. ¶ †Quero an in compromiſſarijs exigatur omniū con-
ſenſus. Dic quod non, etiam ſi ſit compromiſſum ſimpliciter, qđ
illum habebunt, quem ipſi eligent:quia tale compromiſſum habet
intellectum iuris, vt intelligant ipſi vel maior pars eorum. Ad
hoc. ſ. ver. ⁊ ſi tres. vbi ſtatur dicto maioris partis. Et hoc verum
ſi ambo ſunt preſentes, ⁊ duo conſentiant, ⁊ tertius contradicat. ff.
de arbi. l. ſi in tres. ⁊. l. ſeq. Aliqui tenent contrarium, comparando
eos pluribus procuratoribus ſimpliciter datis:ſed hoc, quod di-
15 xi prius, teneas. ¶ †Uenio ad ſecundam partem ad allegata con-
tra electum, que tangitur in ver. verum. Et nota primo quod po-
teſt reſtringi poteſtas compromiſſariorum, vt eligant quos ma-
16 ior pars capituli nominauerit. †Et nota quod miſtura duarum
formarum ſimul non conſtituit nouam ſpeciem:⁊ ſic ſimplicia mi-
ſta non inducant nouam ſpeciem. Et nota quod licet facta electio-
ctione pendeat electio ab alterius poteſtate, ſit contra ſubſtantiā
electionis, tamen prout eligere eſt in fieri, quod determinatur ad
alterius voluntatem, ⁊ quod alterius voluntas miſceatur in actu
eligendi, prout eſt in fieri, non eſt contra ſubſtantiam electionis.
17 ¶ †Nota ſecūdo quod electio a compromiſſarijs vltra terminos
poteſtatis, ⁊ contra formam, vel preter ſibi datam, eſt ipſo iure nul
18 la. ¶ †Nota tertio quod pauci dicuntur minor pars. †Et not. de
19 hac dictione Fere, que refertur ad modicum:vnde fere omnes ce-
perunt, id eſt prope omnes. Quod nota pro teſte, qui dicit qđ poſ-
ſedit fere viginti annis. per Gul. in. l. ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. ⁊
in. l. ab hoſtibus. §. ſed qđ ſimpliciter. ff. ex quibꝰ cau. ma. vide. ſ. de
20 uſu. preterea. In hac parte nihil aliud ſcribitur. ¶ †Uenio ad
tertiam partem, ſcilicet ad diffinitionem in verbo Nos vero. Dic
nota Primo qđ ſententia in cauſa beneficiali iniuſta non tranſit
in rem iudicatam quo ad iudicem, quin eam ex officio poſſet retra
ctare:nec quo ad partem, quin audiatur per viam querele ex cauſa
petens eam reuocari antea non diſcuſſa. Et ſic habes quod ſubre-
ptitia ſententia in beneficiali non tranſit in rem iudicatam, quin
21 ex cauſa non diſcuſſa poſſit retractari. ¶ †Nota ſecundo quod iu-
ramentum calumnie ſemel preſtitum non excludit iuramentum
de malitia:⁊ ſic primo exacto poteſt hoc in qualibet parte litis ite
rato exigi primo non obſtante. Uide hodie de iuramento calum. c.
j. lib. vi. vbi ſi iudex ſuſpicatur opponentem vel agentem malitio-
ſe agere, ſtatim debet ſupplere, vel agentem repellere, ſi vehemen-
tem habet ſuſpicionem, vel ipſum cogere ad purgandum de ſuſpi
cione per iuramentum malitie. Et hoc vltimum tutius qꝛ non de-
bet eſſe pronus ad repellendum exceptionem, maxime preiudicia-
lem, vel actionem. ij. q. j. primo ſemper. ⁊ ſcribit Innocē. de conceſ.
preben. poſt electionem. Eſt alia practica per iſtum text. qđ iudex
eum compellat ad ſe obligandum ſub pena, vbi in probatione defi
ciat. Modus autem purgandi malitiam ex parte opponentis,
vel agentis, datur per Innocen. in. c. poſt electionem. non quod ſe
offerat ad iuramentum:quia ſic magis eſſet ſuſpectus. ff. de pro-
cu. l. que omnia. ſed quod eius, quod dicit, incontinenti offerat p-
22 bationem. †Et nota quod ex eo quod poſt ſententiam contra ali-
quem, contra quem prius non fuit oppoſitum, de nouo agitur, eſt
malitie preſumptio, propter preſumptionem ſentētie iam late:qꝛ
ſi tunc non oppoſuit, preſumitur contra modo volentem ſe oppo-
23 nere:vt no. ſ. qui ma. accu. poſſunt. c. j. ¶ †Nota ſecundo illud ver-
24 bum Aſtutia, qꝛ ſignificat quandam ſubtilem doloſitatē. ¶ †No-
ta tertio quod nō admittitur teſtis ad teſtificandū inter alios, niſi
prius

prius preſtito iuramento:⁊ ſic iuramentum eſt de forma teſtimo-
25 nij. ¶ † Nota quarto ꝙ ſuper facto proprio,⁊ a ſe geſto, queſtio-
ne inter alios vertente,quis admittitur ad teſtificandum:⁊ valet
teſtimoniū,quādo alia non pōt haberi ꝓbatio. Videt̃ ergo hoc te-
26 ſtimonium ſubſidiariū,de quo dicā.ſ. ¶ † Nota quinto ꝙ cōtradi-
centibus teſtib⁹ etiā ab vna parte ꝓductis,ſtatur maiori:⁊ ſic duo
cōuincunt vnū,⁊ vnus nihil de ꝓbatione detrahit. De quo plene
27 per gl.ſ.de teſti.in noſtra.de ꝓba.licet cauſam. ¶ † Nota ſexto ꝙ
vbi ſic ſe hꝫ materia,ꝙ nō poſſunt haberi teſtes, niſi ſingulares,
qꝛ tunc ꝓbatum nō releuat,teſtes ad ꝓbandum nō ſunt admittē-
di. Et nota exceptionē vnam cōtra teſtes,⁊ cauſam vnam, ex qua
detrahitur ꝓbationi teſtium,qñ in teſtificando ſunt ſingulares.
Idem habuiſtis.ſ.eo.bone.vide tex.ſ.de ꝓba.l3 cauſam. ¶ Nota
ſeptimo ꝙ dicens formam datam compromiſſo,illam probet.⁊ ſic
actus,⁊ poteſtas,qꝛ ſui origine ſimplex eſt,ſic a principio fuiſſe pre
ſumitur. Dicens ergo nouitatem aliquam erga formā,illam pro-
28 bet. ¶ † Nota ex ver.alioquin.ꝙ compromiſſarij de iure non ar-
ctantur ad ſcrutandas voces capituli:⁊ ſi de facto ſcrutentur,ha-
bent liberum ius eligēdi,nec arctantur ad ſequendū voluntatem
maioris partis:etiā poſſunt cōtra voluntatē maioris partis elige
re. Et ſic ꝙ aliqs voluntarie facit,non aſtringitur. Vide.ſ.e.cum
inter.⁊ vide.ſ.de doctore diſputante voluntarie,an teneatur diſpu
tationem dare in ſcriptis.de reg.iur.acceſſoriū.li.vj.ad hoc.ſ.eod.
29 bone. † Facit ꝙ ſi aliquis,vbi pōt ſummarie ꝓcedere, ꝓcedat ple-
narie,ꝙ licet per omnia nō ſeruet modū,ꝙ valet.de quo in cle.ſi.
30 de ver.ſig.⁊ in.c.Quintauallis.de iureiur.per Inn. ¶ † Nota ſecū
do ꝙ pōt quis aſtringere ſe ad penam perdendi beneficiū,ſi nō ꝓ-
bat:⁊ ſic vltra penam a iure impoſitam nō probanti: pōt ſe quis
31 aſtringere ad extrinſecam penam. † Et cōſulit Compo.vbi videt
iudex ꝙ aliquis malitioſe opponat ꝙ ipſum aſtringat, ⁊ ipſum
aſtringere poteſt ad hanc penam:alias enim ab agendo repellet.
Ad hoc de offi.deleg. P. ⁊ H. Et hodie hec pena ipſo iure eſt a
32 iure impoſita. † Et nota ꝙ obligatio facta coram iudice abſqꝫ alia
inſtātia,velut notoria,⁊ cōfeſſoria iudici,promptam habeat execu
tionem,ſicut ſententia. Ad hoc.C.de epiſco.⁊ cle.aut.gñaliter.C.de
li.cōteſt.aut.libellū.C.de ferijs.aut.ꝙ fieri.ff.de pac.l.tale pactū.
33 §.qui ꝓuocauit.ad hoc de offi.ord.ad reprimendam. ¶ † Et nota
hic apertum ꝙ penam calumnie non euitat ſemiplene probans.
34 Ad hoc de iura.cal.c.i.⁊.ij. ¶ † Nota ꝙ iudex in calculo ſententie
nō habet curare exceptionē,in qua nō inſiſtit excipiens:⁊ ſic vt ſu-
per exceptionibus pronunciet iudex,oportet partem inſtare,⁊ ꝓſe
qui. Sola ergo ꝓpoſitio exceptionis non ſufficit ad obtinendam
ſententiam pro ea,niſi quis illam proſequatur,⁊ proteſtatione de-
claret,ꝙ illam eius miniſterio oppoſuit,⁊ ſuper ea inſiſtat. ꝙ eſt
35 bene notandū. † Iudex enim ſuper propoſitis nō iudicat, niſi ad
inſtantiā partis. Et ſic dato ꝙ conſtet ex actis exceptionem pro-
poſitam obſtare,nō ſupplet iudex ex facto iudicando,niſi pars pe
36 tat. ¶ † Nota ſexto apertum textum ꝙ in cauſa matrimoniali ſñia
tranſeat in rem iudicatam. Et eſt melior tex.qui poſſit allegari,ꝙ
plus eſt etiam in interlocutoria,⁊ hoc quo ad partem,vt nō poſſit
37 ex illa cauſa,ex qua ſpecifice eſt ꝓmulgata,retractari. ¶ † Not.ꝙ
tempus ad appellandum eſt decendium,⁊ ꝙ ex lapſu decendij de-
38 ſeritur facultas appellandi,⁊ ſñia tranſit in rē iudicatā. ¶ † Nota
qꝛ ꝑ hoc infert̃ cōtra multos. Inn. qui ſentit ꝙ in cā bñficiali ſen-
tentia non tranſeat in rem iudicatam:ſic nec in matrimoniali: vt
in.c.lator.⁊.c.conſanguinei,de re iudica.hoc dixit de reſcriptis.cō
ſtitutus.de dolo.dilecti.de reſti.ſpo.olim.de re iudi.cum Bertol-
dus. Hanc materiam expediui de reſcrip.ad audientiam. aliquid
39 tangā.ſ. ¶ † Nota vltimo ꝙ appellatio nō extinguit, ſed ſuſpen-
dit pronunciatum. De quo de app.cum ſit.de iureiur. veniens.de
40 appella.paſtoralis.vbi bonus textus. † Et nota ꝙ appellatio ex-
traiudicialis dicitur prouocatio.de quo de appel.cum ſit. ¶ Ve-
nio ad ſubſtantialia mandata:⁊ primo contra ordinem mandati
totius, Oppo.ꝙ prius debuerit mādari,vt iſti ſe informarent de
forma mandati,ꝙ̃ de numero conſentientiū:nā ꝓbata forma man
dati,poterat ſic eſſe ꝙ hec ꝓbatio de numero cōſentientiū eſſet ſu-
perflua. Solu. Dicit hic Io.An.ꝙ hoc fecit:qꝛ ꝓbatio de nume-
ro erat facilior,in qua non querebantur teſtes de longinquo, nec
41 locus erat reprobationi. ¶ † Oppo.ſecūdo ꝙ iſtis compromiſſa-
rijs non ſit adhibenda fides:qꝛ non debēt in cauſa propria eſſe te-
ſtes,vel ſuper facto ꝓprio.de ꝓba.qm̃ cōtra falſam.C.de teſti.nul-
lus.iiij.q.iij.nullus. Solu. Dicit gl.que eſt ſuper verbo. Et ſi tres.
ꝙ quidā dicunt hos poſſe eſſe teſtes ſuper facto a ſe,quando inter
alios de facto vertitur dubitatio:⁊ ſic non dicuntur teſtificari in
facto proprio in cauſa propria, ſed de facto proprio in cauſa alie-
na. Dat ſimile in iudicibus, qui poſſunt teſtificari in facto, ⁊ de
geſtis coram ſe.de teſti.cum a nobis. Sed dicit gl. ꝙ cōtra hoc eſt
c.qm̃ ꝯ falſam.de ꝓba.quia glo.dicit ꝙ quandoqꝫ alij teſtes poſ-
ſunt haberi:⁊ in facto ꝓprio nō admittunt̃ teſtificātes inter alios.
Sic loquitur cōtrarium. Aut non poſſunt teſtes haberi:⁊ teſtificā

tes in facto ꝓprio admittantur in ſubſidium,ex quo alij teſtes nō
42 poſſunt haberi:ar.C.de repudijs.l.ſi. Ita dicit hic gloſſa. ¶ † No-
ta ꝙ dicimus procuratorem,per quem negotium eſt geſtum,non
admitti ad teſtificandum. Item ꝓxenetam:vt in aut. de teſti.§.ſi
vero.⁊ not.glo.de teſti. Romana.li.vj. Bart.de iure fiſ.ff.l.diui.§.
itē reſcripſerunt.quod tangit infra,de teſtibus cogen.dilecto. Eſt
43 verum principaliter,in ſubſidium tñ admittūtur. ¶ † Tertio ha-
bes quod iudices in cauſa,in qua iudicauerunt de geſtis coram ſe
non poſſunt teſtificari. Ad primum dic,⁊ tene menti iſta verba: ſi
queritur an de facto proprio quis poſſit teſtificari,aut quomodo-
cunqꝫ teſtificent̃,aut qñocunqꝫ id,quod eſt factum, nō pōt aſcribi
in damnum,vel verecundiam,aut honorem facientis: et pōt eque
principaliter teſtificari,vt ibi. Quandoqꝫ teſtificanti ex facto, vel
nō facto,ſuper quo teſtificatur,poteſt aliquod commodū,vel ho-
nor,vel verecundia applicari:⁊ tunc ſuſpectus eſt teſtis pro altera
partium ſaltem,⁊ ſic non poteſt eſſe teſtis,niſi in ſubſidium,vt hic.
Et hec ſunt verba Ioan.And.valde notabilia in Spec.de teſtib.
§.opponitur.verſi.ſed pone adminiſtratio eccleſie. De hac mate-
ria vide de teſtibus.cum a nobis.vbi plene ſcripſi. Per hoc infer-
tur quid de iudicibus an poſſint teſtificari in actu,in quo fuerunt
iudices. Et conſequenter dicimus quod aut vult teſtificari vnus
ſolus:⁊ illi non adhibeatur fides:quia dictum vnius,⁊c.vt in.c.li-
cet ex quadam.de teſtibus. Aut ſunt plures,⁊ volūt teſtificari du-
rāte tela:⁊ nō poſſunt:quia officia iudicis,⁊ teſtis ſunt incompaſſi
bilia.de verb.ſignifica.forus.ſicut inſtrumentum,⁊ agens habent
ſe vt diuerſa. ¶ Si autem in inſtantia coram alio pendente: com-
muniter dicimus ꝙ poſſunt,⁊ quod ꝓbent:vt in dicto.c.nobis.no.
de ꝓba.quoniam contra falſam.de purga.ca.cum dilecti. Quod intel
lige quando ꝓducuntur in forma teſtium. Secus vt ſimplicis re-
lationis:quia licet aliqualis adhibeatur fides,nō plena, niſi rela-
tionem facerent per ſcripturam,⁊ ad hoc haberent mandatū ho-
minis,vel iuris,vt nota.de proba.quoniam cōtra falſam. ¶ Ad-
uerte,hoc puto,quando teſtificant̃ de geſtis per partes,in quibus
nulla adſcribitur verecundia iudici,cum ſolam partem tangunt.
Si autem vellet atteſtari de ſententia,vel actibus ꝓprijs,credo ꝙ
ſi de eorum validitate reuocaretur in dubiū,quod non admitterē-
tur,niſi in ſubſidium,quia ſuſpecti ſunt,cum in conſequentiam ho
nor,vel verecundia,vel damnum eis veniat applicandum. Quod
bene notabis.de quo per Legiſtas in.l.ſi.ff.de teſtibus. Et hoc vi-
det ſentire Ia.But.in.l.ob carmen.§.j.ff.de teſti. per gl.in.l.ne in
arbitris.C.de arbitris. Cy.⁊ Iac.de Are.in.d.l.pe.⁊ Bar.ibi hoc
tenet. ¶ Unde dicūt quod ſi eſt dubiū de iniuſtitia ſententie,ꝙ nō
poterit teſtificari. Et de primo per Cyn.in.l.quoniam.C.de teſtib.
44 ¶ † Tertio videtur quod ad probandum quod maior pars non
conſenſerit,debebat capitulum admitti:quia quod hoc non ſit fa-
ctum a capitulo,eſt probabile,ſaltem indirecte.de proba.tertio.de
teſti tam literis. Solu. Non factum a capitulo,quod publice a ca-
pitulo,⁊ communiter dicitur factum,eſt ꝓbabile,quia coarctatur
ad certas perſonas:⁊ ex quo eſt de facto publico,poſſunt dari con
teſtes:ſed non factum a ſingularibus de capitulo,non eſt probabi
le:quia ibi non poſſunt dari teſtes conteſtes,vt hic. Ioā. dicit hic
ꝙ etiam directe primum poſſit probari per illa,que dicit in.c.bo-
ne.ibi dictum eſt quod non bene dicit. ¶ Veniamus ad gloſſ.horū
verſiculorum,in quibus habemus plura. Primo quedam pream-
bula examinationis negotij de iuramentis preſtandis. Secundo
mandatum diſiunctum erga negotiū principale. Et primo habe-
mus mandatum,cōſtito quod maior pars cōſenſerit non data for
ma. Tertio ꝙ poſito ꝙ maior pars non conſenſerit non data for-
45 ma. ¶ † Videamus hic circa preambulum iuramenti gl.inſurgit
dupliciter,⁊ vbicunqꝫ gl.hoc tangit,multū ſe extendit,⁊ ſatis in-
uolute loquitur. Et hanc difficultatem ponit gl.in.c.literas.infra
de iuramē.calū.de reſti.ſpo.literas.ſ.eo.dudum.de excepti. paſto-
46 ralis. † Primo decre.obuiat:quia iuramentum calūnie nō debet
plus,ꝙ̃ ſemel preſtari in cauſis.in aut.hoc ſacramentum.C.de iu-
ra.calū.hic contrarium dicitur,ꝙ pluries preſtatur. Hoc tollit gl.
⁊ bene,iuramētū calūnie nō preſtatur,niſi ſemel:⁊ ſic iuramentum
calumnie excludit iuramentum malitie. Ideo vbicūqꝫ iudex ſuſpi
catur ꝯ partē,adſtringit eā ad iurādū,vt hic. Hic enī preſumebat̃
ex quo a principio fuerat facta cognitio ꝯ electū,⁊ nō fuerat oppo
ſitum,⁊ nō opponebatur,⁊ poſt ſententiam,vel quia iuramentum
etiam ſecundum leges ꝓpter hanc preſumptionem preſtat̃ ſuper
exceptionibus,licet ſit preſtitum ſuper tota lite.in aut.de teſti.§.
47 ſi vero.ſ.de teſti.vltra tertiam. † Secūdo obuiat,quia in cauſa ſpi
rituali nō preſtatur iuramentum calūnie.de iura. calum.literas.
48 ¶ † Sol. Dicit gl.quādo cā ſpiritualis,vel queſtio mouet̃ princi
paliter,ſuper illa nō iuratur,ſed bene ſuper incidētibus ad illam:
vt ſi ꝓponantur alique exceptiones,ſup illis iuratur. Idem dicit
49 gl.in.d.c.literas.⁊ eſt ſatis bona. † Secunda ſolutio quod quan-
doqꝫ ex cā ſpūali agit̃ petitorio,ita ꝙ ꝙ eſt ſup ꝓprietate:nō iura
50 tur,vt ibi. † Qñqꝫ queſtio eſt ſup poſſeſſione:⁊ iurat̃:qꝛ ꝙ poſſeſſio

nis nõ eſt ſpiritualis,vt no.gl.Idem dicit gl in.d.c.literas.nõ ap
paret qḋ hec queſtio eſſet poſſeſſoria tantum.¶ Item doc.dicunt
in.c.ſi.de iudi.quod queſtio poſſeſſoria ſuper re ſpirituali eſt ſpiri
tualis ꝑpter cõnexionem.de iudi.q̃to.ꝫ iſte gl.tres,quarum vna
hic,altera in.c.literas.de iuramẽ.calum.τ tertia in.c.literas.de re
ſti.ſpoliato.dicunt contrarium:que glo.ſunt notande,τ menti te
51 nende. ¶ †Alia ſolutio,quod licet excludatur ab illis iuramen
tum calũnie,per hoc non excluditur iuramentum veritatis,τ ma
litie vitande.De quo dic hodie vt in.c.j.de iuramen.calum.lib.vj.
quia iuramentum de calumnia preſtatur hodie in ſpiritualibus,τ
illud non excludit iuramentum veritatis,aut malitie,qḋ põt exi
gere iudex,quoties ſi bi vĩ,vt ibi.¶ Venio ad ſecũdam diſtinctio
nẽ mãdati,q̃ cõſtat ex dictis cõpromiſſariorũ qḋ maior pars non
cõſenſerit di ꝙ hoc caſu dicẽs formã datã,illam probet.¶ Cõtra,
imo vĩ:τ intro gl.que eſt ſuper ver.oſtenſum.qḋ archidiaconus ar
cetur ad illam probandã:qꝛ ex ea fundat intentionẽ validitatis
electionis:ergo ſub qua forma fuerit data,habet probare.So.Di
cit gl.qḋ ex duabus cauſis archidiaconus relevatur ab onere ꝓ
bandi.Primo,quia iam erat electus,τ confirmatus:τ ſic preſum
ptio faciebat pro eo.Dicens ergo contrarium,probet.Secundo,
qꝛ ad hoc ſe obligavit ille,vt patet in fine.Tertia cauſa põt aſſi
gnari,qꝛ qḋ actus ſit ſimplex,τ rudis ſcḋm primevam naturã pre
ſumitur:τ ſic qḋ deducit cõpromiſſum ſimpliciter,hoc preſumitur
in dubio.Quod actus autẽ vltra rudem materiã habeat aliquam
formam poſitivam,eſt per accidens:accidentia autẽ,τ talia poſiti
52 va,nõ preſumuntur,niſi probenſ.¶ †Nunquid autem dicens for
mam ſervatam,arcetur onere probandi,an opponens cõtra for
mã.vide qḋ plene ſcribit Inn.de accuſa.ſuper his.Cuius dictum
Cõpo.poſuit.ĩ.eo.qḋ ſicut.τ vide eadẽ de eo,qui fur.or.rece.c.ſi.et
vide gl.ĩ.eo.qḋ ſicut in ver.qḋ ſi eos:τ de dolo.cum olim.dicam ali
quid hic:τ ideo adverte ad hoc.¶ Si queritur an opponẽs defe
ctum electionis debet ꝓbare:dic,aut opponitur defectus forme,
aut defectus perſone.Si opponitur defectus forme:aut opponi
tur poſt electionem,τ cõfirmationem:τ opponens debet probare,
vt hic eſt caſus,τ no.Inno.τ poſuit Compo.in.c.qḋ ſicut.ĩ.eo.tit.
Ad hoc,quia ſicut quis non cogitur dicere titulum ſue poſſeſſio
nis,quando eſt in quaſi poſſeſſione.C.de peti.hered.l.cogi,ſic non
cogitur,quando eſt in ſtatu confirmationis,niſi fuiſſet appellatũ:
quo caſu gravatur onere probandi,qui prius gravabatur:qꝛ pro
confirmatione preſumitur.¶ Quãq; opponit defectus forme ante
electionem τ cõfirmationẽ:τ hic Cõpoſt.variat:in.c.qḋ ſicut.tenet
ꝙ gravetur onere probandi dicens electionem ſolennem,τ forma
lem:non negans qḋ neganti nõ incumbat probatio.Et pro eo gl.
ĩ.eo.qḋ ſicut.τ ſunt verba Inn.de dolo.cum olim.in.c.in Geneſi.
de elec.tenet ꝙ probare debet,qui dicit defectum ex eo ꝙ in his,q̃
ſunt extra iudicium,preſumitur beneficium,ſi ſpectat ad officiũ
facientis,niſi vbi ius dicit formam probandam.de ſent.excom.ſa
cro.xi.q.iij.quid ergo.Et cum hoc concor.Inn.de eo qui fur.or.re
ce.c.ſi.vbi facit regulam ꝙ omnia,que geruntur extra iudicium ex
officio,ꝑ eorum ſolennitate preſumitur,conſilio de poteſtate faciẽ
tium.C.de proba.l.ab ea parte.Dic,quandoq; opponitur defect⁹
forme hominis:τ dico ꝙ opponens habet probare formam,τ con
ſequenter defectum forme:qꝛ forma habet ſe per accidens,vt hic.
Quãq; opponitur defectus forme iuris,aut pro electione apparet
ſcriptura:τ tunc pro ea preſumitur:τ pro ſolennibus ibi autiatis:
qꝛ talis eſt forma intrinſeca,τ ꝙ ex hoc caſu negans formam ne
gat ius:ergo illi incumbit probatio.¶ Quandoq; non apparet
ſcriptura ꝑ electione,τ tunc aut opponens intendit caſſationem,
τ quo ad illum finem habet probare defectum forme:qꝛ hec eſt ſua
intentio.Aut opponens vult intẽdere ſolam nõ confirmationem:
tinenti eodem contextu. Si autē eligerent ex interuallo, non voca
tis illis, qui ſcienter admiſerunt, non valeret electio: quia illi, licet
admittendo excommunicatos incurrāt minoꝛem, per hoc nō fue-
runt pꝛiuati poteſtate eligendi. de cle. exc. mi. ſi celebꝛat. Et ſic de-
bent vocari: alias non valeret electio. Sic intelligo hic Innoc. qui
aliqualiter hic confuſe loquitur. ¶ Secūdo caſu, quando admit-
tuntur excommunicati aliquibus ſcientibus, ⁊ cōtradicentibus,
vel ſaltem non conſentientibus, non tamen appellantibus, ⁊ alijs
ignoꝛantibus, valet electio habiliū, dum tamen ſcientes non cōſen
ſerint expꝛeſſe qđ vocarentur excōmunicati. Tacita enim ſciētia
non obeſt, ex quo ſecum nō intēdūt eligere, cum etiam ſi contradi
cerent, vel pꝛoteſtarentur ignoꝛantes, non cogerentur pꝛopter di-
ctum eoꝛū, nec etiam deliberent, ceſſaret a vocatione eoꝛū: et tunc
ſcientiū tenet electio, ⁊ pꝛeſtat ſuffragium. Nā non vitiātur voces
ignoꝛantium: qꝛ in dubio non intendunt coeligere cum excommu
nicatis, ex quo pꝛopter ignoꝛantes non poſſunt eos repellere. Et
ſi dicatur eis imputandum, cum poſſint repellere, ⁊ non repellant.
Dic quod nō imputatur: qꝛ non eſt pꝛeſens index. coram quo poſ
ſint hoc pꝛobare, cum capitulum in hoc non ſit index. Item nemo
cogitur alium excuſare. C. vt nemo inuitus. per totum. ſicut nec ap
pellare. de appel. cum ſit Romana. Tutius tamen eſt quod pꝛote-
ſtentur, vel aliter declarent quod ſecum non intendunt coeligere.
¶ Tertio caſu, quando ſimul admittuntur excōmunicati a ſcien-
tibus, ⁊ appellantibus, aliquibus ignoꝛantibus. ⁊ dicit Inno. qđ
ſi in cauſa appellationis appareat, excommunicationem fuiſſe no
toꝛiam illoꝛum, qui fuerunt admiſſi, quod caſſabitur quicquid fa-
ctum eſt poſt appellationem ab ignoꝛantibus nec valet quod di-
cant eos ignoꝛaſſe excommunicatos: quia debebant deferre appel
lationi ex iuſta ⁊ vera cauſa interpoſite. Secus ſi non appellēt, ſed
tantum denuntiant capitulo, alios eſſe excommunicatos: qꝛ tunc
non caſſatur quod fit poſt talem denuntiationem, in qua nullum
ſuperius examen imploꝛatur, illud tamen, quod fiet a ſcientibus,
valebit, ſi ſunt maioꝛ pars: alias non. ¶ Compoſt. in. c. cum dile-
ctus. ſ. eo. tenet contrarium, quod vbi appellatio eſt interpoſita,
vitietur electio: quia licet dicta appellatio ſit interpoſita ex vera
cauſa, non tamen ex pꝛobabili: quia ex quo alij ignoꝛabant, pꝛo-
pter ſcientiam appellantis non debuerunt ſuperſedere electioni.
Et ſic valebit electio facta poſt talem appellationem, ſecundū eū.
Quod credo verum: quia cauſa appellationis non includit iniu-
ſte factum quo ad realitatem electionis, cum etiam poſſent elige-
re de per ſe communicando excommunicatis, cum ex hoc non pꝛi
uentur poteſtate eligēdi, quia ſunt excōmunicati minoꝛi, ⁊ ex quo
non intendunt ſecum coeligere: quod intelligere non cenſentur in
dubio: licet cauſa concludat iniuſte factum quo ad illaqueandos
eligentes in peccatū, ⁊ quod ceſſat pꝛopter iuſtam ignoꝛantiam, li
cet fuerint in aliquali culpa affectando ignoꝛantiam: ſed pꝛopter
hoc non concluditur electio nulla. Tales enim appellationes re-
gulantur a natura cauſe, vt dixi. ſ. e. auditis. ⁊ dixi in. c. bone. ſ. eo.
ti. Ex hoc apparet quid in pluribus compꝛomiſſarijs, quoꝛum a-
liqui ſunt excommunicati. Dicit Compo. qđ nō valet electio, vbi
notoꝛie eſt excommunicatus, ⁊ ſcienter admittitur. Vbi autem ali
qui ſunt excommunicati, ⁊ aliqui nō, ⁊ occulte, dicit qđ ſi duo ſunt
tantum, ⁊ vnus ſit excommunicatus, non valet electio: ar. ff. de ar
bi. l. Pedius. ff. de re iud. l. duo. j. de offi. deleg. cū ſuper. ¶ Si ſunt
tres, vel plures, videtur idem: qꝛ nō vt receperunt ſententiā dixe-
runt. ff. de arbi. l. ſi plures. Alij dicūt quod ex quo ille tertius excō
municatus pꝛeſens eſt, non obeſt excōmunicatio, ſicut nec contra-
dictio. ff. de arbit. l. ſicut. vbi ignoꝛanter admittuntur. dicit tamen
certū qđ ſi data eſt poteſtas aliquibus cū hoc qđ maioꝛi parti ſte-
tur, quod non nocet excommunicatio minoꝛis partis. ¶ Non pla
cet hoc: ⁊ dico indiſtincte qđ ſi aliquis eſt excōmunicatus, non va-
let electio. In compꝛomiſſarijs ratio, qꝛ cōpꝛomiſſarij habent po
teſtatem plures vt plures eligendi: ⁊ ſic omnes coeligūt, ⁊ aliqui-
bus inhabilibus exiſtentibus poteſtas non deuoluitur ad alios,
nec ad alios reſtringitur, vt dixi. ſ. e. cum in iure. qꝛ in ea cenſetur
compꝛomiſſum pꝛout plures vniter ſunt, ⁊ in omnibus quod a
compꝛomittentibus requiritur coelectio: quilibet ergo inhabilis
coeligit, ⁊ ſecum coeligitur, nec aliter de per ſe eligere poſſunt, niſi
coeligant omnes, qui habent ex foꝛma compꝛomiſſi. Non valet er-
go electio vno exiſtente inhabili, ſiue ſcienter, ſiue ignoꝛanter ad-
mittatur. Nec obſtat ſi data eſt poteſtas qđ ſtetur maioꝛi parti: qꝛ
licet maioꝛi parti ſtetur quo ad effectum validitatis electiōis, vbi
omnes eligant, exigitur tamen qđ in electione omnes operentur,
⁊ coeligant. Habitus enim operatiōis electionis eſt penes oēs,
ita qđ non penes maioꝛē partē, lꝫ effectus electionis ſit in maioꝛi
parte. ¶ Nec obſtat qđ tacente aliquo ex eis, ⁊ pꝛeſente, valeret ele
ctio: ergo ⁊ exiſtēte aliquo inhabili debet pariter valere: qꝛ poſſet
negari pꝛimum. Et dato qđ fateatur, nō ſequitur ſcđm: quia ipſe
pꝛeſens, ⁊ tacens adeſt, ſaltem vt contradicens, ⁊ operans in actu
electionis: qđ non eſt poſſibile dare in nō habente poteſtatē eligē-
di: qꝛ nō pōt ſibi adeſſe vt aliquid operās in actu electionis, vel cō-
ſentiendo, vel cōtradicendo, cuius eſt incapax. Et hec eſt veritas.
Nec obſtat ſi dicat qđ vbi iudices ſunt dati cū clauſula. Qđ ſi non
oēs, duo poſſunt: quod duo poterunt, altero inhabili, ⁊ impedito:
ita ⁊ poterit hic, ſi ſubeſt clauſula vt valeat electio omniū, vel ma-
ioꝛis partis: qꝛ aliud eſt in pꝛimo, q̄ in ſcđo caſu. Nā in pꝛimo clau
ſula cōditionat habitū poteſtatis, ⁊ exercitiū. In ſcđo nō cōditio-
nat habitū, ⁊ exercitiū, ſed ſolū effectū: qꝛ vult qđ oībus eligentibꝰ
valeat electus a maioꝛi parte. Et ideo puto ꝙ duobꝰ delegatis ſi-
ne clauſula, vel tribus, qđ ſi vnus eſt excōicatus, qđ non valet ſnīa
duoꝛū: qꝛ lꝫ de iure ſtetur parti maioꝛi, ex quo oēs nō adſunt ad a-
ctū ſnīe, nec adeſſe poſſunt, cū ſinguli vt oēs habeant poteſtatē, nō
valebit ſnīa. Ad hoc de re iudi. ad pꝛobandū. ⁊ hoc quo ad actum
6 electionis. ¶ † Sed eſt dubiū an in alijs actibus permiſtis. Dic, ſi
actus eſt talis, a quo inhabilitetur perſona excōicati, vt ſunt actꝰ
publici, vel actus teſtificandi, vel actus iudicandi: eſt dicendum ꝙ
aut actus eſt capituli, ⁊ per omnia idem quod in electione. Aut a-
ctus cōpetit pluribus vt pluribus: ⁊ tūc dic qđ aut actus reſidet
in perſonā cuiuſlibet indiuidue quo ad habitum, ⁊ indiuidue quo
ad exercitiū, vt eſt actus ſententiandi, quando ſimpliciter ſunt da
ti: ⁊ planum qđ actus vitiatur, vt eſt dictum. nec in actibus com-
munibus

munibus pluribus vt pluribus deuoluitur poteſtas inhabilium ad habiles, vt hic dicit Inno.⁊ no.ſ.eo.cum in iure. ¶ Aut actus eſt diuiduus in exercitium:⁊ tunc aut actum gerit habilis cum inhabili quo ad mentem indiuiduę:⁊ tunc quia congerit actum cum eo, non valet. Caſus eſt in.c.cum ſoper.de offi.dele.nam ibi datis delegatis cum clauſula, poterat altero inhabili habilis per ſe ſententiare:quia tum ſecum admiſcuit inhabilem,⁊ actum geſſit indiuidue cum eo, ex mente non valet factum ab habilibus. Aut actus eſt diuiduus ⁊ quo ad actum,⁊ exercitium,⁊ habitum ⁊ miſtio habilis cum inhabili non vitiat actum pro quantitate habilis.de re iudica.cum.J.⁊.A.⁊.l.i.§.i.ff.quod cum falſo.tut.autho. ¶ Quidam ſunt actus, in quibus reſpectu ſubſtantie actus excommunicatus non eſt inhabilis, vt eſt actus contrahendi, ſecundo Inno.⁊ tunc dicit Inno.quod aut actus geritur in illis excommunicatis,⁊ non excommunicatis,⁊ eſt actus collegij vt collegij, vel vt vniuerſitatis:⁊ tunc ſi admittunt ipſi ſcienter, quia actum gerunt ſecum, non valet actus. Ideo ſi inter illos de vniuerſitate eſſent aliqui excommunicati, non valet conſtitutio procuratoris.de procu.c.ſi.ſi ignoranter, valeret actus. ¶ Quandoque alij admittunt ignoranter,⁊ valet actus, non vt ab excommunicatis, ſed vt a non excommunicatis exortus. Et eſt cauſa, quia excommunicatus videtur preciſus ab actu vniuerſitatis,⁊ ab vniuerſitate,⁊ in alios habiles reſidet poteſtas capituli. Quod notate quoniam habuiſtis in alijs factis ab electione. Et ſic extendit cap. gratum. cum materia ſua. Hoc autem nõ procedit in interdictis: quia ipſi non ſunt inhabiles ad gerenda alia negotia,⁊ contractus capitulares,⁊ alios contractus, nec poſito quod ſint interdicti, ſunt priuati communitate collegij. Idem de ſuſpenſis. De hoc etiam de dolo.c.veritatis. Aut actus non eſt vniuerſitatis, ſed alias communis:⁊ tunc valet actus, vt ab eo etiam exercitus, de quo contrahere poteſt.nec eius poteſtas reſidet in alios:aut de voluitur, ex quo actum exercere poteſt, licet ſit excommunicatus.

17 ¶ †Quero qui ſunt illi, qui ſunt inhabiles ad eligendum actiue. Dic, excommunicati,⁊ ſuſpenſi.de conſue.cum dilectus.de cle.excom.mi.ſi celebrat.in ſi.interdicti, de elect.cum inter. R.in minoribus conſtituti.de eta.⁊ qua.cle.⁊ hi qui ex delicto priuati a iure vel ab homine, de quibus.ſ.eo.cum in cunctis.⁊.ſ.c cum Winton.laici.J.eo.Maſſana.⁊.c.ſacroſancta.bigamus, miles factus, vxorem ducens, renuntians, vel priuatus canonicatu, vel loco ſuo. vij.q.i. quam periculoſum.quos glo.enumerat in.o.c.ſi quando.eo.ti.lib.

18 vi.idem de irregularibus. ¶ †Quero quando dicatur notorie excõmunicatus: Dicit hic Compo.qd ille, qui a ſuo iudice publice excõmunicatus, vt in predicatione, vel in cõmunione publica, vel in eccleſia, precipue in feſtiuitatibus, vel ſolennibus, de dolo. veritatis vel pronuntiatus eſt, vel fuit condemnatus de excõmunicatione, vel qd vitetur vt excõicatus, vel qui in iudicio eſt cõfeſſus, vel quem conſtat per euidentiam rei incidiſſe in canonẽ late ſententie.de rerum permu.queſitũ. Et ſic dicit Inn.terminaſſe, licet quo ad caſum propoſitum ſibi videtur notorius, excõicatum eſſe eum, quem iudex competens in preſentia capituli, vbi de electione agitur, excommunicat, vel qui poſt excõicationem authoritate iudicis ordinarij, vel excõicatus publice denunciatur verbis vel ſcripturis in locis predictis.de eo qui in poſ.c.ſi. Et hanc denuntiationem poteſt facere etiã ordinarius, qui non excõmunicauit.xi.q.iij.cure.vide gl.in cle.eos.de ſepult.⁊.J.de excep.c.penul.

1 ☞ Poſtulatione concurrente cum electione, quid agendum.
2 Euangeliſtas denotant quatuor animalia.
3 Procuratorem poſſunt conſtituere poſtulantes,⁊ eligentes.
4 Poſtulatur, qui eſt ſuperiori dignitati alligatus.
Eligi poteſt, qui eſt inferiori dignitati alligatus.
5 Sententia poteſt proferri ex aſſertis per partes in iudicio.
6 Sententiam feſtinare non debet iudex, proceſſu non plene inſtructo.
7 Inſtrumenti probatio quandoque plenam non facit fidem.
8 Confeſſio procuratoris incontinenti reuocata non nocet.
9 Inſtrumentum originaliter factum probat.
10 Confeſſio procuratoris preiudicat domino.
11 Confeſſio aduocati poteſt incontinenti reuocari per dominum.
12 Electio valida eſt, duobus concurrentibus.
13 Electi inquiſitio vbi fieri debeat.
14 Eligendi ius participare canonici quibus poſſunt.
15 Electioni ꝙ quis intereſſe non poſſit, procedit inuitis canonicis.
16 Corpora ſimul vniũtur, nõ vt corpora, ſed vt capita ad electionẽ.
Voces ponderantur in capita, non in ſtirpes pro numero capitũ.
17 Vox vnius poteſt quandoque importare vocẽ duorum in electione.
18 Eligẽdi iure cõpetẽte prelatis, nõ ſuccedit capitulũ vacãte ſede.
Prelato conceſſum non tranſit ad capitulum.
19 Capituli pars maior conſenſum cõicare alijs põt in electione.
20 Prepoſitus eccleſie habet dignitatem prelature.
21 Electio poteſt per procuratores fieri.
22 Compromittentium voces in electione nõ attenduntur, ſed compromiſſariorum.
23 Eligere quis per alium quando poſſit.
24 Collegia duo ſi iunguntur, vtrunque per ſe attenditur.
25 Capitulum vacante ſede in quibus ſuccedat.
26 Eligendi ius ſi pertineat ad capitulum,⁊ ad prelatũ, ad clerum, cuique pro tertia, quid agendum.
27 Electio per compromiſſarios non valet, niſi conſenſu compromittentium.
28 Poſtulatio quando preferatur electioni.34.
29 Electio ſi fiat via communi, nil operatur ſanioritas.
30 Iure communi ⁊ ſpeciali concurrentibus preferetur commune.
31 Poſtulationem de inhabili ſolus papa admittit.
32 Poſtulatio quando valeat.
33 Poſtulationem admittendi que ſit practica.
35 Poſtulatio non preferatur electioni per numerum.
36 Ad electionem minoris validandam non operatur ſanioritas in minori parte.
37 Poſtulationes non ſunt admittende, niſi in concordia.
39 Sanioritas quare non preualeat numero duplo.
40 Numerus ſanior quando vincat maiorem in electione.
41 Poſtulatio an ⁊ quando preferetur electioni.nu.42.44.
43 Habilis ad vnam dignitatem, non ſtatim ad maiorem.
45 Poſtulatio de indigno ĩ maiori parte, quando valeat.

1 SCriptum. ¶ †Quando poſtulatio cũ electione cõcurrit, ſi numerus poſtulãtiũ duplo maior eſt,⁊ poſtulatus eſt idoneus, poſtulatio admittitur. Si vero eſt indignus,⁊ hoc maior pars poſtulantiũ ignorauit, poſtulatio,⁊ electio reprobant:ſi hoc ſciebat maior pars,⁊ electus eſt idone⁹, cõfirmet electio. Idem ſi numerus poſtulantiũ nõ eſt duplo maior.h.d. Primo ponit arengam deciſam. Scdo narrat factum electionum, ibi: ſane. Tertio ibi: verum.commiſſionis cauſam. Quarto ibi:per apoſtolicã.commiſſionis formam.⁊ hec ſubdiuiditur. Primo ponit proceſſum, quem facit delegatus partibus inuitis. Secunda ibi:⁊ ſi partes. diffinitio, quam faciet, ſi partes conſenſerint, quatuor caſus declarando. In primo ponit primum caſum, quo admittitur poſtulatio,⁊ caſſatur electio. Secundo ponit caſum conuerſum, ibi: quod ſi. Tertio ibi:ſi vero.ponit caſum, quo repellitur vterque. Quarto ibi:niſi forſan.ponit caſum, quo confirmatur electio. ¶ Pro euidẽtia ſcias qd poſtulatio admittitur de gratia:ideo poſtulato nõ queritur niſi ius gratioſum de iure ſpãli. Electio autẽ innititur iuri,⁊ pro tãto queritur electo ius cõmune. Unde modica diſcordia inficit poſtulationẽ:ideo requirit magna cõcordia.de poſtu.plat.c.i.⁊.ij.⁊ pe. ¶ Secũdo premitto opi.Inn.que cõtter a doctoribus reprobatur, ſ.qd ſanioritas capituli ex parte vna ex altera exiſtẽte numero ſanioritas aliquid operatur. Motiuum ſuũ eſt cõtra decre.ideo hic reprobat per.c.q2 propter, qd loquitur copulatiue ibi:maior,⁊ ſanior.J.e.eccleſia. ¶ Caſus. Vacãte eccleſia Cõſtantinopolitana canonici inuicẽ cõgregati cõuocatis ſeptẽ prepoſitis, qui de iure forte habebant vocẽ ex cõſuetudine, vel forte nõ, ſed admiſſi fuerunt volũtarie,⁊ duobus admiſſis nomine cõuentualiũ prelatorũ eccleſiarũ Conſtantinopolitane vrbis proceſſerũt ad electionẽ,⁊ finaliter diuiſi fuerunt ſeptẽ prepoſiti, nouẽ canonici,⁊ duo noĩe prelatorũ cõuentualium eccleſiarũ conſenſerũt poſtulãdo Craſſen.archiepm:ſedecim autem canonici cõſenſerũt,⁊ elegerũt quẽdam prepoſitũ de Venetijs:tandem ſuper validitate iſtarum electionum fuit dubitatũ,⁊ cauſa ad ſedem apoſtolicã delata eſt:papa inquiſiuit,⁊ finaliter non potuit plene de negotio informari.propter qd cõmiſit cuidam magiſtro notario ſuo, cui mandat qd ſuper negotio electionis inquirat veritatẽ, tam ſuper forma electionis, quã ſuper meritis electorũ,⁊ ſuper meritis capiat informationẽ apud Venetias, vbi illi ſunt nati,⁊ diutius cõuerſati.de forma aũt electionis ſe informet apud Cõſtãtinopolim, vbi facta eſt poſtulatio,⁊ electio:⁊ poſtea ꝓcedat ſcdm illã, quã inuenerit de cõſenſu partium,⁊ deciſionem ſub hac forma:q2 informet ſe an cõputatis nouẽ canonicis, ſeptẽ prepoſitis,⁊ prelatis eccleſiarũ cõuentualium, pro quibus duo interceſſerunt:⁊ ſi inueniat qd tot fuerint prelati eccleſiarũ, qd alijs canonicis prepoſitis cõputatis aſcenderant ad duplo maiorẽ partẽ ſedecim canonicorũ, qui elegerũt prepoſitũ:cõcludit papa, cõputatis illis quatuor, vel quinque caſib⁹:q2 quãdoque inuenit qd aſcẽdũt poſtulãtes ad duplo maiorẽ partẽ eligentium:tunc vtroque exiſtente idoneo admittat poſtulatũ electione repulſa. Aut reperit poſtulatũ a duplo maiori poſtulatũ,⁊ indignum electum dignum,⁊ ignoranter poſtulãtes poſtulauerit,⁊ infirmet vtrãque. Aut inuenit poſtulatũ a duplo maiori parte,⁊ indignũ electũ dignũ,⁊ poſtulãtes ſcienter poſtulauerũt, vel maior pars,⁊ confirmet electionem repulſa poſtulatione. Aut

inuenit poſtulatum a duplo maiori parte indignum, ⁊ electū a mi
nore dignum, maior tamen pars poſtulantium fuit ignorans: et
tunc repellat vtrunq;. Aut reperit poſtulatum a minori duplo po
ſtulatum: ⁊ tunc ſiue poſtulatus ſit dignus, ſiue indignus, repellat
poſtulationem, ⁊ admittat electionem, dūmodo electus ſit dign⁹.
¶ Antequam ad notabilia deſcendam premitto quod hec decret.
conſueuit difficilis reputari, ⁊ abſq; dubio difficilis eſt: quia de-
ſtruere videtur regulam vnam vulgatam in hoc titulo, ſuper qua
difficultas pendet. Regula autem eſt hec, quod ad validitatem
electionis exiguntur duo copulatiue, maior, ⁊ ſanior pars capitu-
li. ſ. e. q2 propter. ⁊ quaſi per totum ti. ſecundum communem lectu-
ram. Hec regula fallit, quando concurrit poſtulatio cum electio-
ne: quo caſu propter concurſum ordinarie cum extraordina-
ria via valet electio a minori parte capituli, cū non ſi minor tertia,
⁊ ſic maior tertia. Inno. dicit quod cauſa eſt: q2 ſufficit ſanioritas,
ex quo electus eſt quis a maiori tertia, ſanioritas preualet maiori-
tati numeri, dummodo numerus non in multum excedat: ⁊ in mul
tum excedere dicit, quando aſcendit vltra duas partes capituli:
quo caſu dicit ſanioritatem nihil operari: ⁊ ſanioritatem conſide-
rat penes electionem vie communis relecta extraordinaria. ¶ Le-
gam autem decre. per partes. Hic enim primo habemus factum.
Secundo cōmiſſionē preciſam, ibi: cauſam. Tertio cōmiſſionē pre
2 ciſam, ibi: ⁊ ſi partes. ¶ † Ex prima parte nota quid ſignificant
quatuor animalia in circuitu ſedis, ſignificant enim quatuor Euā
3 geliſtas, ⁊ vltra hoc quatuor Patriarchas. ¶ † Nota ſcdo qd po-
ſtulantes, ⁊ eligentes, tanquā quorū intereſt, poſſunt conſtituere
4 procuratores ad proſequendā poſtulationē, ⁊ electionē. ¶ † Ter-
tio no. qd alligatus epali, aut ſuperiori dignitati, poſtulatur: infe-
5 riori autem eligitur. de quo. de poſtu. prela. c. ſi. ¶ † Quarto qd ex
aſſertis per partes in iudicio iudex poteſt inſtrui, ⁊ ſe fundare ad
6 ſententiā proferendā. ¶ † Quinto nota qd vbi proceſſus non eſt
plene inſtructus, iudex non debet feſtinare ſententiam, ſed manda
re vt plenius ⁊ melius inſtruatur. Ad hoc. ſ. de elect. cū nobis. ⁊. ſ.
7 de re iudi. cum Bertoldus. ¶ † Sexto nota. qd probatio inſtru-
8 menti quandoq; non facit plenam fidem. ¶ † Septimo no. qd con
feſſio procuratoris reuocata non preiudicat. ⁊ qd pōt procurato-
rum confeſſio reuocari. ¶ Circa hāc partē dicā vnā opi. cum tex. ⁊
9 alteram cum gl. ¶ † Primā circa inſtrm, alteram circa confeſſio-
nem. ¶ Videtur qd inſtrm debuerit plene probare. C. de ſi. inſtru.
l. in exercendis. ſ. de ſi. inſtru. c. i. ⁊. c. cum Joannes. Dic qd hoc in-
ſtrumentum non erat originale, ſed ſumptum: ideo fides non adhi
betur. Vel cōtra ipſum aliqd legitimum opponebatur, per qd fi-
des vacillabat inſtrumenti. Vel dic qd ex inſtrumento conſtabat
de numero perſonarū, licet non conſtabat an illi haberent vocem,
10 vel non. ¶ † Scdo videtur qd hec confeſſio non potuerit reuoca-
ri, ⁊ preiudicauerit dño: vt patet de confeſſ. c. ſi. vt lite non cōte. c. i.
So. Dicit gl. Si confeſſio eſt reuocata, procedit hec decre. ⁊ incon
11 tinenti, ſi non eſt reuocata, procedat contrarium. ¶ † Nota. hic gl.
q; ſicut confeſſio aduocati pōt incōtinenti reuocari: de cēſi. olim. ſ.
de appel. cum cauſam. ita ⁊ in procuratoris confeſſione, etiam non
docto aliter de errore. Quod eſt bene notandum. Et hoc verum:
poteſt etiam reuocare ex interuallo, docto de errore: vt. d. c. ſi. de cō
feſ. Ad hoc quod no. ſ. tit. proximo. c. i. in gl. ſi. ⁊ vide optimam gl.
12 de iureiur an. cum impoſitionibus. lib. vi. ¶ † Venio ad ſecundam
partem, ex qua nota quod in cauſa electionis principaliter eſt de
duobus inquirendum antequam electio admittatur, vel confirme
13 tur, ſcilicet de forma eligendi, ⁊ de meritis electorum. ¶ † Et nota
locum, vbi eſt facienda inquiſitio: quia de meritis electorum in lo-
co, vbi noti, ⁊ conuerſati ſunt electi, vel poſtulati. Ad hoc. ſ. eod. ſi
poſtquam. ⁊. c. innotuit. Et practica inquirendi, ⁊ forma in hoc ca-
ſu ponitur in. c. i. de poſtu. prela. De perſonis autem eligēdi, ⁊ for-
ma in loco, vbi facta eſt electio, aut poſtulatio, hec pars procedit
de plano. glo. literales ſunt. doctores nihil vtile ſcribūt. Venio er-
go ad vltimam partem, ſcilicet ad ver. ⁊ ſi partes. que difficilis eſt.
14 ¶ † Nota quod canonici poſſunt participare ius eligendi perſo-
nis de extra collegium, vt ſecum eligant, etiam alias de iure non
valentibus intereſſe. Et aduerte, quia ad hoc exigitur mutuus cō
ſenſus, ⁊ vnanimis omnium: per quod apparet quod vnius con-
tradictio impediret participium: ⁊ hoc quia agitur de preiudicio
ſingularium. Ex quo apparet quod id dicitur fieri mutuo conſen
ſu, quod ſit vnanimi voluntate omniū. ¶ Et nota quod tanti pō-
deris eſt vox illorum, quibus eſt participatum ius eligendi, quan
15 ti eſt illorum, quibus competit de iure. ¶ † Nota ſecundo quod di
citur, quem non poſſe intereſſe electioni per alium: niſi ſit impedi-
tus, eſt verum, inuitis canonicis: ſed eis volentibus, ſic. Sic limi-
16 ta. ſ. eo. quia propter. ¶ † Nota tertio quod vbi duo corpora ſimul
vniuntur ad actum eligendi, non vt corpora, ſed vt capita, voces
ponderantur in capita, ⁊ pro numero capitum, non in ſtirpes. Ni
hic aliarum eccleſiarum prelati non vniebantur cum capitulo vt
vniuerſitas, ſed vt capita eccleſiarum, licet certo reſpectu potue-
17 runt dici vniuerſitas. ¶ † Nota quarto quod in actu electionis
vnus poteſt obtinere vocem plurium, ⁊ pro pluribus dare vocem,
⁊ quod voces ponderantur ad numeri quantitatem, pro numero
conſtituentium, non pro numero procuratorum: ⁊ ſic ex curſu, et
multiplicatione qualitatis, ⁊ poteſtatis pro alio eligendi multipli
cantur voces. Quod facit ad notata de re iudi. cum olim. Aut plu
ralis canonicus habeat plures voces, ſi habeat duplicem canoni
catū in eccleſia: non ergo in ponderanda voce attēditur numerus
18 procuratorum, ſed attenditur numerus conſtituentiū. ¶ † Nota
quinto. qd iure eligendi cōpetente prelatis vt prelatis accidentali
ter ex participatione capituli nō ſuccedit capitulū vacāte ſede pre
lati, ⁊ conceſſum prelato ſub reſpectu perſone prelati nō tranſit ad
capitulū, vel eccleſiam. ¶ Videamus primo iſta preābula vt pre-
ludia anteq; deſcendā ad principale propoſitum capituli, examī-
nando, ⁊ notando, ⁊ omiſſa vna glo. que eſt in verbo Conſenſerint,
19 que attingit vnam ex lecturis. ſ. poſitis. ¶ † Opp. primo qd poſ-
ſunt ad electionē vocari canonici, ⁊ maior pars extrinſecū cōtradi
cente minore. l. xiii. di. obeuntibus. So. Participare cōſiliū ſolum
aliis pōt maior pars vt ibi, participare cōſenſum, vel vocē poteſt
totū capitulum, ſed non poteſt maior pars. de reg. iur. iure cōmu-
ni. lib. vi. ſm Compo. Qd totū autem poſſit, patet: q2 ſi totum poſ
ſunt in alterū cōpromittendo, fortius hoc poſſunt in partem par-
20 ticipādo. ¶ † Opp. ſecundo cū hic litera nominet prelatos de per
ſe cōcludere videtur qd prepoſitus non ſit prelatus. Hoc eſt fal-
ſum. ſ. de ver. ſig. prepoſitus. So. Forte non erant prelati conuen-
tualium eccleſiarum, ideo ſic diuiſim nominātur: ſed erant prepo
ſiti, ſicut Bonon. qui alibi nominantur rectores fraternitatis. de
21 conceſ. preben. dilectus. ¶ † Tertio oppo. qd nō potuerunt aliqui
de capitulo compromittere, ⁊ aliqui non: cuius cōtrariū innuit li-
tera, in qua patet qd aliqui per alios elegerunt, ⁊ aliqui non. Vn
de op. ſ. eo. q2 propter. vbi exigitur cōſenſus omnium vt eligatur
via cōpromiſſi. ¶ Sol. Dicit Inno. qd iſti nō cōpromiſerunt. ſed
procuratores cōſtituerūt, fatendo qd pars nō pōt cōpromittere,
per decre. illā, q2 propter. q2 exigitur omnium cōſenſus. Itē quia
non poteſt fieri electio partim ex compromiſſo, ⁊ partim ex ſcruti-
nio. Nec obſtat. ſ. e. cū expediat. lib. vi. ⁊. ſ. eo. cum dilecti. q2 eſt for-
ma compromiſſi, licet ſit determinata: ⁊ q2 non poteſt proſequi ele
ctio partim ex ſcrutinio, ⁊ partim ex compromiſſo: ⁊ quia compro
miſſarii prouidendi poteſtatem habent: ſed vna pars ſola nō ha-
bet poteſtatem inſolidū. ergo ipſam dare nō pōt. ſ. de iurepat. qd
22 autem. ¶ † Ad hoc, q2 in compromiſſariis non attenduntur vo-
ces cōpromittentium, ſed ſolum ipſorum compromiſſariorum: q2
quaſi donatarii cēſentur: ⁊ q2 eo q; ſunt cōſtituti, tranſlata eſt pote
ſtas ad alios cōpromittentiū: igitur nihil in compromittētes re-
manſit: vt. ſ. eo. in cauſis. ⁊. c. cum, in iure. hic autem attenduntur
voces conſtituentiū, ⁊ non qui ſunt conſtituti; reſtat ergo qd ſunt
23 procuratores. ¶ † Quarto oppo. cū gl. que eſt ſuper verbo Per
alios, qd per aliū quis nō poteſt eligere, niſi detur impedimentū.
ſ. e. q2 pter. Gl. videtur intelligere prout ibi. Dic, ſi canonici nō
cōſentiūt, nō admittitur quis per procuratorē, niſi ſit impeditus,
vt ibi: ſi conſentiant, admittitur quis per procuratorem, etiam
ſi non ſit impeditus cōſtituens: vt qd ibi operatur impedimentū,
hic operetur conſenſus canonicorū admittentiū: vt hic no. Inno.
24 ⁊ hic eſt caſus. qd no. ¶ † Opp. quinto cum gl. que eſt ſuper ver-
bo duo, qd vbi vniuerſitas iungitur cum alia vniuerſitate ad actū
collegii, debet attēdi quodlibet collegium, vt de per ſe habeat vnā
vocem tantum, ⁊ non plures: vt patet. ſ. de reſcrip. paſtoralis.
¶ Glo. dicit quod hi habebant voces pro numero perſonarum.
Dicit Inno. hic, quod aut iunguntur plures vt ſingulares, ⁊ pro
numero perſonarū habēt voces. Aut iungunt ſimul, vt due vni-
uerſitates: ⁊ tunc nō attenditur numerus perſonarū, ſed quilibet
habet ſuā vocem, vt in cōtrario, licet illud. c. nō allegat. ¶ Aduer
te, cōtra hoc multū facit de parochiis. c. ſi. Sed dic qd illud, q2 pa-
pa ſic illo caſu voluit, ⁊ expreſſe diſpoſuit qd pro numero perſona
25 rū alias non attenderetur numerus. ¶ † Opp. ſexto cū gl. que eſt
ſuper verbo tūc tēporis. qd iſta capitula debuerunt ſuccedere va-
cāte ſede in poteſtate eligēdi. de ma. ⁊ obe. is, qui. ⁊. c. cū olim. Gloſ.
non ſoluit, ſed aſſignat aliquas cauſas, propter quas capitulū nō
ſuccedit. Primo, q2 nō eſt qui tunc iura eccleſie tueatur: ⁊ q2 tunc
dormit ius eccleſie. Dic qd quedā ſunt, que cōpetunt ad prelaturā
iure accidentali, vt ex participio iuris eligēdi ab homine, vel con-
ſuetudine: ⁊ nō ſuccedit capitulū vacante ſede, vt hic. Ad hoc qd
no. de fo. cōpe. verū. ⁊ no. ſ. in. c. cū in cūctis. Quedā ſunt, que ſpe-
ctant ad eū iure cōmuni: ⁊ in his ſuccedit capitulū vacāte ſede, dū
tamen non ſint preiudicialia epo. ne ſede vacāte. c. ii. in iuriſdictio
ne nō preiudicatur, ſicut in collatione: q2 per eā contingit aliena-
tio. Sic declarat Inno. vide ne ſe. va. c. ii. li. vi. Et ſi dicatur, ita in
exercitio iuriſdictionis contingit alienatio fructuum eccleſie: rū-
deo qd contingit alienatio ita in vno ſicut in alio, ſed in exercitio
iuriſdictionis fructus eſt in onere, in collatione autem eſt in ho-
nore:

26 nore:igitur ⁊c. ¶ †Quero quid ſi ad capitulum pertinet ius eli-
gendi pro tertia, ad prelatum aliquem pro alia tertia, ⁊ ad clerum
pro alia tertia, ⁊ contingit fieri ſcrutinium, quo publicato repe-
riatur quod prelatus ⁊ capitulum habentes duas tertias conſen
tiunt in vnum, ⁊ non ſunt niſi nouem canonici, clerus autem vigin
ti numero in alium conſenſerunt: an in tali caſu electus a clero ha
bet duplo maiorem numerum. Dic quod non: quia tantum pon-
derat vox prelati in hoc caſu, ⁊ ſi vnus ſolus ſit, quantum ponde-
rat totius cleri vox, etiam ſi eſſent mille. Ideo electus a prelato ⁊
capitulo cenſetur habere duas partes. ſ. de reſcriptis. paſtoralis.
§. i. de conceſ. preben. poſtulaſti. ¶ Quid ſi in hoc caſu certa pars
canonicorum concordat cum prelato, ⁊ eligant vnum, altera vero
pars tam cleri, quam capituli, eligit alium. Reſpondet Innoc.
quod conſiderari oportet que partes ſint, ⁊ quot numero, ⁊ ſecun-
dum hoc a maiori, vel equali parte omnium, qui in electione ius
habent, electus cenſebitur hic, vel ille: ſed quia caſus poſſet accide
re, in quo calculi error incideret, videtur expediens quod illi qui
plures ſunt, aliquem procuratorem conſtituant, qui nomine con-
ſtituentium poteſtatem habeat procedendi per formam ſcrutinij,
aut compromiſſi procuratorem autem conſtituant vnum, ⁊ non
plures, ne aliqua contrarietas occurrat. ff. iudi. ſol. l. iam tamen. §.
ſi cum plures. ⁊ hec vbi habent pro tertia parte, vel pro quarta:
vbi autem ſinguli prelati vt ſinguli habent vocem, quo caſu quili-
bet, ⁊ aliqui ſic, ⁊ aliqui non poſſunt ſingulariter conſtituere procu
27 ratorem. ¶ †Quero retento eodem caſu, quid ſi capitulum diui-
ſim in aliquibus compromiſſarijs conferat poteſtatem eligendi ⁊
prelati in alijs, ⁊ clerus in alijs, an quaſi compromiſſarij pote-
runt. Dicit Innocen. quod non: quia a nullo ſingulariter tranſla
ta eſt poteſtas eligendi: quia nec ipſi ſoli ſine alijs habent poteſta-
tem, nec in omnes tranſlata eſt: quia ſimul in omnes transferre no
luerunt: procuratores autem ad eligendum ſimul, ⁊ diuiſim dara
poſſunt. Fatetur tamen quod in omnes poſſent hanc poteſtatem
transferre ſimul, ⁊ diuiſim. Facit quod no. ſ. eod. in cauſis. Hoſti.
dicit quod ſi compromiſſarij partium ſeparatim eligant. Innoc.
dicit verum, ſi compromiſſarij omnes ſimul iuncti eligant, vale-
bit electio: quia valeret, ſi ſic eſſent congregati compromittentes:
ergo ⁊ eodem modo valeat a compromiſſarijs ſic congregatis.
Allegat. ſ. eo. l. quia propter. ver. ſaltem. ⁊ hoc ſiue ſimul, ſiue diui-
ſim data fuerit hec poteſtas. ⁊ ff. de ſerui. ruſt. predio. l. per fundum.
ff. commun. predio. l. receptum eſt. Hic autem non fuerunt com-
promiſſarij, ſed procuratores. Unde dic per alios. ſ. procuratores,
quos etiam prepoſiti miſerunt pro ſe. Jo. An. dicit quod opi. ho
ſti. de facto ſeruatur. Et hoc credo, dummodo quelibet tertia pars
transferat poteſtatem ſuam collegialiter: quia tria ſunt corpora,
que vniuntur ad actum electionis. Secus diceres, ſi totum eſſet
vnum corpus: quia ſi tertia pars capituli compromitteret de per
ſe, alia de per ſe, non valeret: quia hec non eſt facta vt ab vno cor-
pore in vnum congregato, vt exigitur, ⁊ no. ſ. e. cum in iure. ¶ Ue
nio ad ſubſtantialia principaliter hic deciſorum, ſcilicet in eodem
verſi. ⁊ ſi partes. ⁊ hic aduertendum, quia hic eſt difficultas: colli-
gam caſus, qui hic deciduntur de per ſe: ⁊ ex omnibus notando,
opponendo, ⁊ querendo de per ſe: ⁊ per hoc docto. dicta et gloſſ.
28 remanebunt expedita. ¶ †Nota primo quod concurrente po-
ſtulatione a duplo. maiori parte capituli. ⁊ electio a minori tertia,
vtroque. ſ. poſtulato, ⁊ electo exigente digno, ⁊ alibi valet poſtula-
29 tio, ⁊ caſſatur electio. ¶ †Et hoc no. quod ſanioritas occurrens in
tertia parte capituli nihil operatur in eligēdo viam communem.
30 † Et nota quod concurrentibus iure communi ⁊ ſpeciali, va-
lidius, ⁊ potentius operatur via communis, quam ſpecialis, niſi
altero extrinſeco ſpecialis roboretur: ⁊ ſic fortius eſt vinculum iu
ris communis, ⁊ potentius, quam ſit vinculum iuris ſpecialis.
31 ¶ †Nota ſecundo quod ſolus papa, vel alius mandato eius, po-
teſt poſtulationem admittere de inhabili propter alligationem
ad epiſcopatum: et hoc, quia ſolus papa poteſt dare licentiam
cedendi. de renun. niſi. facit quod fuit. no. in ſ. ſ. de poſtu. prela.
32 ¶ †Nota tertio quod concurrente multiplici impedimēto in per
ſonam poſtulati, vno quia alligatus altero, quia alias eſt inhabilis
ad promouendum, non valet poſtulatio: quod intellige, etſi vitia
exprimantur, ⁊ ſint diſpenſabilia, ⁊ faciliter diſpenſabilia, vt digi
33 de poſtu. prela. c. fin. ¶ †Nota quarto practicam dandi licentiam
tranſeundi ⁊ admittendi poſtulationem de alligato alteri eccleſie,
vt digi. ſ. e. cum matrimonium. de poſtu. prela. gratum. ⁊ c. bone. et
34 c. pe. ¶ †Oppo. cum glo. que eſt ſuper verbo duplo maiorem, quod
concurrente poſtulatione a duplo maiori cum electione a tertia,
electio debet preualere, vel ſaltem poſtulatio caſſari: quia facta eſt in di-
ſcordia. ſ. de poſtu. prela. bone. So. Dicit glo. quod iſta decret. de-
clarat illam. Dicitur enim facta in diſcordia poſtulatio, quando
ſaltem due partes non concordant in poſtulatione, quando ſecum
concurrit electio, vt hic: alias dicitur in concordia. Dicit Jo. An.
hic, quod ſufficit quod dupla ſit pars: licet nō ſit duplo maior pars. ſic ſuf

ficit quod poſtulatus habeat bis tantū, licet plus nō habeat: vt no. ſ. e.
ſi quā. li. vi. ⁊ exigit Cōpo. quod dupla pars de canonicis ſit, ſi alij fue
35 rint mixti. Sed hec mihi nō placet. ¶ †Opp. ſecūdo quod valeat
electio facta vt preferatur poſtulationi, ex quo concurrit ſanori-
tas ab vna parte, ⁊ numerus ab alia, preualet ſanioritas. ſ. eo. eccle
ſia. ſed hic ſanior erat pars eligens viam communem, quā eligens
viam ſpecialem. So. Glo. dicit quod quando numerus non modi-
cum excedit procedit contrarium. Et dicitur non modicum exce-
36 dere, quando aſcendit ad duplam. ¶ †Aduerte, ſi queris an ſanio
ritas in minori parte quo ad validandam electionem minoris: dic
quod non regulariter, vt dicam. ſ. eo. eccleſia. ſecundum communē
opi. ſm Inno. ſic, per hanc decret. ſed aliter intelligitur vt dicam
ſ. Si queritur an ſanioritas operetur ad deſtructionem illius, qui
ſecum concurrit: dic quod ſi numerus concurrentium, qui non ha
bet ſanitatem, in multum excedit, procedit quod hic, quia nō ope-
ratur etiam quo ad hec. Si numerus in multum nō excedit, bene
operatur ſecum concurrentis. Et dicitur numerus nō modicum
excedere, quando aſcendit ad duplum, vt dicit glo. hic vt. ſ. de elec.
ſi quando. li. vi. ¶ Uenio ad ver. quod ſi. vbi ſecundum principale
dictum eſt. Et nota quod cōcurrente poſtulatione cum electione,
⁊ qualibet de habili, ſi poſtulatio eſt a minori dupla, preualet ele-
ctio. In hac parte eſt vna glo. que eſt fortis, ⁊ examinat capitulū.
¶ Oppo. hic quod in precedenti dicuntur duo. Primo quod vbi
quis eſt poſtulatus a dupla parte, preualet poſtulatio ſecum con-
currente electione. Secundo dicitur quod ſi concurrat cum poſtu-
latione vtraque de digno, ⁊ poſtulatio ſit facta a minori parte du-
pla, quod preualet electio. ¶ Contra hec duo dicta obſtabunt re-
gule communes, quod in actibus electionū preualet factum a ma-
iori parte capituli. ſ. eo. quia propter. hec regula deſtruit primum di
ctum, quia ſecundum hoc non deberet in poſtulatione exigi duplo
37 maior pars, ſed ſufficere debet maior. †Item contra primum ob-
uiat, quia poſtulationes non debent admitti, niſi in concordia. ſ.
de poſtu. prelatorum. bone. Secundo deſtruit ſecundum dictum:
quia concurrente maiori dupla cum electione a minori parte, non
debet valere electio, ex quo maior pars non proponitur priuata
poteſtate eligendi: vt. ſ. eod. eccleſia. ⁊ c. Cumana. ⁊ c. cōgregato. ⁊
c. in Geneſ. ¶ Sol. Quidam propter hec dixerunt quod hec de-
cre. non continebat ius, ſed compoſitionem quandam pro bono
pacis. quod ſatis dicit glo. poſſe concedi. Et hoc poteſt, quia papa
mandat vt ſic procedatur, ſi ad hoc accedat cōſenſus partium, vt
patet ibi. Si partes conſenſerunt. ⁊ ſic vtraque pars iuri ſuo re-
nuntiat. Hoc tetigit etiam glo. in verbo Conſenſerunt. Sed dicit
gloſ. quia in hoc conſenſu ⁊ concordia vt preter ius procedatur,
neceſſarius eſt conſenſus poſtulati, ⁊ electi: alias non poſſent par-
tes a iure recedere. ſ. eodem cum inter canonicos. ¶ Ad contra-
rium ergo reſpondetur quod ſi habetur reſpectus ad ius, licet de
iure nullum ius acquiratur poſtulato: tamē acquiritur ius quod-
dam gratioſum, per quod poteſt petere executionem poſtulatio-
nis, ⁊ de gratia admitti, adeo quod ſi repellatur, fit ei iniuria, ſiue
fiat a dupla parte, ſiue a maiori: quia illud, quod fit a maiori, ⁊ ſaniori
parte, debet preualere: ⁊ ſic in hoc ſecundo caſu debebat caſſari ele
38 ctio: ſed quod hic fuit, fuit ex forma compoſitionis. ¶ †Tu dic ſe
cundum doc. quod hec decre. ponit ius, ⁊ regula contraria proce-
dat vt ſtetur maiori, ⁊ ſaniori parti: ⁊ non valet electio a minori, quando
due electiones concurrunt. Sed vbi concurrit poſtulatio cum ele
ctione, hoc caſu non procedit illa regula, ſed ſtandum determina-
tioni huius capituli. quia vt valeat poſtulatio, exigitur quod ſit
facta a dupla maiori parte capituli. Secus ſi a maiori parte tan-
tum, vt eſt caſus ſm Inno. quia ibi ſanioritas eſt ex vna parte, ⁊ nu
39 merus ex altero, ſanioritas, ſm eum, preualet numero. ¶ †Et ſi di
catur, quare ſanioritas in minori tertia non preualet numero du-
plo maiori, ſi ſanioritas eſt eo quod eligatur via communis, ⁊ per
ſona petitur, que de iure communi promoueri poteſt: quia dicit In-
nocen. ſanioritas aliquid operatur, quando reperitur in parte, in
qua adeſt aliqua ſcintilla de viribus capituli. Ubi autem nihil re-
peritur, nihil poteſt operari. Modo quando due partes ſint ex
vna parte in tertia, vel in minori tertia, nihil de capitulo quo ad
vires capituli: quia vires capitulares ſunt in dupla parte: vt. l. ple-
ne. ff. quod cuiuſque vniuer. ideo tunc ſanioritas nihil poteſt opera-
ri: ſed ſi aliquid de dupla parte adderetur ad illam tertiā, ibi eſſet
aliquid de viribus capituli, propter quod ſanioritas poſſet ali-
quid operari: ⁊ ideo tunc preualet electio, vt vult text. hic. ¶ Sed
hec ratio communiter non reſpondet: quia iura requirunt duo in po
ſtulatione, quod ſit maior, ⁊ ſanior: vt. ſ. eod. quia propter. Unde ſa-
nioritas nunquam operatur in conſtruenda electione, licet ſic in
deſtruenda electione ſecum concurrente: vt. ſ. eo. eccleſia. quia abſtra
hit ſanioritatem a numero, ⁊ in neutram: tunc eſt copulatiue ſa-
nior, ⁊ maior. ¶ Unde dicunt quod iſto caſu eſt ſpeciale propter
concurſum vie communis cum ſpeciali, vt eligatur hec via, vt ſpe
cialis preferatur, quando habet duas partes, alias non, ſecun-

40 dum Innocen. ¶ † Dic quod quandoque ſanioritas concurrit
cum maioritate numeri: ⁊ tunc dicit Innocen. quod preualet ſem-
per numerus, ex quo ſecum habet ſanioritatem: ⁊ tunc non valet
quod fit a minori parte: ⁊ ſic procedat illa regula. Quandoque re-
pugnat numerus, ⁊ ſanioritas: quia ex vna parte eſt numerus, ex
altera ſanioritas: ⁊ tunc dicit Innocen. quod aut ſanioritas repe-
ritur in maiori tertia: ⁊ tunc dicit quod ſanioritas vincit maiorita
tem, vt in ſecundo dicto. Aut ſanioritas reperitur in ſola tertia
parte, vel in minori tertia: ⁊ nihil operatur: quia tunc numerus
preualet ſanioritati, vt in primo reſpōſo. ¶ Et hec eſt cauſa, qua-
re poſtulatio a dupla parte, vel maiori dupla, preualet electioni:
qꝛ in tertia ſanioritas eligendi nihil operatur: ſed vbi concurrit a
minori dupla cū electione, que habet aliquid vltra tertiam: ⁊ tunc
ſanioritas operatur, ⁊ ſic vincit numerum, qui adeſt cum poſtula-
to, ⁊ conſideratur ſanioritas in electione, via, ⁊ modus prouidendi
de iure communi: quia illa pars ſanior dicitur, que eligit viam iu-
ris communis: illa minus ſana, que eligit viam ſpecialem, vt fit
in poſtulatione. ¶ Et ſi dicatur, quare ſanioritas in maiori ter-
tia, quāquam minori parte capitali, plus operatur, quam opere-
tur in minori tertia, vel in tertia tantum: aſſignat cauſam, quia po
tentie capituli, conſiderando capitulum vt ſunt in duabus parti-
bus. ff. quod cuiuſque vniuer. l. plane. ⁊ dixi. ſ. e. licet. ⁊ c. nobis. et
c. bone. ⁊ c. cum inter. R. habitu ergo omnis virtus capituli eſt pe
nes duplam, nulla ſcintilla eſt quantumcūque leuis, in tertia: ideo
data dupla dicitur de ea bene, hic eſt capitulum: ſed data tertia,
hic non eſt capitulum. ideo ſanioritas ibi concurrēs cum nullam
reperiat ſcintillam capituli, nihil poteſt ibi ſuſcitare, quod ſit de
virtute capituli: ſed quando ibi aliquid eſt vltra tertiam, ibi eſt
aliquid de dupla parte: ⁊ ſic aliquid habetur de habitu virtutis ca
pitularis: ⁊ ideo ſanioritas debet aliquid operari tunc ſecundum
Innocen. Sed huic obuiat: quia iura omnino exigunt duo copula
tiue quod ſit facta a maiori, ⁊ ſaniori. j. eod. qꝛ propter. ⁊ quaſi per
totum titu. ſed exponūt Et pro id eſt, a maiori parte ⁊, pro id eſt,
ſaniori: qꝛ eo quod maior preſumitur ſanior, niſi aliud appareat.
Sed obſtat, quia tunc ſanioritas aliquid operetur: ideo communi
ter tenetur quod in hoc caſu ſtetur ſanioritati: ⁊ minori contra ma
iorem hoc ſpeciali caſu: hec operatur concurſus iſtarum viarum:
vna communis eſt, altera autem ſpecialis eſt, ⁊ hoc eſt notandum.
¶ In omnibus tamen caſibus, in quibus dixi valere poſtulatio-
nem, hoc verum intellige quo ad poſtulantes: quantum autem ad
ſuperiorem nihil operatur, quo minus ab eius poteſtate pendeat
poſtulationem admittere, vel repellere, ⁊ maxime in papa. Ad hoc
41 decre. cupientes. §. denique. libro. vi. ¶ † Venio ad aliud dictum in
ver. ſi vero. hic ſunt duo dicta. Primum, quod vbi concurrit po-
ſtulatio cum electione, ⁊ poſtulatio eſt a duplo maiori, electio vero
eſt facta a minori tertia poſtulato exiſtēte indigno, ⁊ electo digno,
ignorantibus poſtulantibus, quod neutra valet. Non poſtulatio:
quia de indigno. Non electio: quia a minori parte, non deuoluta
42 poteſtate. † Secundum dictum, quod concurrente poſtulatione, ⁊
electione, poſtulatiōe a dupla, ⁊ de indigno, electione a tertia, et de
digno, poſtulatione facta ſcienter de indigno ab omnibus, vel par
te maiori, preualet electio. Ex hoc infertur tertium, qḋ concurren
tibus poſtulatione a dupla de indigno, ⁊ electione de digno a ter-
tia, vel minori, poſtulatione facta ſcienter a minori parte dupla,
vtraque venit caſſanda, ⁊ non valet electio. Examinemus hec di-
cta. Primo preſupponitur quod hic erat archiepiſcopus poſtu-
latus, ⁊ proponitur quod ſi eſt indignus, annulletur poſtulatio.
43 ¶ † Oppo. quod ſit impoſſibile quod ſit indignus. Nam ex quo
fuit habilis ad archiepiſcopatum, ⁊ ad hoc fuit admiſſus, debuit
fuiſſe habilis ad patriarchatum. Nam plures de hoc non eſt in-
quirendum. xvij. q. iiij. §. qui autem. ⁊ C. de crimine ſacrilegii. l. ij.
de eta. ⁊ quali. accepimus. So. Dicit glo. quod reputatus habilis
ad vnam dignitatem, per hoc non videtur habilitatus ad maiorē:
quia licet diſpenſetur, cum aliquo in minori dignitate, per hoc nō
videtur habilitatus ad maiorem. xij. di. nos conſuetudinem. Vel
dic quod hoc eſſe potuit ex ſuperueniente cauſa, quia forte ſuper-
uenit crimen: de quo de excep. cum venerabilis. Itē quoties de no
uo gradus admittitur, vel mutatur, ita quod locum habeat exce-
ptio, locum habet examinatio in capellanis pape ſecundum cu-
riam, quod fit examinatio perſone cum admittuntur ad prelatu-
ras quaſcunque. ¶ Oppon. ſecundo quod non debeāt priuari po
ſtulando ſcienter indignum, ſed ſunt ipſo iure priuati. ſ. e. cum in
cūctis. So. Dic, priuati referri ad factum. Vel dic, priuati, id eſt,
44 priuati nunciari. ¶ † Opp. tertio cōtra vltimū dictū. ⁊ hic aduer
tendum, qꝛ difficile contrarium concurrente poſtulatione a dupla
facta de indigno, ⁊ ſcienter a maiori parte capituli, videtur quod
non valeat electio facta a tertia contra, licet maior ſit priuata po-
teſtate eligendi. nam minor ignorans non eſt priuata: ergo ele-
ctio non debet valere, ſaltem facta illa minori contempta, vel in
capitulo, vel in electione ſua non exiſtente. ¶ Glo. ſi. que eſt ſu-
per verbo preſumptione. concludit quod iſta procedunt quan-
do electio ⁊ poſtulatio ſunt facte eodem contextu: quo caſu nullus
poteſt dici contemptus. Vel ſi facta fuiſſet primo poſtulatio, ⁊ a
maiori parte ſcienter de indigno, a minori ignorāter: poſtea ex in-
teruallo fieret electio a tertia non vocata illa minori parte poſtu-
lantium non priuata non valeret electio. ¶ Opp. quarto cum gl.
que eſt ſuper verbo Maior. ⁊ videtur quod vbi poſtulatio concur
rit cum electione, ⁊ poſtulatio fit de indigno a minori parte ſcien-
ter, ⁊ electio de digno, quod debeat valere electio: imo, quod plus
eſt, ſi vnus tantum de dupla hoc ſciuerit, videtur quod debeat va
lere electio: quia ſi vnus detur de dupla parte poſtulantium pri-
uatus poteſtate eligendi, iam reperitur quod concurrit poſtula-
tio cum electione, ⁊ electio eſt facta a tertia, ⁊ altera a minori du-
pla: debet ergo preualere poſtulatio, quando concurrit minor du-
pla cum alia, ⁊ ſic procedit caſus precedens, vt in ver. quod ſi. Io.
An. dicit quod quando concurrit electio cum poſtulatione, atten-
duntur verba tantum, ⁊ ruditer conſideratur numerus prout in
facto eſt, non prout in iuris effectu hoc caſu. Ad hoc quod no. eo.
titu. indemnitatibus. libro ſexto. Unde dicit Innocen. ⁊ Compo.
quod licet careant voce pro illa vice eligentes indignum, in illa ta
men electione computantur in numero, vt ſi due ſunt partes, quia
ſuſtinent in numero duplam partem, ⁊ fatendum quod tertia non
ſit maior, ⁊ licet non augmētent vocem: pono quod ſint octodecim
canonici. duodecim poſtulant, ⁊ ibi fatentes indignum, ſex, eligāt,
licet illi duo non augeant vocem, quia nō erunt niſi decem voces,
tamen pro illa electione computabuntur in numero duodecim, vt
numerus dicatur octodecim, ⁊ non dicatur ſexdecim tantum: per
quod relinquitur quod non habebit electus tertiam partem. Hec
vera dicit in electione, in qua priuatur. Si autem fuiſſet priuatus
ante, ⁊ poſtea eligerent, non computarentur nec in numero, nec
in voce illi, qui ſunt priuati, niſi alias eis fuiſſet participatum
ius eligendi: vt quia admiſerant ignoranter, vel ſcienter, cum pro
teſtatione: ſed quia non ſic ſi maior pars priuaretur poſtulantiū,
illi computarentur in numero, ſicut computatur minor. Ideo
mihi videtur quod clarior poſſet dari ratio, quod aliquibus exi-
ſtentibus priuatis, eorum poteſtas deuoluitur ad illos, in quibus
ſunt potētie capitulares, que ſunt in dupla parte, ⁊ in tertia nihil
eſt de virtute capituli. ¶ Si ergo datur priuatio minoris partis
poſtulantium, cum remaneat numerus firmus, poteſtas iſtorum
acceſſit alteri poſtulantium, que maior eſt, nec poteſt accreſcere
tertie parti: quia ibi nulla eſt ſcintilla capituli. ¶ Sed vbi datur
priuatio maioris partis, iam potentie capitulares vbi erant, ex
toto euaneſcunt, quia in minori parte: ſit ergo acceſſio neceſſario
ad alias partes: quia in illo remanet capitulum: ⁊ tunc reperitur
aliquid accreſcere tertie parti de capitulari virtute, merito tamē,
cum non habeat ſecum concurſum voce duplam partem, ⁊ ali-
quid habet de capitulari poteſtate preferatur electio poſtulatio-
45 ni. ⁊ hoc voluit hec lec. Per hoc deciditur illa queſtio. ¶ † Pone
quod maior pars poſtulantium ſcienter poſtulauit indignum, mi
nor ignoranter, cum pars minor ignorans excedit in numero eli-
gentes, quid tunc fiet. Innocen. dicit quod vtraque caſſabitur: po-
ſtulatio, quia de indigno: electio, quia poſtulatio a duplo maiori, ⁊
poſtulantes ſunt plures eligentibus: ⁊ ſecundum eum ſtabitur li-
tere. Exemplum, ſunt octodecim canonici. ſedecim poſtulant,
duo eligunt. duodecim ſcienter poſtulant indignū, remanent qua-
tuor poſtulantes ignorantes. Dicit tunc Innocen. quod vtraque
caſſabitur. Ego dico quod hoc caſu valeret electio, vt dicit hec
decre. quia ex quo nec in poſtulantibus, nec in eligētibus tot ſunt,
quot poſſunt ſuſtinere capitulum: ad vtroſque ſit neceſſaria deuo
lutio: nec eſt ratio quare magis ad vnam, quam ad aliam fiat,
Unde non facio differentiam an remanentes ſupplerent eligen-
tes vel nō, vbi datur priuata maior: ſed vbi datur priuata minor,
dico quod accreſcit parti, que ſuſtinet capitulum, ⁊ ſic maiori, ⁊c.
Hec vera, quando facta deuolutione ad eligentes in tantum illi
accreſcit, quod aſcendat ad vltra tertiam, vel ad tertiam: alias,
vtraque caſſaretur: ſit enim deuolutio pro rata ⁊c. Ant. de Butr.

1 ☞ Eccleſie quis prelatū dabit, canonicis eligere negligētibus. 12
2 Canonicatus finis quis ſit.
3 Uacatio eccleſiarum eſt periculoſa.
4 Eligere habentium tempus eſt trium menſium.
5 Tempus ad conuincendam negligentiam, non currit impedito.
Preſcriptio non currit agere non valenti.
6 Prouidendi modus non variatur ex perſone variatione.
7 Poteſtas deuoluta eiuſdem eſt qualitatis qualis fuit. 8.
9 Epiſcopus in quibus requirat capitulum.
10 Tempus ad conuincendam negligentiam vt extendatur.
11 Electio debet fieri de gremio eccleſie ſi ibi reperiatur idoneus.
13 Impeditus iuſte an debeat reſtitui aduerſus temporis curſum.
14 Eligendi poteſtate deuoluta ad ſuperiorem, quid agendum. 16.

Eligi an

15 Eligi an poſſit de corpore, ſi negligendo deliquerunt.
17 Eligere negligentis quenam ſit pena.
18 Electione a papa interdicta non currit tempus eligentibus.
19 Electione interdicta an ſit neceſſaria proteſtatio.
20 Impedito per aliuni eſt neceſſaria proteſtatio.
21 Eligere negligentes priuantur eligendi poteſtate.
22 Eligendi poteſtas olim deuoluebatur ad papam.
23 Electione deuoluta ad ſuperiorem qualiter debet prouideri.
Eligi poſſunt de gremio, qui ſunt priuati eligendi poteſtate.
24 Priuatus actiue non cenſetur paſſiue priuatus.

1 **NE pro defectu.** †Si illi, ad quos ſpectat, negligunt eligere
prelatum cathedralis, vel regularis eccleſie, intra tres
menſes, proximus ſuperior eccleſiam ordinabit: quod
ſi intra alios tres meſes non fecerit, canonice punietur.h.d. ¶ Sūt
due partes. In prima conſtitutionis cauſa. In ſecunda conſtitu-
tio, ibi: ſtatuimus: que cōſtitutio quatuor facit. Primo, ſtatuit tē-
pus electionū. Secundo, priuat negligentes, ibi: intra quod. Ter-
tio ad ſuperiorem deuoluit, ibi: ipſa. Quarto punit ipſum ſuperio
2 rem, ſi negligat, ibi: ſi vero. ¶ †Nota principium text. pro exordio
iuris prouidēdi circa eccleſiarū vacationes. Tertio, qđ finis etiā
canonicatus, prout eſt fori contentioſi, eſt inſequi bonū animarū.
3 †Et ſic nota eccleſiarum vacationem periculoſam ſpecialiter pro-
pter duo, ſ. propter periculū animarū, & detrimentū rerū eccleſia-
4 rū. ¶ †Tertio nota tempus ſtatutū ad conuincendā negligentiā
habentiū eligere in eccleſijs cathedralibus, vel conuentualibus,
vbi agitur de prouiſione principalis prelati: q2 tempus eſt trium
5 menſium. ¶ †Quarto nota qđ tempus ſtatutum ad conuincendā
negligentiam, non currit impedito: ideo non valenti agere nō cur
rit preſcriptio. ¶ Quinto nota qđ negligentes eligere intra tem-
6 pus ſtatutum priuātur ſolum illa vice eligēdi poteſtate. ¶ †Sex
to nota qđ ex variatione perſone debentis prouidere, de inferiore
7 ad ſuperiorē non variatur prouidendi modus. †Ex quo patet qđ
poteſtas ad ſuperiorē deuoluta eiuſdē eſt qualitatis forme penes
8 ſuperiorē, cuius, & qualis erat penes inferiorem: †& ſic deuolutio
quod ſic,dummodo vnus ſit electus a maio2i parte:quia ille vide-
tur electus a capitulo,⁊ perinde,ac ſi capitulũ elegiſſet:igitur ex-
penſe ſunt repetende. De modo vide eo.tit. cupientes.§. ceterum.
vbi ponit Joan.And.dicta antiquorum hic ſcribentium: ibi re-
11 mittit in gloſſ.ſi. ¶ †An repetant indiſtincte expenſas electionis.
Dic quod factas pro negotio electiõis indiſtincte repetunt:alias
ſi pro ſuis negotijs iuiſſent,expenſas non repetunt:vt patet ex il-
lo verbo,Propter hoc:niſi prout ibi cauſa negotij electionis ma-
iorem moram traxerit.ff.famil.erciſcun.ex parte.ff. de nego.geſt.
ſi communes. Antonius de Butrio.

1 ¶ Electio ex interuallo celebrata non valet poſt collationem.
2 Electio non valet,in qua prius eſt preſtitus conſenſus electi,quaꝫ eligatur.
3 Sententie cauſa quando exprimenda.
4 Electio non ſit ſine collatione.
5 Electio poſt collationem facta quando valeat.
6 Electionem an vitiet dilatio inter collationem,⁊ electionem.
Dilatio modica non impedit.
7 Electio an vitietur ſola requiſitione conſenſus.

1 **Um poſt petitam.** †Electio poſt collationeꝫ ex
interuallo celebrata non valet.h.d. Primo narrat fa-
ctum,quod ſecundo caſſat,ibi:qꝛ tandem. ¶ Nota pri
mo quod non valet electio facta ex interuallo poſt collationem ha
bitam zeli ad zelum,⁊ ſimilium:⁊ ſic eſt de ſubſtantia quod ſtatim
2 poſt collationem fiat electio,non ex interuallo. ¶ †Nota ſecun-
do quod non valet electio,in qua prius eſt preſtitus electioni con-
3 ſenſus electi,quam eligatur. ¶ †Nota tertio quod vbi ſententia
poteſt in alio,quam in ſententiato preiudicare,⁊ non preiudicare,
4 cauſa ſententie eſt exprimenda.conco2.qđ no.ĩ.c.ſuper eo. ¶ †No-
ta quarto quod etiam vbi ſit electio in concordia,facienda eſt col-
latio. Ad hoc quod no.ĩ.eo.quia propter.⁊ non erit collatio nume
ri ad numerum,ſed erit quomodo omnes cõcordauerunt,⁊ de ſciẽ
tia,merito,⁊ qualitatibus electi,de zelo eligentiũ:de quo dic vt.d.
5 c.quia propter. ¶ †Videtur quod valeat electio , licet poſt colla-
tionem ſit protracta.j.eodem.publicato.Solut. Quidam dicunt
cauſam caſſationis hic fuiſſe ex conſenſu preſtito electioni ante ele
ctionem. Joan.An.dicit quod licet cauſa hic ſit habilis ad caſſan-
dum,quia notatur ambitio,tamen caſſationis cauſa ſurrexit prin
cipaliter ex eo quia fuit protracta:quod patet, qꝛ papa ſe fundat
ſuper inordinato proceſſu.Nõ obſtat.c. publicato qꝛ ibi loquitur
quãdo protrahitur ab eligentibus electio in fraudem electi,vt ibi
not.in vltima gloſſ.hic quando non in fraudem. Ideo eſt conſiliuꝫ
ſecundum Pet.⁊ Abba.quod vbi eſt protracta electio poſt colla-
tionem,quod electores ſe oſtendunt hoc facere in fraudem electi,⁊
non proſequuntur electionem,niſi a ſuperiore compellantur : quo
caſu valebit electio:vt.d.c.publicato.⁊ hoc ſi vis electionẽ valere:ſi
vis nõ valere electionẽ,procurandũ eſt,qđ fiat electio,⁊ nõ valebit.
6 ¶ †An omnis dilatio inter collationem ⁊ electioneꝫ vitiet electio
nem. Dic quod dilatio extranea non naturalis, vitiat:mora vero
naturalis,vt ex neceſſitate corporis,non.C.de teſta.l.cum antiqui-
tas. Item modica dilatio non impedit:ar.ff.de ſolut.l. ratum.⁊.l.
quodcunq̧.ff.rem ra.ha.⁊ licet decre.quia propter . ſolum diceret
mox fieri publicationem, intelligo repetitam cum electione poſt
collationem.ff.de verborum obligatio.l. Titia:quia magis ſuadet
ratio electionem fieri poſt collationem ſtatim , quam publicatio-
nem poſt ſcrutinium:quia poteſt ſubeſſe cauſa deferendi publica-
tionem propter multitudinem ſcrutandorum,que cauſa nõ occur
rit poſt collationem intranda electione. Per hoc dicit Philipp.
quod ſi poſt collationem diceretur iuſta de facto,ſtatim non vitia-
retur electio. Idem ſi tractaretur de concordia,dum tamen nõ di-
7 uertatur ad extraneos actus. ¶ †Gloſſ.ſunt clare,excepta pe.que
tangit dubium an ſola requiſitione cõſenſus vitietur electio. Dic
quod non,niſi conſenſus preſtetur:ſed ſi preſtatur,ſufficit ad caſ-
ſandam electionem,propter ambitionem:quia non ambitione,ſed
labore oportet vnũquemq̧ ad dignitatem peruenire.C.de re mi.l.
contra publicam.lib.xij.⁊ ſic vtraq̧ iſtorum reddit formam inuti-
lem. Licet enim requiſitus conſenſit,⁊ ſi diſſentiat non eſt eligen-
dus:hoc vltimum eſt falſum:quia inuitus , ⁊ fugiens eſt queren-
dus:conſentiens,⁊ ambiens reprobandus , per iura preallegata.
viij.q.ij.in ſcripturis.ſciendum.⁊.c.qui epiſcopatum. Dicit Joã.
And.quod gloſſ.habuit intellectum quod quando ſunt omnino
certi eligẽtes,quod ille,de quo eligendo tractant,non vult epiſco-
pari,quod ſe intromittere nõ debent:ſi tamen fiat electio, per hoc
non negat,quin valeat. Antonius de Butrio.

1 ¶ Monachus factus abbas,in electione abbatis prioris mo-
naſterij vocem non habet.
2 Acto2 compellitur cauſam aptam ſue petitionis exprimere.
3 Eligendi ius non poteſt ex pacto perpetuo concedi.7.8.11.
4 Eligendi ius habere non poteſt monachus alterius monaſterij.
5 Poſſeſſionis ſue titulum oſtendere non cogitur qui eſt in quaſi
poſſeſſione iuris eligendi.
6 Eligendi ius poteſt participari cum extraneis ad tempus.
9 Electioni intereſſe non ſtatim poteſt,qui capitulo.
10 Monachus locum in duobus monaſterijs non tenet.
Poſſeſſionis effectum inficit defectus proprietatis.

1 **Onſtitutis.** ¶ †Monachus vnius mo-
naſterij factus abbas,in ele-
ctione abbatis prioris monaſterij vocem non habet,
etiam ſi tale ius ab abbate,⁊ monachis prioris mona-
ſterij ſibi fuerit reſeruatum.hoc dicit. ¶ Prima ponit petitioneꝫ
acto2is. Secunda,expreſſionem cauſe. Tertia , ſententiam contra
2 acto2em,propter cauſam ineptam. ¶ †Nota primo quod agens
3 compellitur exprimere cauſam ſue petitionis. ¶ †Nota ſecundo
quod ex pacto non poteſt capitulum perpetuo concedere ius eli-
4 gendi extraneis in ſua eccleſia,vel vt ſecum admittantur. ¶ †No-
ta quod ratione perſone monachus alterius monaſterij non po-
5 teſt habere ius eligendi in monaſterio alterius religiõis. ¶ †Op
po.cum gloſſ.quod ſi iſti abbates erant in quaſi poſſeſſione iuris
eligendi,debebant admitti.nec debebant dicere titulum ſue poſſeſ
ſionis.C.de petitio.heredita.l.cogi.Solu. Dicit gloſſ.quod iſti nõ
erant in quaſi poſſeſſione:ideo fuerunt arctati ad oſtendendum ti
tulum ſue poſſeſſionis.de cauſa poſ.cum eccleſia.ĩ.eod. querelam.
⁊ quia agebant ad caſſationem electionis pretendentes ex conceſ-
ſione ius:ideo in petitione ſua debent cauſam agendi exprimere,
quam quia non expreſſerunt,legitime ſuccubuerunt:alias ſi eſſent
in quaſi poſſeſſione,bene debuiſſent admitti:⁊ ſi eſſent contempti,
caſſaretur electio,ſolummodo conſtito de quaſi poſſeſſione,⁊ plus
ſi fuiſſet allegata conſuetudo,ſuffeciſſet docere de quaſi poſſeſſione
6 vt in iuribus predictis. ¶ †Oppoñ.ſecũdo de.c.ſcriptum.ſupra
eodem.⁊ de cauſa poſſeſſio.cum eccleſia.in quibus innuitur quod
poſſunt participare ius eligendi:ideo non erat cauſa inepta. Re-
ſpondet gloſſ.in fin.gloſſ. Dic quod fuit ratio,quia nõ potuit iſtis
participari ius eligendi,ideo non erat cauſa inepta:⁊ ſic quod ex-
7 preſſa fuerit inepta,eſt cauſa quadruplex. ¶ †Prima,quia parti-
cipatum fuit ius eligendi perpetuo ſub nomine perſone.licet poſ-
ſit ſub nomine dignitatis:vt in.c.cum eccleſia.de cauſa poſſeſ.⁊ ſu-
8 pra eodem.ſcriptum. ¶ †Secunda,quia licet tempo2aliter poſſit
participari ius eligendi,non tamen a ſolo prelato cum capitulo:
quia hec eſt alienatio,que debet fieri cum ſolennitatibus debitis.
9 xij.queſtio.ij.abbatibus. ¶ †Tertia , hic fuit participatum ius
intereſſendi capitulo,nec per hoc participatum cenſetur ius in-
tereſſendi electioni:quia hec participatio eſt odioſa,ideo reſtrin-
10 genda:vt in regula,odia.de regulis iuris.libro ſexto. ¶ †Quar-
ta,quod hic participare volebant principaliter confraternitateꝫ,
⁊ conſecutiue ius eligendi,quod fieri non poteſt:quia non poteſt
monachus tenere locum in duobus monaſterijs. Coguntur auteꝫ
dicere titulum,vel quia non poſſidebant,vel ſi poſſidebant , pete-
bant aliud vltra effectum poſſeſſionis:vel ideo cogitur quis dice-
re titulum poſſeſſionis,quia ius commune reſiſtit eis. Vide gloſſ.
de procurato.ex inſinuatione.de poſtula.prelato.hone.in verſi.con
ſuetudinem. Vel dato quod non cogerentur,ſi tamen exprimunt
ineptam,ſuccumbunt:quia ex hoc appareret notorie defectus p-
prietatis,qui inficit effectum poſſeſſionis.de reſtitutio. ſpoliato.
11 nđ decimas.libro ſexto.†Que eſt ratio quare hic conceſſio non va
let. Dicit gloſſ.quia erat facta conceſſio ratione perſone. Secus di
cit,ſi eſſet facta conceſſio ratione dignitatis,⁊ nomine proprio ha-
bere non poterat:quia ſicut non poteſt eſſe monachus diuerſi mo-
naſterij,ita non poteſt habere vocem in diuerſis monaſterijs : ſed
nomine dignitatis:vnde potuiſſent hoc acquirere ex conceſſione
monaſterij. Quod fatetur Compoſtel.quando monaſterium hoc
faceret de conſenſu epiſcopi:alias hoc non poſſet,ſicut nec aliena-
re:quia quedam eſt hec alienatio.xij.queſtio.ij.abbatibus. Hoſti.
hoc non tenet dicens quod conceſſio vt monachus haberet vo-
cem,ſicut alius extraneus,cui eſſet conceſſum,non eſt inhibitum:
cum etiam religioſi ad tales electiones ſint vocandi:vt no.ĩ.c.ne
pro defectu.⁊ quia hoc poteſt cõſuetudine concedi:ergo ⁊ pacto:⁊
conſuetudine poſſunt extranei habere vocem in capitulo : de po-
ſtula.hone. Et ideo dicit quod non valuit hec conceſſio:quia age-
batur quod remanerent fratres , ⁊ monachi prio2is monaſterij.
Fatetur aliquos dicere quod licet tale ius poſſet concedi in ſecula
ribus canonicis.ĩ.c.ſcriptum.⁊.c.cuꝫ Vintoſ.non monachis, vel
clericis alterius profeſſionis.ĩ.c.officij. Joan.And.dicit qđ vt p
vno actu committeretur electio,ſeu actus eligendi monacho alte-

rius monaſterij, hoc non eſt inhibitum, vt hic: ſed ꝙ in perpetuū,
& nomine proprio, bene hoc eſt inhibitum, vt hic. Sed hoc eſt, qđ
dicit Compoſt. qđ vacante eccleſia poteſt hoc ius concedi, non va
cante non, contra facta ſeculari clerico nomine proprio: de conceſ.
preben. ex tenore. z. c. fi. ne aperiatur via conceſſioni, ſeu prouiſioni
non vacantis. Alij, quod erat ratio, quia monaſterium erat imme
diate ſubiectum pape: vnde non poterant monachi illud ad preiu
dicium pape ſubijcere ſeruituti. Uel hoc eſt ratio, quia erat geſtū
quod haberet vocem in capitulo, per hoc nō erat cōceſſa poteſtas
eligendi, vel habendi vocem in electione: qꝛ hec conceſſio, vt odio-
ſa, eſt reſtringenda: de reg. iur. odia. lib. vi. Non plꝫ hoc Jo. And.
quia hic non eſt ſeruitus, per quā pape preiudicetur: nec eſt odio-
ſum, imo fauorabile quod electioni interſint religioſi. Uel vera ra
tio eſt, quod conceſſio perpetua fieri non poteſt monacho alterius
religionis, eccleſia non vacante. Aliam rationem aſſignat glo. ſe-
quens: quia principaliter erat actum vt haberent confraternita-
tem in primo monaſterio Fuſtañ. vnde videbatur eis quod eſſent
confratres, ſicut prius, & quod poſſent eligere: ſed hoc nō eſt verū,
quia non poteſt eſſe vnus monachus duorum monaſteriorum.

1 ☞ Electio debet fieri verbo.
2 Electio facta a maiori parte valet.
3 Electio non poteſt fieri facto.
4 Juris patronatus collatione ſufficit habere maiorem partem.
5 Electio per deportationem quare non valeat.
6 Poſſediſſe quando quis dicatur maiori parte anni.
7 Electio per deportationem non valet.

1 Eccleſia veſtra. ¶ † Electio debet fieri
verbo, & de illo, in quem
conſenſerit maior pars, non reſpectu aliorum, ſed re-
ſpectu capituli tantum hoc dicit. Propoſitio, exami-
2 natio, & ſententia. ¶ † Nota primo intellectum huius dicti, quod
dicitur valere electio facta a maiori parte: quia intelligitur ma-
ior comparatione capituli totius, non cōparatione minoris par-
3 tis. ¶ † Nota ſecundo quod electio non poteſt fieri facto, ſed opus
eſt verbo. Et ſic vbi formalitas verbi exigitur, non ſufficit habere
4 conſenſum organo ſupernaturali. ¶ † Oppo. Uidetur ſufficere
maiorem partem comparatione minoris: de iure patrona. c. quo-
niam. Dic quod ibi in patronis, qui conſentiunt vt plures, non
vt capitulum: hic loquitur in his, qui habent conſentire vt capitu
lum. de iudicibus vide in Specu. de ſententie prola. §. iuſta. circa
principium. vbi inuenies quod notat Egid. infra eodem. in Gene-
5 ſi. ¶ † Quero quare nō valet electio per deportationem. Dic quod
verba exiguntur: & quia in tali deportatione ante electionem nota
tur ambitio. Et conſilium eſt tali deportato ad ſedem epiſcopa-
lem ante electionem, quod ſi deportatur inuitus, ſtatim, cum po-
teſt, fugiat, & locum derelinquat. ad hoc de ſponſa. ad id, quod.
6 ¶ † Gloſſ. opponit quod ſufficiat habere maiorem partem re-
ſpectu aliorum, licet non habeat maiorem partem totius capituli:
argumen. ff. de verborum ſignifi. l. maiorem. vbi dicitur quis maio
ri parte anni poſſediſſe, licet nō poſſederit niſi duobus menſibus.
Gloſſ. non reſpondet. Dic quod reſpectu aduerſarij, qui minus
poſſedit, dicitur poſſediſſe, non reſpectu anni. Sic & Thomas hic
habuit maiorem partem reſpectu aliorum, non per hoc tamen di-
7 citur habuiſſe maiorem partem capituli. ¶ † Quid ſi fuiſſet a ma-
iori parte capituli nominatus, an hoc habuiſſet ius. Dic quod nō:
quia non fuit electus, nec facta deportatio poteſt haberi pro ele-
ctione, ex eo quod facta non eſt in forma debita: quia pro forma re-
quiritur quod electio fiat verbaliter. Unde factum ſolum ſufficere
non videtur. Per hoc non obſtant iura, que videntur velle factū
ſufficere in tranſlatione poſſeſſionis: quia ibi in actu regulato a ſo
lo animo, & corpore. ff. de acquiren. poſſ. l. iij. ſed hic non regulatur
ſolo, animo ſed requiritur verborum forma. Ad quod. ff. de ver-
borum obligationibus. l. j.

1 ☞ Abbas eſſe non poteſt non profeſſus.
2 Doctor quis non poteſt eſſe antequam ſit ſcholaris.
3 Electio abbatis non valet ante profeſſionem.
4 Canonici regulares comprehenduntur appellatione monacho-
rum.
5 Appellatio quo caſu poſſit de iure remoueri. nu. 8.
6 Canonicus regularis eligi poteſt in abbatem.
7 Monachus non profeſſus an poſſit adminiſtrare monaſterium.

1 Cum in magiſtrum. ¶ † Nō pro-
feſſus in ab-
batem aſſumi non poteſt. h. d. & diuiditur vt proxima.
2 ¶ † Nota text. a principio allegabilem contra ſchola-
res, qui volunt incontinenti eſſe doctores: & contra prelatos ambi
3 tioſos. ¶ Nota ſecundo quod non valet electio in abbatem pmo-
4 ti, antequam ſit profeſſus. ¶ † Nota tertio quod appellatione mo
nachorum non comprehenduntur canonici regulares, licet quan-
5 doq; equiparentur. ¶ † Nota caſum, in quo remouetur appellatio
6 de iure. ¶ † Nota canonicum regularem poſſe eligi in abbatem.
Hodie dic vt in cle. cum rationi. eod. ti. Nec decret. non ſuperfluit
per decre. cum cauſam. & ad noſtram. & eo. q. c. cum cauſam. loqui-
tur in promouendo, hic in promoto. c. ad noſtram. loquitur in eo,
qui nōdum erat profeſſus tempore electionis, imo nec monachus:
7 & ſic non ſuperfluit, ſecundum Abbatem. ¶ † An ad temporales
adminiſtrationes monaſteriorum poſſunt aſſumi nō profeſſi. Dic
quod ſic: quia ſunt quaſi caſtaldi. Et idem dicit de laicis, ſecundū
Egi. hoc hodie correctum: quia in talibus etiam requiritur expreſ
8 ſa profeſſio. de ſta. mo. in cle. ne in agro. §. ſane. in fi. † Cauſa reiectio
nis appellationis in fi. eſt quod non appellatur a correctione. de of
ficio. ordina. licet. Antonius de Butrio.

1 ☞ Electio facta a non maiori parte capituli, non valet.
2 Canonici ſtatuere diem poſſunt ad electionem.
3 Abſentes ad electionem non vocantur, ſi hoc conſuetudo dictet.
4 Eligendi poteſtatem extranei ratione dignitatis poſſunt acqui-
rere in aliquo collegio.
5 Electioni epiſcopi non debent clerici eccleſiarum intereſſe.
6 Electioni qui admittantur cum proteſtatione.
7 Proteſtatio quid operetur.
8 Libellus quomodo debeat concludere in quaſi poſſeſſione iuris.
9 Conſuetudinis appellatione quid veniat.
10 Electioni intereſſe qui non debeat.
11 Electio facta contra formam quando dicatur.
12 Electioni intereſſentis vox computatur in numerum.
13 Electionem iuuat vox eius, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris eli-
gendi.
14 Electioni intereſſentis vox non computatur in numerum.
15 Proteſtatio contra factum non iuuat.
16 Proteſtatio contra factum iuuat.
17 Conſenſus requiſitus in aliquo actu, an ſufficiat tacitus.
18 Proteſtatio contra admiſſum ad electionem, an noceat.
19 Electioni quod aliqui debeant intereſſe de iure, & conſuetudine,
quomodo intelligatur. 21.
20 Electio prelati ſpectat ad canonicos eiuſdem eccleſie.
22 Eligendi ius in quaſi poſſeſſione vbi concludatur.
23 Eligendi ius non concluditur per quaſi poſſeſſionem.
24 Eligendi ius an ſit preſcriptibile.
25 Eligendi ius ſi pretenſum, quomodo probetur.
26 Seruitutes poſſunt conſuetudine queri.
27 Seruitutes que habeant cauſam continuam, vel diſcontinuam.
28 Electio facta cum laicis, an & quando valeat.
29 Eligere quando poſſit excommunicatus vel ſuſpenſus.
30 Electionis habitum habens ſed non exercitium, an admitta-
tur. 31.
32 Poſſeſſor in dubio an in electione preferatur proprietario.
33 Depoſitarius an preferatur domino in depoſito.
34 Proteſtatio facta per aduocatum quid operetur.
35 Electi vox an computetur in numero electionis.

1 Cumana. † Electio facta a non maiori parte
capituli, & omiſſa collatione, nō va
let. h. d. Prima narrat factū electionū. Secūda ibi: cū
xviij. illis irritatis cauſam exprimit, & electores punit.
¶ Caſus. Uacante eccleſia Cumana, & ibi exiſtētibus. xviij. cano-
nicis, & vocatis tribus abbatibus, qui de conſuetudine habebant
poteſtatem eligendi, & ſic inter oēs erāt. xxi. Quidā capellani, & cle-
rici ciuitatis exiſtentes in quaſi poſſeſſione eligendi ſecū, qui in-
terfuerant duabus proximis electionibus, fuerunt admiſſi hac
cū proteſtatione, quod vox illorum, qui non debebant intereſſe de
iure, vel de conſuetudine, ſuffragium nō tribueret, nec in numero
cōputaretur. Tandem proceſſerunt ad electionem, & numerando
ſolum illos, qui habebāt ſuffragium: de. xviij. canonicis. vij. cōue-
niūt in archipreſbyterū eccleſie, & vnus de abbatibus, de quib⁹ nō
dubitabatur ꝙ intereſſe debebāt, & ſic habuit. viij. Ex altera parte
cōſenſerūt nouē canonici. & vn⁹ ex abbatib⁹, & ſic decē, in archidia-
conū eiuſdem eccleſie. Tandē publicato ſcrutinio nulla alia facta
collatione elegerunt: preſentatis his electionibus diſputatū fuit
ſup virib⁹ electionū, &c. Uel ſic: Uacāte Cumana eccl'ia exiſtētibus
in eccl'ia. xviij. canonicis, & trib⁹ abbatib⁹ hñtibus ptātem eligēdi
de cōſuetudine, de quib⁹ nō dubitabat, & ſic inter eos erant. xxi. ca
pellani quidam, & clerici alij de ciuitate inter omnes aſcendebant
ad numerū. lv. pceſſerūt ad actū electionis. Et primo in ſcrutinio
facto. vij. de canonicis, & vnus de abbatib⁹, & ſic minor pars de. xx.
& vno canonicis cōſenſerūt in archipreſbyterū eccleſie, totoq; exiſtē
tibus

tibus ſecum capellanis,⁊ clericis,quod aſcendebant ad numerum
xxviij.⁊ ſic erat minor pars, etiam habito reſpectu ad.lv.compu-
tatis capellanis ⁊ clericis conſentientibus.Ex altera parte.xi.ca-
nonici,⁊ vnus ex abbatibus,⁊ ſic maior pars de.xxi.qui habebant
poteſtatem eligendi conuenerunt in archidiaconum,tot ſecum exi
ſtentibus de extrinſecis capellanis,⁊ clericis, quod aſcendebant
ad numerum.xxvij.⁊ ſic erat minor pars, etiam habito reſpectu
ad.lv.computatis capellanis,⁊ clericis:preſentate fuerant electio-
nes.Allegatur pro parte archipreſbyteri ſuam electionem admit
ti debere,eo quia facta a maiori parte omnium,tam canonicorum,
quam clericorum,quam capellanorum: quia de.lv.xxviij. in eum
conſenſerunt:⁊ ſic erat maior pars.Ad hoc probandum produxe
runt teſtes,vel inſtrumenta,quibus probauerant quod capellani
interfuerunt proximis electionibus duabus Cumane eccleſie:⁊ ſic
erant in quaſi poſſeſſione iuris eligendi,⁊ ſic debebant intereſſe,et
dare vocem de iure.Et teſtes deponebant quod interfuerant ele-
ctioni,ſed non probabant an ipſi fuerant ſcrutati.Ex aduerſo fuit
petitum,electionem confirmari ipſius archidiaconi,⁊ archipreſ-
byteri caſſari,eo quia computatis illis,qui habebant vocem, qui
erant.xxi.Archidiaconus habebat maiorem partem altero: quia
alter non habebat niſi octo ⁊ ipſe habebat decem voces,⁊ quod il-
lorum capellanorum, ⁊ clericorum vox non deberet computari,
probabat ſic:quia ipſi non probant ſe eſſe in poſſeſſione iuris eli-
gendi:quia non concludebatur. Interfuerunt electioni, vt pro-
bant teſtes,ergo elegerunt.poterant enim intereſſe, ⁊ vocem non
habere,cum multi ſic interſint. Item dato quod probarent ſe eſſe
in poſſeſſione,fuerunt admiſſi,ſi de iure,vel cõſuetudine haberent
vocem:ſed de iure non habebant,quia de iure communi ſoli cano-
nici:nec ex conſuetudine,quia ſola poſſeſſio non arguit conſuetu-
dinem:papa vtranque caſſauit,duplici ex cauſa. Primo vero com-
putatis capellanis ⁊ clericis duplici de cauſa: quia non probant
poſſeſſionem hic,licet probarent ſe interfuiſſe electioni,ex quo non
probabant ſe ſcrutatos eſſe,cũ intereſſe poſſent,⁊ non elegiſſe.Se-
cundo,quia dato quod probaſſent ſe poſſediſſe,per hoc non proba
bant ſe de iure,vel conſuetudine intereſſe debere: ⁊ conſentientes
tali proteſtationi ſibi preiudicabant, licet ex commodo poſſeſſio-
nis debuerit intereſſe:his non computatis reſtabat inter tres ab-
bates ⁊.xviij.canonicos,ita quod erant numero.xxi.⁊ ſic neuter
habebat maiorem partem comparatione capituli, licet haberet
maiorem partem alterius comparatione minoris. Item tertio,
quia non erat facta collatio poſt ſcrutinium:⁊ ſic erat in forma pec
2 catum:⁊ ſic omnes illa vice eligendi poteſtate priuauit. ¶†Nota
primo quod poſſunt canonici ſtatuere diem ad actum electionis
faciendum.Qui poſſint ſtatuere, ita quod conuincatur aliorum
negligentia,dictum eſt ſupra eodem.cum nobis. et capitu. bone.
3 ¶†Nota ſecundo argumen.quod abſentes non ſunt ad electio-
nem vocandi:quod eſt verum, ſi hoc habet conſuetudo, vt dixit
4 gloſſ.alias non.¶†Nota tertio quod de extra collegium ratione
dignitatis poſſunt acquirere poteſtatem eligendi in aliquo colle-
5 gio.¶†Nota quarto quod de iure clerici ⁊ capellani eccleſiarum
6 non debent intereſſe in actu electionis epiſcopi. ¶†Nota quinto
cautelam quod vbi eſt dubium an qui petunt admitti ad actum
electionis,debeant,vel non,admitti, vel vtrum habeant, vel non
vocem:cautela eſt quod admittantur cum proteſtatione, de quo
ſupra eodem.illa.de conſuetu.cum dilectus.⁊ debet continere pro-
teſtatio quod vocem habeant,ſi de iure debent intereſſe.
7 ¶†Et nota quod proteſtatio iuuat proteſtantem,⁊ detrahit iuri
8 eius,cui preiudicat.¶†Nota ſexto practicam concludendi articu
lum ad concludẽdum quaſi poſſeſſionem iuris:quia oportet quod
articulus ſic formetur,quod detur exercitium alicuius de ſubſtan
tialibus,ex quibus colligitur ius:nec ſufficit quod detur exerci-
tium,⁊ patientia alicuius ex preparatorijs ad exercitium iuris.de
cauſa poſſeſ.cum eccleſia.de prebend.dilecto.Et vide Ioan.And.
infra de officio.ordina.ad noſtram.Unde ſi vis concludere quaſi
poſſeſſionem iuris eligendi,non ſufficit probare quod interfuerit
in electione:quia per hoc non concluditur quod elegerit,nec ſuffi-
cit probare quod dederit ſcrutatores:quia per hoc non probatur
quod elegerit,⁊ quod vox ſua fuerit operata in conficienda electio
ne,licet fuerit operata in aliquo preambulo ad faciendam electio-
nem:ſed oportet quod articulus concludat quod interfuit, dedit
ſcrutatores,⁊ quod tanquam vocem habens fuerit ſcrutatus, et
quod elegerit:ſufficit tamen probare aliquid de ſubſtantialiter
conferentibus ad iuris exercitium,vt quod aut elegerit,aut quod
vocem in ſcrutinio dederit:quia iſti ſunt actus non proportiona-
9 biles alijs,quam eligere debentibus.¶†Nota ſeptimo qđ appel
latione conſuetudinis intelligimus de conſuetudine preſcripta.
Facit hic text.ad hoc quod nota.de conſuetudi.capitu.finali.libro
ſexto.Ad hoc vide Frede.ſuo conſilio.lxxxvi.Hoc maxime eſt ve-
rum,quando conſuetudo eſt impropria: vt quia de ea fit mentio
circa iura approbabilia.de quo ſupra.de conſuetud.capitu.fina.de
regulis iuris.libro ſexto.nemo.Ad hoc gloſſ.de electio. generali.
libro ſexto.in gloſſ.fina.Et hoc eſt verum, ſaluo quam in libello,
vbi largiſſime verba interpretantur:quia ibi appellatione conſue
tudinis comprehenditur etiam non preſcripta:vt eſt caſus. ſupra
10 eodem.querelam.¶†Nota octauo quod exiſtens in quaſi poſſeſ-
ſione iuris eligendi,de iure,aut conſuetudine,non debet intereſſe
in electione.Quod intellige,id eſt,ex iure: ſed debet bene tantum
11 intereſſe communi poſſeſſionis iure hoc permittente.¶†Nota no
no quod electio dicitur fieri contra formam,quando fit ex ſcruti-
nio,in quo non apparet maiorem partem conſenſiſſe.Ad hoc tex.
hic,⁊ ſupra eodem.capitu.auditis.Item quando eſt facta non ha-
bita collatione.Et nota quod ſi fiat electio contra formam electio-
nis, priuantur poteſtate eligendi. ¶Habemus hic examinare
Primo admiſſionem tantum non habentium voces cum proteſta
tione,ita quod primus paſſus erit circa proteſtationem. Secun-
12 dus circa preſcriptionem iuris eligendi poſſeſſionis. ¶†Videa-
mus iſta.Ad primum oppo.cum gloſſ.que eſt ſuper verbo Pro-
teſtationem.quod capellani,⁊ clerici debuerunt numerari in nu-
mero vocum:quia ex quo interfuerunt, eorum vox debebat com-
putari,ex quo cum extrinſecis poſſunt intrinſeci participare ius
eligendi,⁊ ea participata computantur voces.ſupra eodem. ſcri-
13 ptum.¶†Preterea,iſti erant in quaſi poſſeſſione iuris eligendi,
ſaltem capellani:ergo eorum vox debebat dare ſuffragium.Et da
to quod non fuerint in quaſi poſſeſſione,vt patet in capitu. cum
Vintonien.ſupra eodem tit.tamen vbi probatum fuiſſet quod in-
terfuerint alias electioni,⁊ fuerunt ſcrutati,tunc eorum vox debe-
bat computari:vt patet.ſupra eod. querelam.de iure patronatus.
14 capitu.conſultationibus.cum ſimilibus.†Gloſſ.reſpondet quod
hoc operata eſt proteſtatio:quia de iure,eorum vox, ſi ſimpliciter
fuiſſent admiſſi,debebat computari: ſed propter proteſtationem
excluſa eſt.Uel dic vt dicit gloſſ.quod hoc fecerunt compulſi.Dic
vt in fin.gloſſ.imo ipſi non fuerunt compulſi,ſed ipſi confidebant
de iure.Sed huic obuiat,quia ex quo proteſtatio tendit ad detra-
15 hendum iuri alterius,proteſtatio non iuuat proteſtantem.†Item
quia eſt contra factum:ſonat enim factum,quod admiſſi habeant
vocem,⁊ quod non habeant vocem,repugnat ſenſui totalis facti:
ergo proteſtatio vt contra factum,non iuuat:de appella. ſolicitu-
16 dinem.vt patet.ſupra de conſtitutio.cum. M. †Gloſſ. allegans
pro ⁊ contra,an proteſtatio iuuat.finaliter dicit quod operata eſt
hoc proteſtatio,vt iſti perdant ius ſuum. Ad contraria non re-
ſpondet aliter,niſi quod dicitur,quod quandoque proteſtatio, ex
qua detrahitur iuri alterius,eſt veſtita conſenſu eius,cui detrahi
tur:et proteſtatio iuuat,vt hic.Si non eſt veſtita conſenſu iſtius,
cui ex proteſtatione detrahitur,proteſtatio non iuuat:et ſic loqui-
tur hic:ſed per hoc non tollitur decreta.cum. M. Ideo reſpon-
deo vt ex mente colligitur gloſſ.Quandoque proteſtatio, que ten-
dit ad tollendum totalem ſenſum facti,non eſt iuſta cauſa veſtita:
et proteſtatio non iuuat.Quandoque eſt iuſta cauſa veſtita: et iu-
uat.Hic erat veſtita iuſta cauſa, ſcilicet propter dubium iuris
illorum,qui volebant intereſſe,quibus etiam ius reſiſtebat, cum
de iure intereſſe debebant electioni ſoli canonici.ſ.eo.c.j.Ideo cum
propter probabilem dubitationem iuris ſubeſt iuſta cauſa prote-
ſtandi,cũ illo tempore nõ poſſet certificari hoc ius,q͛ ibi nõ erat
iudex,qui hoc declararet,merito operata eſt.Et ſic loquitur hic:⁊
ſic reſpondet etiam Inno.¶Sed cõtra hoc obuiat:q͛ non vide-
tur habuiſſe conſenſum illorum, imo cauſatiue compulſi ſunt ad
conſentiendum:alias non admittebant eos iſti de capitulo. Et ſic
non videtur quod proteſtatio habuerit iuſtam cauſam, imo iniu-
ſtam,quia violentam.Gloſſ.aliter non ſoluit.Sed dicunt doct. qđ
non fuerunt inuiti,imo volentes:quia nõ poterant compelli ad cõ
ſentiendum proteſtationi.Si enim confidebant de quaſi poſſeſſio-
ne, debebant reſpondere quod non conſentiebant proteſtationi, ⁊
ſe nolle renuntiare quaſi poſſeſſioni ſue:⁊ cõminari ſi procederetur
ſine eis,qđ proſequerentur quaſi ſpoliationem,⁊ cõtemptũ.Pro-
pter qđ cõſuluit abbas qđ is,cui proteſtatio fit ad detrahendum
ius,faciat proteſtationem cõtrariam, per quam conſeruetur ius:
vt in caſu noſtro proteſtati qđ ex cõmodo poſſeſſionis intendebãt
eligere.Et hoc placet Io.An.licet bene ⁊ male dixerit,qđ iſti vel-
lent,vel nollent,cõpulſi ſunt ad conſentiendũ ꝓteſtationi: aliter ſe
feciſſent alienos.ſ.eo.cum nobis olim.¶Habes ergo qđ proteſta
tio fuit veſtita duplici cauſa.Primo cõſenſu illorũ,quibus eſt fa-
cta proteſtatio:⁊ in hoc profuit ad detrahendũ iuri eorũ,qui alias
ratione poſſeſſionis debebant intereſſe.Secundo fuit veſtita pro-
pter dubietatẽ iuris:⁊ hec firmauit proteſtantem ꝯ cõtrarietatem
17 facti,vel totalis cõſenſus facti.¶†Circa qđ quero an ſufficiat cõ
ſenſus tacitus ad veſtiendum,an exigatur expreſſus.Dic qđ ſi de-
tur ꝯdictio partis,cui fit proteſtatio ad ius detrahendum, planũ
qđ nõ preiudicat.Si nõ contradicit,⁊ expreſſe cõſentit,preiudicat,
vt hic.Sed ſi proteſtatus tacet,tũc Inno.dicit qđ proteſtatio non
proficit,quaſi exigat expreſſus cõſenſus:q͛ licet proteſtanti credat

contra ſe, non tamen contra alium. ff. de interroga. actio. l. de etate. §. j. ff. nau. cau. ſta. l. vltima. j. reſponſo. ad hoc. ſ. eo. in Geneſi. qđ ſatis placet. Et ſic patet qđ vbi proteſtatio tendit ad tollendum id, qđ debetur de iure communi, requiritur expreſſus conſenſus ad-
18 uerſe partis. Uide tertiam gl. ¶ † Sed huic valde obuiat quod attentata forma proteſtationis nō debuerit preiudicare his exiſtentibus in poſſeſſione. Conſtat enim quod exiſtens in quaſi poſſeſſione de iure debet electioni intereſſe. ſ. eo. querelam. proteſtatio comprehendebat quod qui non debebant de iure intereſſe, non habebant vocem: ⁊ qui debebant intereſſe de iure, habebant vocem. Iſtud forte contrarium hic nō declarant docto. Alias dixi quod cum iſti eſſent de extra collegium, non debebant de iure intereſſe, licet eſſent in quaſi poſſeſſione: quia iſta quaſi poſſeſſio habebat reſiſtentiam iuris communis: ⁊ ſic non debebat iuuare quem iniuſte. Hoc non placet modo: quia eo quod ſunt admiſſi ſcientibus, ⁊ patientibus illis, ad quos ſpectat ius eligendi, ſtatim iuſtificata eſt eorum poſſeſſio: vt. ſ. de can. poſ. cum eccleſia. Sed dic ſaluando iſtam quod non debebant de iure intereſſe, quia etiam non concludebant quaſi poſſeſſionem. Et ſi dicas. Iſte eſt actus electionis, qui veriſimiliter non patitur niſi ius habenti: ergo ipſi videntur in dubio illo iure vti tanquam iure proprio. Certe imo quandoque patitur electio alicui ius non habenti: vt. ſ. eod. ſcriptum. e. c. cum
19 Uinton. ⁊ per hoc non concludebatur quaſi poſſeſſio. ¶ † Uel ſecundo etiam fatendo quod eſſent in quaſi poſſeſſione: aduerte ad modum proteſtandi. Dicunt enim quod nō admittantur, niſi qui de iure, aut conſuetudine debent intereſſe. Illud verbum De iure, declaratur per illud, quod ſequitur, De conſuetudine: nam quidam ſunt, qui de iure debent intereſſe, iure hoc immediate operante, id eſt, iuris proprietate. Quidam ſunt, qui de iure debent intereſſe, id eſt, operatione iuris propter poſſeſſionem, ⁊ ſic non ex proprietate iuris, ſed propter poſſeſſionem debent de iure intereſſe. Et modo primus intellectus eſt verus, quando profertur cum adiuncto, Uel de conſuetudine: quia ex illa parte alternatiue, que notat proprietatem, declaratur prima pars alternatiue, vt illa verba De iure, intelligantur, id eſt, ex iuris proprietate: ⁊ hoc
20 eſt tenendum. ¶ † Sed huic obuiat, quia erat impoſſibile quod iſti de iure poſſint intereſſe, cum de iure communi hoc ſpectet tan-
21 tum ad canonicos. ſ. c. j. xvi. q. vltima. congregatio. ¶ † Solu. glo. in verbo De conſuetudine, tollit contrarium: dicit quod proteſtatio ſic intelligebatur De iure, ⁊ conſuetudine, vt Et intelligeretur pro Id eſt: ⁊ ſic de iure, id eſt, de conſuetudine. Uel poteſt proprie intelligi, vt quod dicit De iure, ſcilicet ex priuilegio, ⁊ ſic de iure ſingulari: ⁊ quod dicit De conſuetudine, intelligatur de conſuetudine, ſcilicet preſcripta: nam poterant intereſſe, ⁊ de iure, et
22 priuilegio a papa conceſſo. De hoc vt lite pen. c. j. ¶ † Sed contra adhuc videtur quod debuit admitti ex illa parte, quia ex conſuetudine: nam eo quod bis interfuerūt, ſatis dicuntur conſueuiſſe admitti: nam ſufficit vt dicatur conſuetum, tot vicibus interfuiſſe,
23 ex quo detur quaſi poſſeſſio: vt eſt caſus. ſ. eo. querelam. ¶ † Sol. Dicunt doct. quod non ſufficit concludere quaſi poſſeſſionem, vbi debent habere vocem ſi debent intereſſe de conſuetudine: quia appellatione conſuetudinis in dubio debet intelligi de preſcripta. Et hoc vult hec decre. quod alibi melius non probatur. Uides enim quod in proteſtatione. ſ. circa principium: nihil fuit de preſcriptione expreſſum. Facit de conſtit. c. j. C. de liberali cauſa. l. non idcirco. Non obſtat decre. ſ. eod. querelam. quia ibi verbum Conſuetudo,
24 fuit prolatum in materia latiſſima, ſcilicet libelli. † Sed huic obuiat: quia non videtur ius eligendi preſcriptibile, quia non habet continuam cauſam. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. ff. de ſerui. vrba. predi. l. foramen. C. de ſerui. l. ſecunda. ff. ſi ſerui. vend. l. ſi quis diuturno. ¶ Quidam dicunt quod hoc ius preſcribitur ſolum tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat: ſicut dicimus in habente cauſam diſcontinuam: vt. l. j. in ſi. ff. de aqua plu. ar. vel ſaltem tempus duplicabitur, ſecundum quod dicitur. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi conſtituta. C. de ſerui. l. fin. Secundo dicit Hoſtien. ſpeciale, vt hoc ius preſcribatur: quia nec propter hoc amittit collegium ius ſuum, imo magis conſulitur capitulo, quia plures ſunt. Uel dic quod habet perpetuam cauſam, ⁊ continuam, ſicut ſtillicidium: quia aptum eſt natura recipere aquam de celo cadentem, ſi ſemper plueret: vt in dicta. l. foramen. ſic in electione: quia quotidie eſt apta ad eligendum, ſi eccleſia vacaret. ¶ Uel ſecundo dic quod non preſcribitur, ſed bene ex tempore inducitur preſumptio, vt hoc ius preſumatur conceſſum, vel ab initio conſtitutum. ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. de cenſi. peruenit. ¶ Uel tertio ſeruitus diſcontinua, vel ius non preſcribitur, vt in contrario: niſi in certis caſibus expreſſis a iure: vt ibi not. ⁊ ſic reſtringitur, quia odioſa: vt. l. fina. C. de anna. ex-
25 cept. ¶ † Sed conſuetudo preſcribitur, vbicunque vſus rationabilis eſt, vt hic, quia fauorabilis, ⁊ communis: ⁊ hoc, quia capellani allegabant hoc nomine eccleſiarum: de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. et c. cum olim. Nam proprio nomine priuato allegare non poſſunt, vel ipſa vti. Secus in preſcriptione: quia ex quo acquiritur eccleſie, non dicatur preſcriptio, ſed conſuetudo: quia non ordinatur ad acquirendum ius vt priuatum, ſed vt publicum, attenta perſo-
26 na, que querit. ¶ † Nota hoc vltimū dictum, quod iura habentia cauſam diſcontinuam, licet non poſſint preſcribi, poſſunt conſuetudine queri. Et dicitur conſuetudo, quando non datur appropriatio priuata, ſed ad locum publicum. Nota iſtud dictum: quia de ipſo faciam mentionem in capitu. peruenit. de cenſibus. vbi hoc
27 declarabo. ¶ † Sed quicquid iſti dicant, tu ſolue aliter, quod diſtinctio illa, an habeant cauſam continuam vel diſcontinuam, procedit in realibus iuribus, que principaliter debentur a re rei: quo caſu animus, ⁊ mens hominis non operatur in continuanda poſſeſſione, ſed continuatur ex ſola continuatione exercitij naturalis. Ideo ſi exercitium non ſit continuum, quod eſt vbicunque exigitur factum hominis, non poteſt preſcribi: ſed in ſeruitutibus perſonalibus, que debentur a re perſone, ſecus eſt: quia ibi animus, et mens hominis poteſt operari in continuanda poſſeſſione: vt not. in. l. j. ff. de acqui. poſſeſ. ⁊ in. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap. quod examinabo vobis clare in dicto. c. peruenit. tunc non attenditur diſcontinuum natura. Et hec eſt veritas: ⁊ hoc tenendum: quicquid etiam ſenſerit Innocen. de preſcript. de quarta. Et hec ſunt verba Petr. in dicta. l. ſeruitus ⁊ Cyn. in. l. ſecunda. C. de ſeruitu. ⁊ aqua,
28 ¶ † Nunquid autem indifferenter hec proteſtatio vt admittantur illi, qui de iure poſſint intereſſe, ⁊ illi tantum habeant vocem, aliquid operetur? Dic quod quandoque occurrunt ad electionem petentes ſe admitti, ⁊ totaliter inhabiles, qui nullum colorem habent intereſſendi, vt laici: ⁊ tunc aut cum proteſtatione concurrit iuſtus metus proteſtantium: ⁊ iuuat proteſtatio, quia iuſta cauſa veſtita, vt patet in. c. j. quod metus cauſa. ⁊ ſi tantus foret metus, quod non auderent proteſtari, non preiudicaretur eis, etiam ſine proteſtatione: vt de ſpon. cum locum. ⁊ not. ſ. eodem, quiſquis. ⁊ ceſſante impreſſione, vbi alias electio foret libera, ſatis puto quod valeret electio, vt ab habilibus, non obſtante miſtura laicorum, vt not. Innocen. ſ. eo. illa. quia non intendunt ſecum coeligere. Quandoque cum proteſtatione non datur concurſus metus, vel ſi adeſt, eſt iniuſtus: ⁊ tunc non iuuat proteſtatio, quia non eſt veſtita iuſta cauſa, ex quo illos poterant repellere, ⁊ intereſſe electioni non debebant: licet quidam contra, ⁊ male. ¶ Nec obſtat quod dictum eſt ſupra eodem. illa. quia loquitur ibi quando illi, qui admittebantur, ſaltem habitu habebant poteſtatem eligendi. Quandoque occurrunt aliqui petentes ſe admitti, qui deficiunt quo ad proprietatem iuris eligendi in habitu, vt quia non habent ius eligendi: vel ſi habent, habent ligatum, in habilitate perſone tamen habent exercitium. Exemplum, in exiſtentibus in quaſi poſſeſſione iuris eligendi, qui non habent proprietatem, vt hic fuit exemplum in ſuſpenſis occultis, ⁊ toleratis: quia propter tolerare eorum, ergo ſuſpenſionem, poſſunt eligere. ſecundum eum: ⁊ tunc attende formam proteſtationis, ſi proteſtatio fiat vt non debeant habere vocem, niſi qui intereſſe debent ratione proprietatis vel poſſeſſionis, nec proteſtatio eos excludit, ⁊ nihil operatur. ¶ Si fiat proteſtatio quod vocem non habeant, niſi qui de iure debent intereſſe vel conſuetudine: ⁊ tunc ſi proteſtati expreſſe conſentiunt proteſtationi, iuuat proteſtatio, ⁊ ipſi excludūtur: vt hic. ¶ Si contradicant proteſtationi, nullo modo excluditur eorum vox, ⁊ proteſtatio non iuuat, vt dixi ſupra ſi taceant proteſtanti, ⁊ tunc proteſtatio non preiudicat eis, vt dixi ſupra. Unde non eſt verum quod proteſtati, vbi proteſtatio fiat ad aliquorum preiudicium, quod ſi non contradicant, videantur conſentire: ⁊ hic fuerunt concordes de prote-
29 ſtatione, ideo per mutuum conſenſum eis preiudicat. ¶ † Aduerte, ſentit hic Innocen. quod excommunicatus, vel ſuſpenſus occultus poteſt eligere. Quod credo quando habet vocem, vt prelatus: ſecus ſi vt canonicus: quia ſecundus eligit iure priuato, in quo tolerare nihil operatur: vt dixi. ſupra eodem. illa. ⁊ nota. Innocen. in capitu. cum dilectus. de conſuetu. ⁊ capitu. cum Uinton. ſaluo niſi eſſet omnino occultus, etiam prout diſtinguit contra probabile.
30 ¶ † Quandoque occurrit aliquis, qui vult admitti, qui habet habitum, ſed non exercitium, vt publice excommunicatus: et tunc quid operatur proteſtatio, habuiſtis. ſupra eodem. illa.
31 ¶ † Sed quia hic incidenter tactum eſt de effectu quaſi poſſeſſionis iuris eligendi, Innocen. ideo per predicta determinat quod ſi duo concurrant pretendentes ſe canonicos certi loci, et vnus dicit ſe in poſſeſſione canonicatus eiuſdem, et alter dicit ſe habere proprietatem, et de hoc eſt certum, admittendus eſt exiſtens in quaſi poſſeſſione, ſiue ſit in bona fide, ſiue ſit in mala fide: licet non ſit vocandus, ſi eſt male fidei: quia non debet ſua poſſeſſione priuari. de reſtitutione ſpoliatorum. in literis. dato quod ſit predo: nec debet expelli, niſi iudicialiter, et debent repelli habentes proprietatem: quia huius electionis actus, vt fructus, cedit poſſeſſori, non proprietario, quandiu habeat poſſeſſionem: argumen. C. de rei vend. l. certum. de iure pat. conſultationibus. ⁊ qđ ibi no.

ſibi no.de cauſa poſ.cum eccleſia.vox tamen exiſtentis in poſſeſſio-
ne mala fide non tribuit ſuffragium,tanquam a poſſeſſore perdi-
ta,quia fructus ſuos non facit:arg.C.de rei vend.l.certum.⁊ quod
32 no.in.d.c.conſultationibus.¶ †Si eſt dubium quis ſit poſſeſſor,
vel proprietarius,admitti debet cum proteſtatione,quod vox ip-
ſorum preſtet,vel non preſtet ſuffragium,prout preſtare debet,vel
non:⁊ poſtea in confirmatione oportebit hoc diſcuti.Et ſi conſtet
vnũ eſſe in poſſeſſione,alterũ habere ꝓprietatẽ iuris prehẽ.illius
vox computabitur,qui eſt in quaſi poſſeſſione,⁊ nõ vox veri dñi:q2
vox in electione eſt vt fructus,qui extrahiť,⁊ colligiť a poſſidente,
non autem extrahitur,vel colligitur a vero domino.ſ.eod. quere-
lam.⁊.d.c.conſultationibus.de cauſa poſ.cum eccleſia.Nam ⁊ vox
ipſius proprietarij tantum,etiam nulla data voce a poſſeſſore non
computaretur:quia non habens poſſeſſionem non poteſt eligere,
ſicut nec fructus colligere.Recitat alios dicere quod id, quod di-
citur,vocem veri domini non poſſidentis non preſtare ſuffragiũ,
habet locũ,quando alius eſt in poſſeſſione bona fide:ſecus ſi alius
eſt in poſſeſſione,⁊ mala fide,vel non eſt in poſſeſſione:quia tunc ve
ri domini eligendo tribuit eis vox ſuffragium:quia illo iure tunc
vtitur quaſi dominus:quia vbi nullus alius eſt in poſſeſſione,cõ-
modum electionis,⁊ omnis fructus eſt veri domini. Idem ſi ſit,
ſed mala fide, quia talis non poteſt colligere fructum. ¶ Credo
quod dicat bene:quia vox proprietarij tribuit ſuffragium,vbi va-
cat,quia nullus eſt in poſſeſſione:quia tunc poſſeſſionem nanciſci-
tur:ſed vbi alius eſt in poſſeſſione,ſed mala fide,non debet priuari
poteſtate percipiẽdi reditus,niſi per viam iuris,dato quod ſit pre
do.vt in.c.in literis.de reſtitu.ſpolia.⁊ ſic non debet ipſe eligere.
33 ¶ †Non obſtat quod ſi cõcurrat dominus,⁊ depoſitarius ad de-
poſitum reſtituendum,quod prefertur domi.ius.ff.depoſiti.l. bo-
na fides.quia ibi occurrebant in iudicio,⁊ conſtabat de dominio ⁊
agebatur de reſtitutione rei proprietarie, que debet reſtitui pro-
prietario:hic non conſtabat iudicialiter de proprietate, ideo non
iudicialiter poſſeſſione non erat priuandus poſſeſſor:vt ibi agitur
de effectu futuro,qui attribuitur domino rei, ex quo de dominio
34 conſtat:hic de preterito,qui attribuitur poſſeſſori. ¶ †Per pre-
dicta dicit primo in aduocatione aduocatum fatuum proteſtan-
tem quod non intendit per aliquem actum coram iudice delegato
conſentire,vt in iudicem,vel ordinarium:⁊ ſaluis exceptionibus,
peto copiam petitionis:quia hic vt contumax poſſet excommuni-
cari:de verbo.ſigni.ex parte.ij.q.i.certum.cum ſi. Secus ſi addit
in proteſtatione,niſi inquantum de iure debeo:dico quod non eſt
contumax:quia licet non conſentiat in iudicem,non per hoc eſt cõ
tumax,dum tamen litiget:nec eget tunc iuriſdictio ſuo conſenſu:
quia iudicium redditur in inuitum:intellige, ſi iudex iuriſdictio-
nem habet.Si non habet,bene facit non conſentiendo:nec eſt con-
35 tumax,ita quod non video iſtam fatuitatem. †Inducitur hec de-
cre.ad deciſionem queſtionis,an vox electi non computetur in nu-
mero:per gloſſ.ſuper verbo.Ad maiorem.que in principio decla-
rat textum:⁊ hic,ſi computentur ſolum canonici in numero: quia
omnes erant.xviij.cuius dimidia eſt nouem,⁊ vnus erat a nouem
nominatus,ſi vox eius computaretur,iam eſſent decem , ⁊ ſic eſſet
maior pars:non computatur ergo eius vox:⁊ patet , quia electio
caſſatur. Ad hoc,quia in ſcrutinio debent ex forma conſentire. ſ.
eodem.quia propter.Vnde ſi conſentiant ex interuallo, eius vox
non auget numerum,⁊ omnia ſunt ei occulta in ſcrutinio ante, ꝙ
publicentur,⁊ debet fieri occulte.ſ.eodem.quia propter.⁊ hoc ſcire
non poteſt ante ſcrutinium:⁊ ſi poſt ſciat,ſenſus eius non opera-
tur,ſecundum gloſſ.per quod dicit quod decre.cum in iure.eſt cor
recta.⁊ id dixi ibi.Tamen quod ibi dixi aduerte, quia ibi in for-
mam compromiſſi,hic in formam ſcrutinij. ¶ Sed quero circa
hanc cauſam eandem quare non habent maiorem partem. Gloſſ.
hoc declarat,quia ſiue computemus ſolum in numero canonicos,
⁊ prelatos,non habuerunt maiorem partem,cum maior pars non
aſcendat vltra nouem,vel decem,⁊ erãt.xxi. Item nec aliquis eo-
rum habebat maiorem partem reſpectu ſolius capituli , idem eſt:
quia erant in numero decem ⁊ octo canonici,⁊ qui habuit maiorẽ
partem,non habuit niſi nouem. Plus dicunt doc.hic,quod etiam
computatis omnibus,qui interfuerunt,non habuerit aliquis eo-
rum maiorem partem:quia fuerunt inter omnes.lv.⁊ ille,qui ha-
bebat maiorem partem,non habuit niſi.xxviij . ⁊ ſic non habuit
vnam integram vocem vltra alium,licet habuerit dimidiam vo-
cem plus:⁊ hoc non ſufficit,niſi detur integra vox.xxv.ſunt dimi-
dia de quinquaginta:poſtea reſtant quinqꝫ voces cum dimidia:
habens ergo tres voces non habet niſi dimidiam vocem plus , et
ſic non valet electio.Et hec procedunt in forma ſcrutinij. Secus
in forma compromiſſi.ſupra eodem. cum in iure. Vel verius dic
quod ſufficit,etiam ſi in dimidia: ⁊ hic eſt caſus:quaſi neuter ad
maiorem fuiſſet partem,illis computatis fruſtra mandaſſet diſcu
ti an iſti habeant voces.

1 ☞ Eligere non poteſt prelatum in eccleſia collegiata patronus
laicus.
2 Eligere,eſt actus,per quem matrimonium contrahitur.
3 Pactum exemplo pernicioſum non valet.
4 Libere quid fieri dicatur.
5 Electioni perfecte poteſt laicus dare conſenſum.
6 Pactio in electione in quo damnoſa.
7 Eligere non poteſt laicus in eccleſia etiam non collegiata.
8 Eligere quod poſſit laicus pacto cum abbate.
Prelatus poteſt facere rem eccleſie deteriorem,ta men reſtituitur
9 Prouiſio eccleſie an ad ſuperiorem ſpectet.
11 Eligendi ius poteſt ſibi laicus acquirere.

1 Sacroſancta. †Patronus laicus nõ po-
teſt,etiã per compoſitionẽ,
eligere prelatum,in eccleſia collegiata.h.d.Item de cõ
ſuetudine.j.eod. Maſſana:⁊ ſic hec decre.⁊ illa iuncta
probant pactum,⁊ conſuetudinem paribus procedere paſſi. us.
¶ Prima pars narrat iniuſtam compoſitionem , quam ſecunda
2 pars reuocat,ibi:attendentes. ¶ †Nota primo quod non habet,
nec habere poteſt ex pacto electionem laicus in collegiatam eccle-
ſiam.Et eſt ratio,q2 eligere,eſt actus,per quem cõtrahitur matri-
monium,quod nõ cadit in perſonam non ſacratam,vt dixi de elec.
3 quod ſicut. ¶ †Secundo nota quod non valet pactum pernicio-
ſum exemplo,⁊ quod vertitur ad preiudicium eccleſie,ſicut nec cõ
4 ſuetudo,vel quod eſt contra libertatem eccleſie. ¶ †Nota tertio ꝙ
id dicitur libere fieri,quod poteſt fieri alterius conſenſu irrequiſi-
5 to,niſi actu iam perfecto. ¶ †Nota quarto ꝙ licet pacto non poſ-
ſit dari ius eligendi laico , conſenſus tamen poteſt ſibi dari poſt
6 perfectam electionem. Facit.ſ.eod.cum terra. ¶ †Primũ dubiũ,
in quo eſt damnoſa hec pactio. Dic quod electus cogebatur vo-
luntatibus pernicioſis regis obedire , ⁊ bona eccleſie alienare ex
quadam inordinata reuerentia ad retribuendum : de electio.viij.
queſtio.ij.illud. Ad intellectum litere ibi:duobus exceptis.duplex
eſt intellectus. Vnus,quod illis abbatibus exceptis,quos nõ no-
minabat abbas,nominabat alios duos idoneos:⁊ poſtea rex eli-
gebat quem volebat. Alius , quod abbas debebat nominare ad
voluntatem comitis,cuius fauore hoc fiebat:ita tamen quod co-
mes nominaret bonos,⁊ ipſi prioratui conuenientes,cum etiam fa
7 uorẽ eccleſie hic reſpiceret:vt.l.quod fauore ¶ †Secundum quid
in alia non collegiata,dic quod nec ibi poteſt laicus habere ius eli
gendi:quia eſt ſpeciale hoc ius.j.eodem. Maſſana. Secus in iure
8 preſentandi.de iure pa.poſtulaſti. ¶ †An in hac compoſitione re-
tractanda debuerit peti reſtitutio. Quidam quod ſic:quia abbas
potuit conditionem monaſterij facere deteriorem : quod metus
cauſa.c.ſi. Dic contra ſecundum Hoſtien.quia hec conuentio ipſo
iure non valebat ad preiudicium eccleſie:quia non ſufficit conſen-
ſus,niſi ſit legitimus:de conſti.que in eccleſiarum.ſecundum doct.
9 ¶ †Vltimo videtur quod de iure non ſpectat prouiſio ad ſupe-
riorem,ſed ad collegium.ſ.eod.c.i. Dic quod conſuetudine,vel pri
uilegio ad eum hic ſpectabat:de his,que fi.a prela.ea noſcitur.de
10 conſuetu.cum dilectus.de foro compet.cum contingat. ¶ †Quid
excludat hoc verbum. Libere:dic,omne grauamen , vel extorſio-
nem temporalitatis. Quid ſi velit conſentire. Dic quod valet ele-
11 ctio:vt patet.ſ.eo.cum terra.⁊.c.quod ſicut. ¶ †In glo.ij.in ſi.dic
ſecundum Goſ,quod in fundatione poteſt acquirere laicus ius eli
gendi in eccleſia collegiata,vt ibi:ſed non ex poſt facto:⁊ hoc,vt fa
cilius inducantur ad edificationes eccleſiarum. Simile poteſt in
fundatione conſtitui,⁊ non ex poſt facto:de cenſi.prohibemus.⁊.c.
eccleſijs. Vel ibi non dicitur quod poſſit eligere , ſed de electione
tractare. Sed Ioan.Andr.reſidet quod illa ſit correcta,vel intel-
ligatur in clerico patrono. Et hoc tene,quia poteſtas eligendi , et
ſic initiandi matrimonium,non cadit in laicum. ¶ Alie gloſ.ſunt
clare:ideo vide eas per te,ſi placet.

1 ☞ Eligere debentes cum conſilio aliquorum, debent in tracta-
tu electionis,illorum conſilium requirere.
2 Conſilium petere debens,quando illud ſequi debeat.
3 Compromittentes poſſunt limitare tempus compromiſſi.
4 Compromitti poteſt in ſex,quorum numerus non eſt de ſubſtãtia.
5 Conſilium requiſitum in actu debet requiri in forma deliberatio-
nis.
6 Sententia que ferri debet ad conſilium ſapientis,qñ valeat.
8 Conſilium nõ ſufficit tempore congruo requiri,niſi expectetur.
9 Conſilium quando in electione requirendum.
10 Conſilium habens exigere,non excuſatur temporis breuitate.
11 Sententia alicui preiudicãs,cauſam continere debet.
12 Conſilium an ſufficiat exigere,⁊ expectare,licet nõ ſit ſecutum.18.
13 Eligi ſi debeat Gulielmus de tali conuentu mandato pape , ſi ſint
plures Gulielmi de quo intelligatur.
14 Electio quomodo intelligatur fieri candela accenſa.

15 Conſilium requiſitum quomodo dicatur tempore incongruo datum.
16 Conſilium quod requiratur in aliquo actu, quale eſſe debeat.
17 Electio quomodo fieri debeat cum conſilio ſapientis. 18. 22.
19 Electionem an debeat tractatus precedere.
20 Conſilium requiſitum an debeat ſequi, qualecunqꝫ ſit.
21 Conſilium quod requiritur, an ſufficiat petere.
23 Querentes non debent opponere reſponſione non expectata.
24 Recedere tempeſtiue non debent vocati.
25 Impedimentum nocet citato, qui nimis tarde iter arripuit.

1 **Cum in veteri.** ¶ † Qui cum conſilio aliquorum tenētur eligere,
in tractatu electionis, illorum conſilium requirere debent, ⁊ congruo tēpore expectare reſponſum. h. d. Pri
ma pars ponit electionis formam. Secunda cauſe commiſſionē, ⁊
deciſam iudicum relationem, ibi relato igitur. Tertia, cauſe diffi
nitionem, ibi. cum autem. ¶ Caſus. Vacāte eccleſia Biſuntina ſub
vocabulo ſancti Joannis ⁊ Stephani duplici capitulo ſic vnito
ad electionem, dum non poſſent de electione cōcordare, Papa hoc
audiens eis fecit mandatum, Primo tempore limitatum, ⁊ ex mo
do qꝫ intra. xl. dies deberent eligere. hoc primo. Secūdo quod de
berent eligere cum conſilio duorum abbatum. ſ. Moriſmundi, ⁊
ſancti Benigni, ⁊ cuiuſdam fratris Gerardi de ordine predicato
rum, alias eis dedit abbatibus, ⁊ fratri Gerardo poteſtatem vt
eligerent, ⁊ eccleſie de paſtore prouiderent. Tandem dictum capi
tulum congregatum ſtatuit diem ad electionem, ⁊ dederunt pote
ſtatem ſex ex eis eligendi vſqꝫ ad conſumptionem cuiuſdam can
dele duraturam: poſtmodum dicti compromiſſarij habito tracta
tu inter ſe conuenerunt de eligendo abbatem ſancti Benigni, ⁊ pe
tiuerunt conſilium ab abbate alio, ⁊ fratre Gerardo, vt delibera
to conſilio reſponderent, illiſqꝫ differētibus dare reſponſum, cum
candela deficeret, predicti electores non expectato conſilio dictum
abbatem in Biſuntinum epiſcopum elegerunt. Tandem hoc ne
gotium fuit ad ſedem apoſtolicam deuolutum: ⁊ petita confirma
tione, Papa non plene de facto informatus commiſit cuidam ar
chiepiſcopo ⁊ abbati de firmitate, qđ ſi tractatus electionis fuerit
habitus, ⁊ in tractatu fuerit conſilium predictorum abbatum, qđ
ſi perſona eſſet idonea, qđ electionem deberent cōfirmare. qđ ſi in
tractatu non fuiſſet requiſitum, licet poſtea fuerit requiſitum, non
competenti tempore, vel non expectatum, vel non eſſet idoneus,
ipſam electionem deberent infirmare. Tandem facta inquiſitione
fuit inuentum quod conſilium fuit requiſitum poſt tractatum, nō
tempore competenti, nec etiam expectatum, niſi modico tempore,
hocqꝫ pape relatum. Papa conſiderans predicta caſſauit electio
nem. Nec obſtabat quod ideo non requiſiſſent, quia tempus labe
batur: quia hoc non erat alijs imputandum. ¶ Primo no. quod
papa ex cauſa poteſt tempus iuris eligendi artare, ⁊ reſtringere.
¶ Secundo nota quod vbi tempus in literis ſtatuitur ad actum
exercendū, currit a tempore preſentationis literarum, ⁊ non ante:
2 quia ante non datur negligentia. ad hoc de app. ſuper eo. ¶ † No.
ta tertio quod vbi conſiliarius ad actum eſt particeps actus eli
gendi ſeu agendi in ſubſidium, ibi ſufficit petere conſilium, licet
3 non expectetur. ¶ † Nota quarto quod compromittentes poſſunt
ſtatuere terminum, ⁊ limitare ad tempus poteſtatem compromiſ
4 ſariorum. ¶ † Nota quinto quod poteſt compromitti in ſex: et ſic
non eſt de ſubſtantia quod ſint tres. de quo. ĩ. eod. quia propter.
5 ¶ † Nota ſexto quod conſilium in actu requiſitum ex forma man
dati debet requiri in actu deliberationis agende, vel ante, nō poſt
deliberationem iam factam, ⁊ firmatam: quia tūc eſſet fruſtra. Cō
ſilium enim eſt quedam ſciſcitatio ſenſus alterius in deliberatio
ne firmanda eligendi. Per quod patet quod poſt deliberationem
6 ſciſcitatio ſenſus eſt tarda. † Facit quod ſi iudex debet ferre ſenten
tiam de conſilio ſapientis, ſi poſtquam deliberauit, ⁊ ſcripſit ſen
tentiam, requiſiuit conſilium, ⁊ tulit ſententiam, quod non valet
7 ſententia. ¶ † Nota ſeptimo quod non ſufficit conſilium requiri,
etiam congruo tempore, niſi ſit expectatum: ⁊ ſic licet quis ad cō
ſilium ſequendum non neceſſitetur, tamen ad conſilium requiren
dum, ⁊ expectandum neceſſitatur, vbi requiri debet ex forma man
8 dati. † Facit quod ſi ex forma ſtatuti debeat peti conſilium ſapien
tis, quod ſi iudex feſtinat ſententiam ante conſilium congruo tem
9 pore expectatum, quod non valet ſententia. ¶ † Item quod vbi cō
ſilium eſt exigendum, non ſolum ipſum capitulum habeat exige
re ſi eliget. ſed etiā ſi alij committat. Facit quod ſi teneatur iudex
exigere conſilium ſapientis in aliquo actu, quod licet actum alteri
10 deleget, adhuc etiam teneatur ſubdelegatus. ¶ † Nota octauo qđ
ex temporis breuitate non excuſatur habens conſilium exigere, ſi
conſilium non expectauit, ſi tempus breue voluntarie recipit, vel
nimium diſtulit. Facit quod iudex habens ex ſtatuto conſilium re
quirere, in tantum diſtulit petere, quod tempus inſtantie labeba
tur, quod ſi poſtea ferat ſententiam non petito conſilio propter tē
11 poris breuitatem, non valeat ſententia. ¶ † Nota nono quod vbi
ſententia ſimpliciter prolata intelligi poteſt, ita quod alteri infera
tur preiudicium, ⁊ non ſecundum diuerſitatem cauſe, debet expri
12 mi cauſa in ſententia. Ad hoc quod no. c. ſuper eo. ¶ † Primum
dubium an ſufficiat exigere conſilium, ⁊ expectare, licet non ſit ſe
cutum. ¶ Quidam, vt Innocē. videntur velle quod ſic, per. l. ff. de
admi. tuto. l. cum quidam decedens. §. pamp. alias incipit. Idem
ſcribit. Ad hoc, quia potius papa voluit quod in tractatu eſſent,
⁊ potius conſilium, quam conſenſum requirerent. Unde per hoc
non neceſſitauit eum ad ſequendum conſilium, ſed quia non fuit,
vt debuit, requiſitus, caſſatur electio, ſecundum Innocen. Goſ. di
cit quod dato quod alias canonice elegiſſent non ſecuto conſilio,
non valeret electio ex forma mandati. ĩ. in ver. alioquin. Hoc cre
do, quia iſti erant ſaltem in ſubſidium participes agendi: per not.
ibi doc. Quod nota quia non ſolum exigitur quod participes ſint
principaliter, ſed in ſubſidium. Si vero mandaretur quod de ſciē
tia talium facerent, ipſorum preſentia ⁊ ſcientia ſufficere videtur:
de re iudi. cum olim. ver. per hoc. Quod bene nota propter cōpro
13 miſſa, que ſiunt vt iudicet de ſcientia talis. ⁊c. ¶ † Quid ſi plures
ſunt fratres Gulielmi nomine in ordine Predicatorum. Dic qđ ſi
non conſtat de quo ſenſerit papa, electio eſt capitulli, quis vocetur:
cum hec adiectio in eius fauorem ſit appoſita: arg. ff. de ver. oblig.
inter ſtipulantem. §. ſ. Vinc. tamen dicit quod debent idoneum eli
gere. Compoſt. dicit quod conſulendus eſt ſuperior: de reſcriptis.
ſi quando. ⁊ habebunt conſiliarij expēſas de bonis eccleſie. ad quā
veniunt ordinandam. ĩ. eod. vt preterite. ſecundum Compoſ. Et ſi
conſiliarij vocati venire noluerint, canonici eligant, cum plus iu
ris non habeant in electione, quam canonici, imo nec tantum: et ſi
canonici vere nolunt, alij eligunt. ĩ. eo. quod ſicut. §. ſin autem. Et
ſic pronuntiauit papa ſecundum Pet. de San. ⁊ Abb. ¶ An in
compromiſſo eſſet requirendum conſilium? Quidam quod nō: ſed
ſufficit quod conſilium exquiratur a compromiſſarijs, qui habent
eligere, ſecundum Innocen. ⁊ Compo. ¶ Alij quod ſicut in prin
cipalibus, ita in acceſſorijs eſt conſilium exprimendum: ⁊ ſicut in
eligendis compromiſſarijs, arg. de offic. deleg. Preterea ⁊ qꝛ poſ
ſet fraus fieri in mandato aſſumendo tales, qui conſilium non ſe
querentur quod forte principales ſuſciperent reuerenter. Prima
14 opi. iuſtior. Secunda equior, ⁊ ſecurior. ¶ † Et ad hoc text. qui di
cit quod in tractatu exigi debet conſilium. Quid ſi certo vento, vel
alio modo extincta candela, per duas horas non accendatur, vel
non poſſet accendi, an duret poteſtas. Dicit Hoſti. boni viri arbi
trio remittendum, qui conſiderabit quantum candela durare poſ
ſit, ſi non fuiſſet extincta. ff. de verb. obli. interdum. i. reſponſo. ⁊. §.
ſi quis ſtipulatus. ff. commo. ſi vt certo. ij. reſpōſo. Et an aliqd poſ
ſit electoribus imputari. ff. ſi quis cau. l. ij. §. quod dicimus. cum ſi.
Dat conſilium quod ponatur in laterna magna, et forti, et leua
ta a terra, ita quod manu tangi non poſſit, aliquibus ſide dignis
15 ad cuſtodiam deputatis. ¶ † Quando dicatur incongruo tempo
re conſilium requiſitum. Dic, quando ita breue eſt tempus, quod
deliberate dari non poteſt. vel cum iam propoſitum eſt firmatum
de certa perſona eligenda. Et hoc innuit. ĩ. ibi: quod ſicut in tra
16 ctatu ſecundum Innocen. ⁊ Compoſt. ¶ † Quale debet exigi con
ſilium. Dic ſpeciale de certa perſona: vt patet. ĩ. de perſona, ⁊c. Et
ſi perſona ſit ignorata, maius dabitur tempus. de poſtu. prela. bo
ne. Si vero nota, minus dabitur. Dicit Hoſti. quod canonici non
debent hoc caſu nominare perſonam, ſed in genere a conſiliarijs
querere debent de quo conſultant, ⁊ illi debent ſtatim deliberare, ⁊
reſpondere non precipitanter, nec nimis moroſe. ff. de admi. tut. l.
tutor, qui. ⁊ hoc redigetur ad arbitrium iudicis. ff. de iure delib. l.
17 ait pretor. de offi. deleg. de cauſis. ¶ † Veniamus ad gloſ. primum
dubium, an electi conſilium debuerit requiri. Uidetur quod ſic: qꝛ
exacta diligentia forma mandati eſt ſeruanda: vt in. c. cum dilecta.
de reſcrip. In contrarium. ĩ. determinat gloſſ. quia ſatis dicitur
exactum eius conſilium, eo quod ipſum eligunt, ⁊ ipſe conſentit: qꝛ
ſic conſilium preſtare videtur: argu. ĩ. eod. cum in iure. Non credo
quod ſufficiat conſenſus ipſius: quia conſilium debet exigi certo
tempore, ſcilicet in tractatu: vnde non ſufficit ex poſtfacto requi
ri, vt ibi no. Ideo dicunt doc. quod tutius eſt quod forme manda
ti ſatiſfaciat, vt requiratur in genere, puta. Uos, de quo cōſulitis.
Ratio, quia forte conſuluiſſet de tali, quod per eius conſilium di
uertiſſet a propoſito illum eligendo, ⁊ de illo melius eccleſie proui
diſſet, ⁊ de quo forte non cogitabant. Et ſi queratur conſilium de
ſe, dicat, Iudicio ſociorum relinquo. Hoſtien. dicit, per hoc non no
taretur ambitio. Innocen. dicit huius timore conſilium requiren
dum, ſed non conſenſum. Placet Joan. An. quod in genere requi
ratur: ⁊ ſi de ſe queratur, pura conſcientia debet dicere. Non ſum
ſufficiens: ⁊ conſulere de alio. Si tamen canonici requiſito debito
modo ſociorum conſilio ipſum eligant, ſecure conſentiat: ⁊ ſic ſer
uatur forma, nec iura violantur. Idem dicit Hoſtien. ſi de eorum
conſilio

conſilio ⁊ aſſenſu deberent eligere. Unde ſi de aſſenſu duorum ele-
ctioni de ſe facte conſentiat, valebit, maxime quia regulare eſt qđ
de tribus electis ſtetur iudicio duorum. ff. de arbitr. item ſi vnus.
§. ſi. ſ. de arbitris. c. ij. Secus dicit, ſi fuiſſet dictum de cōſilio ⁊ con
ſenſu concordi: quod aliquis triū non poſſet eligi, vt patet ex pre-
18 miſſis. ¶ † Et eſt aduertendum quod quandoqȝ electio eſt facien-
da de conſilio alterius: ⁊ ſeruandū qđ hic, ⁊ requirendum eſt conſi
lium, ſed nō de neceſſitate ſequendum, ⁊ eſt expectandum: ar. de ar
bi. cū olim. alias tempus. ¶ Quandoqȝ de licentia alterius: ⁊ eius
non requiritur preſentia, ſed ſufficit petere licentiam, die etiā non
aſſignata ad eligendum. quod dic. vt. ſ. c. ſi. ¶ Quandoqȝ requiri-
tur conſenſus: ⁊ tunc ſi de conſuetudine ſufficit quod requiratur
electione iam facta propter odium conſuetudinis. ſ. e. cum terra.
⁊. c. quod ſicut. ⁊. c. ſacroſancta. Et ſi non conſentiat ſine cauſa, va-
lebit electio, vt ibi. de tempo. ordi. nec epiſcopi. ⁊. c. ſequenti. Si ex
conuentione, idem, niſi conſuetudo aliter interpretetur. ſ. de con-
ſuetu. cum dilectus. Et hoc, vbi conſuetudo, ⁊ conuentio iuuat col
legium, vel perſonam eccleſiaſticam: laicum enim hoc caſu iuuare
non poſſent. ſ. eo. ſacroſancta. Hec vera, niſi ex ſpeciali priuilegio
pape deberet requiri in tractatu: vt quia mādat papa aliquibus
vt ſine conſenſu talis non eligant: tunc in ſcrutinio, ⁊ tractatu exi-
gēdus eſt eius conſenſus: quia forma mandati. ⁊. c. de reſcrip. cum
19 dilecta. ¶ † Secundum dubium cum glo. tertia an tractatus de-
beat precedere electionem. Gloſſ. dicit quod ſic: quia primo debent
tractare de eligendo ante, quam eligant. ſ. eod. cum terra. An ſi-
mile in carnali matrimonio, in quo precedit tractatus contractū:
propter quod dicit, quod ſi in illo tractatu non eſt requiſitum
20 conſilium, non valet quod agitur. ¶ † Tertium dubium, An re-
quiſito conſilio ſufficit, ⁊ expectato, an teneantur electores conſi-
lium ſequi, adeo quod ſi non ſequantur, non valeat quod agitur.
Gloſ. dicit quod per hunc textum patet ſufficere conſilium petere
congruo tempore, ⁊ expectare: nec neceſſitatur ad illud conſilium
ſequendum. Sic dicit glo. allegat ad hoc. ſ. de arbitris. cum olim.
Idem Compo. dicens quod eligentes, ſi ſequantur conſilium, eli-
gendo indignum propter conſilium, non excuſarentur a pena de
cre. cum in cunctis. ff. manda. l. idemqȝ. §. ſi quis. de quo de reg. iu
ris. nullus ex conſilio. libro. vi. ¶ Gloſſ. competenti. eſt clara, ⁊ le-
genda, vt iacet. ibi: inſulam. dic vt in. c. commiſſa. lib. vi. vbi hec
contrarietas ſoluitur. ⁊. ff. de verb. obliga. l. eum, qui calēdas, ⁊. l.
21 hoc iure. ¶ † Quartum dubium cum glo. antepenult. an ſufficiat
conſilium petere eo non expectato. Videtur quod nō, vt hic. Con-
tra hoc facit de arbitris. cum olim. ff. de admi. tut. quidam. de Iu
deis. §. pamp. ff. vbi pupi. edu. debeat. l. i. vbi in educando. vel etiā
in adminiſtrando non ſequitur tutor cōſilium patris, vel matris.
Veritas, quod requiritur quod conſilium petatur, vel expectetur,
vt hic: non neceſſitatur tamen quis ad illud ſequenduȝ, niſi ſit ad-
ditum, ⁊ aſſenſu: quia tunc bene debet illud ſequi: ⁊ talis poteſtas
non eſt libera. quia non poſſunt eligere quem volunt. Et tunc non
adſtringuntur ad aliquam formam, ſi omnibus preſentibus requi
rant electores, ſiue canonici, conſilium canonicorum, ⁊ ſecundum
eorum conſilium, ⁊ reſponſum eligant omnes, vel vnus vice om-
nium de eorum conſenſu, ⁊ mandato. Hoc declarant doc. quia non
poteſt ſeruari forma ſcrutinij, cum ſecundum illum debeant elige-
re meliorem, ⁊ non adſtringantur ad certum. viij. queſtio. i. licet.
[illegible]tem per formam compromiſſi non: quia non valet compromiſ-
[illegible]m in arbitris, vt certam ferent ſententiam. ff. de arbitris. l. qua-
[illegible]. Item per inſpirationem non: quia ad illam non arctari, ſed
[illegible]o Spiritu ſancto vocato procedere debent. Cautius tamen eſt
[illegible]ecundum Compoſtel. quod ſeruent vnam de formis, ⁊ perſonam
eligant nominatam. Et quod compromiſſum hodie procedat, pa-
22 tet. ſ. eodem. ſicut. lib. vi. ¶ † Quintum dubium cum eadem gloſſ.
in ver. ſi capitulum Biſun. Quid ſi capitulum Biſuntinum hic
elegiſſet per viam ſcrutinij: Dic quod communiter preſentibus
omnibus tractare debebunt de electione cum conſiliarijs, ⁊ exige-
re eos, ⁊ audire conſilium, ⁊ poſtea procedere ad ſcrutinium, habe-
bunt exigere conſilium eorum, ⁊ poſtea eligere quem volent, ſerua-
ta ſcrutinij forma. Sed tenent doc. quod veriſorium eſſet exigere
conſilium poſt factum ſcrutinium, cum neceſſario debeant eligere
illum, in quem maior pars conſentit in ſcrutinio: vt in. c. publica-
to. ſ. eodem. c. quia propter. Procedunt predicta ſiue dicatur, Eli-
23 gatis de conſilio talium. ſiue, Tractetis, ⁊ eligatis. ¶ † In fin. pe-
nulti. gloſſ. not. argumentum contra querentes, qui non expectata
24 reſponſione opponunt. xj. queſtio. iij. in eorum. † ⁊ cōtra vocatos,
25 qui nimium tempeſtiue recedunt. xj. queſtio. iij. certum. ¶ † Item
quod ſic citatus tarde arripit iter, ex impedimento ſibi in via con
tingente non excuſatur, per iura. ſ. allegata. Glo. vltima eſt clara.

1 ☞ Electus a maiori parte capituli idoneus, confirmatur.
2 Electio debet fieri a capitulo congregato vt capitulo.
3 Eligendi poteſtas deuoluitur ad minorem partem, priuata ma-
iori. nume. 4.
5 Electio maioris partis quando preualeat electione a minori fa-
cta.
6 Electio facta per minorem partem quando valeat.
7 Poteſtatis ſuperuenientis an validet actum.
8 Eligendi poteſtate priuantur eligentes indignum.
9 Electio facta a minori parte quandoqȝ valet.

1 CONGREGATO. ¶ † Electus a maiore par-
te capituli, ſi eſt idoneus, cō
firmatur: alias confirmatur electio facta de digno. h.
d. ¶ Prima pars ponit proceſſum, electionem, ⁊ alle-
gationem partium, ⁊c. ¶ Secunda pars ibi: nos igitur. diffiniti-
uam duo membra diſtinguendo committit. ¶ Caſus. Vacante ec
cleſia Niuernenſi. eligentes ſe in ſcrutinio diuiſerūt quidam, vt. xiij.
conſenſerunt in decanum, alij. xviij. in cantorem: tandem illi, qui
conſenſerunt in cantorem, ipſum elegerunt: altera pars minor re-
putans illos priuatos poteſtate eligendi electione indigni ſcien-
tia, ⁊ etate, elegerunt decanum: electiones fuerunt preſentate, ⁊ da-
te fuerunt petitiones: pro parte decani petita fuit ſua electio con-
firmari, tanquam facta ab eis, in quos erat aliorum electione indi
gni deuoluta poteſtas, ⁊ aduerſarij infirmari, quia de indigno. E-
contra pro parte cantoris fuit petitum ſuam confirmari vt factā
a maiori parte capituli, ⁊ aliam infirmari vt factam a minori, et
poſt primam non caſſatam. Papa committit cauſam iudicibus,
quibus mandat quod ſi eſt idoneus cantor, reliqua infirmata, hec
confirmetur: ſi non eſt idoneus, mandat electionem decani confir-
2 mari, ⁊ cantoris infirmari. hic eſt caſus. ¶ † Nota primo quod ele-
ctio, vt actus capitularis debet fieri a capitulo congregato vt ca-
3 pitulo. ¶ † Nota ſecundo quod priuata maiori parte poteſtate eli-
gendi electione indigni, ad mi[illegible]orem deuoluitur poteſtas eligen-
4 di. ¶ † Nota tertio cautelam, quod vbi minor pars videt maio-
rem paratam ad eligendum indignum, quod minor pars non eli-
gat, ſed expectet maiorem eligere, vt ſic ad eos deuoluatur pote-
ſtas, ⁊ ſic poſtea eorum valeat electio. Nam ſi ante elegerit minor,
adhuc poteſtate non deuoluta, non valeret quod agitur, licet poſte-
a eligentes priuarentur. Et ita hic eſt caſus pro conſilio, qđ dat
Ioan. Andr. ſ. eodem. auditis. ⁊. ſ. eodem. conſiderauimus. licet
Innocen. ⁊ male, no. contra. ſ. eodem. dudum. i. pro quo hodie. cap.
5 perpetuo. de electione. lib. vi. ¶ † Nota quarto quod concurrente
electione maioris partis capituli cum electione minoris, maior
idoneum eligente, illa preualet non idoneo: ⁊ ea priuata poteſtate
eligendi, preualet electio minoris partis. ¶ Nota quod eligentes
non idoneum quacunqȝ non idoneitate, priuantur poteſtate eligē-
6 di. ¶ † Videtur quod minor pars poſt ſcrutinium poſſit eligere,
licet poſt factum ſcrutinium deuoluatur poteſtas. Nam antequaȝ
ſecundum eligerent, ſcrutinium factum per minorem fuit nullum,
vt a maiori parte factum nō deuoluta poteſtate: ⁊ ſic licet poſt ſcru
tinium ſuperueniat poteſtas, non debet validari. ſ. eodem. audi-
tis. ¶ Quidam requirunt quod tractatus, ⁊ ſcrutinium iteren-
tur, vt valeat electio, per contrarium. ¶ Alij quod ſi vno contex-
tu fiat ſecunda electio, ſufficit antiquum ſcrutinium: ſed ex inter-
uallo requiritur ſcrutinij reiteratio. Et hec fuit opinio. Innocē.
⁊ Compoſtel. Ioan. Andr. dicit quod ſiue ab initio, ſiue ex inter-
uallo fiat electio, non erat neceſſaria iteratio ſcrutinij. ¶ Non ob-
ſtat contrarium: quia electio facta non validatur ex ſuperue-
nientia poteſtatis, ſi ab initio fuerit nulla: ſed votum ſic: quaſi ſe-
cus diceretur, nulla electio valeret: quia cum quilibet preſtet vo-
tum ſingulariter, primum non valeret, nec validaretur per ſecun-
dum: ⁊ ſic ſucceſſiue vſqȝ ad infinitum. Unde nulla electio valeret.
Dic qđ dare vota, de ſe non requirit poteſtatem capitularē: quia
in illis non transfertur, nec queritur ius: vnde ſunt valida vt ſin-
gularia, licet non adſit poteſtas: ſed actus electiōis debet bene ha
bere poteſtatem capitularem: quia in illo transfertur ius, ⁊ ſic exi-
gitur quod ibi ſit ius, ⁊ poteſtas: ⁊ ſufficit, ſi precedat electionem, li
7 cet non precedat ſcrutinium. ¶ † Vel dic quod ſuperuenientia po
teſtatis, prout actus eſt in factuȝ eſſe, illum non validat: ſed prout
8 eſt in fieri, ſic. Ad hoc. l. ſi Titius. ff. de verb. ob. ¶ † Facit hec de-
cre. quod eligentes indignum omni indignitate, ſunt priuati po-
teſtate eligendi: ⁊ ſic. c. cum in cunctis. extendatur etiam ad alias
inhabilitates electi: vt patet ibi in ver. alioquin. Referendo ad o-
mnia proxima ex eo patet quod ſi patitur literature defectum, vel
alias non eſt idoneus quomodocunqȝ, non valeat electio decani: ⁊
ſic illorum eligentium cantorem ſit deuoluta poteſtas ad eligen-
tes decanum. Quidam dicunt quod illud verbum Alioquin, ad-
uerſatur illi verbo In literatura, ⁊ non verbo Alias eſt idoneus:
⁊ tunc concluditur quod deuoluitur poteſtas ad minorem parteȝ,
ſi electus a maiori parte patiatur defectum in literatura. Et ſecū-
dum hunc intellectum tex. probaret contrarium. Sed primum ve-
rius: quia illa ponuntur exempli gratia, que in conſilio exprimun

tur:vt de hoc Joan. And. in regula, odia, ꝛc. de regulis iuris. lib.
9 vi. ¶ † Quid ſi maior pars non eſſet priuata poteſtate eligendi eligendo indignum, quia forte elegerunt ignoranter? Dicit Inno. quod ſi minor pars aſcendit vltra tertiam, valet electio propter ſanioritatem, que poteſt aliquid operari, ex quo ibi reperit aliquid de ſpiritu capituli: ꝛ ſic debent confirmari. Si vero maior pars excederet minorem vſq; ad duplum, quia totalis capitularis poteſtas reſidet in dupla parte, vt digi. ſ. eodem. ſcriptum. non poteſt ſanioritas aliquid operari: ꝛ non valet electio, niſi probaret quod maior pars ſcienter elegiſſet indignum: ꝛ ſic poteſtas eſſet deuoluta ad minorem: quia tunc ſanioritas in tertia parte nil reperiens de ſpiritu capitulari, poteſtate reſidente in duplo maiori parte, ſanioritas nihil poteſt operari: ꝛ tunc electio non confirmaretur.
¶ In gloſſ. vltima, gloſſ. tenent doc. ꝛ dant pro regula quod electio minoris nunquam confirmatur, niſi in caſu. ſ. eod. ſcriptum. vel niſi poteſtas capituli ſit deuoluta ad minorem, vt ſic vere, vel ficte ſit maior pars, ſeu capitulum. Per quod dicit Jo. An. quod ſi maior pars eligat indignum ignoranter, ꝛ minor dignum, vtraque caſſabitur. Prima, quia de indigno: altera, quia a minori. Et vide quod no. J. eo. eccleſia. Antonius de Butrio.

1 ¶ Eligi non poteſt habens plures dignitates, abſque diſpenſatione.
2 Electo qui ſe opponere poſſint.
3 Agere pro tali, vel nomine talis, equipollet.
4 Probandi onus incumbit dicenti factum aliquod contra legem.
5 Archidiaconatus cum eccleſia parochiali ſunt incompaſſibiles.
6 Beneficium curatum in dubio dicitur archidiaconatus.
7 Beneficia plura tenens, tria incurrit vitia.
8 Beneficium prius vacat per acceptationem ſecundi.
9 Fur dicitur, qui fructus beneficij iniuſte adepti percipit.
11 Quodammodo, dictio quid importet.
12 Alternatiuus articulus quando admittatur.
13 Sacramentalia geſta a priuato ipſo iure an valeant.
14 Exceptio, eſt actionis excluſio, proprie ſumpto vocabulo.
15 Exceptio non eſt ſemper actionis excluſio.
16 Actio, vel exceptio, competens contra electum, que ſit.
17 Beneficiorum pluralitas an faciat quem ineligibilem.
18 Probata obiecta contra electum quomodo intelligantur.
19 Opponens ſe electioni punitur, ſi non probet.
20 Eligentes poſſunt petere confirmationem electionis.
21 Collationis ius an poſſit proſequi ipſe collator.
22 Furtum committit, qui plura beneficia tenet.
23 Furtum quid ſit.
24 Furtum non committit contrectans rem, quam credit ſuam.
25 Furtum an committat contrectans rem, quando credit dominum permiſſurum.
26 Furtum quando committatur in re inuenta.
27 Inuentam rem faciens preconizari, debet habere ſalarium.
28 Excipiens quando videatur fateri intentionem agentis.
29 Diſpenſare non poteſt inferior a papa in dignitatibus.
30 Archidiaconatus habet in ſe curam.
31 Electus quando poſſit ratione inhabilitatis deponi.
32 Actus non validatur, ſi poſt vitium corrigatur.
33 Poſſeſſionis ſue titulum compellitur quis probare.
34 Confeſſio procuratorum eligentium non nocet electo. 36.
35 Sententia quando poſſit per partes pronuntiari.
37 Beneficia priora an poſſint conferri pendente lite ſuper diſpenſatione.
38 Beneficij collationem an impediat litis pendentia.
39 Beneficia duo curata inferior a papa hodie conferre non poteſt.
40 Electio quando vitiatur ratione peccati.
41 Diſpenſare poteſt ordinarius ſuper etate.
42 Diſpenſator quid debeat ſeruare circa diſpenſandum ad beneficia.
43 Priuilegium ad alterius incommodum lite pendente non impetratur.
Diſpenſatio ad beneficia lite pendente non valet in alterius preiudicium.
44 Diſpenſare poteſt inferior a papa electum ratione vtilitatis eccleſie.
45 Excommunicati clerici an poſſint a ſuis prelatis abſolui.
46 Juramentum de veritate poteſt in quacunq; litis parte peti. 53.
47 Poſitiones fieri poſſunt, ad quas arctantur reſpondere partes.
48 Sententia non poteſt ferri lite non conteſtata.
49 Delegatus ad cognitionem ſuper electione, an poſſit lite deciſa eccleſie prouidere.
50 Litis conteſtatio per quẽ inducatur. 51.
52 Proceſſus in cauſa electionis habitus lite non cõteſtata eſt null⁹.
54 Error iuris non excuſat quem a pena.
55 Interrogatus de crimine occulto, reſpondere non tenetur.
56 Sententia precepti non eſt diffinitiua, nec interlocutoria.
57 Litis conteſtatio inducitur, vbi libello reſpondetur.
58 Exceptionis via an poſſit opponi de iure agendi.
59 Juramentum de veritate non exigitur a prelato.
60 Jurare recuſans de veritate qualiter puniatur.
61 Confeſſio prelati an noceat eccleſie.
62 Beneficium curatum quod dicatur.
63 Sententia nulla non prodeſt, nec actionem parit.
64 Beneficium primum vacat acceptatione ſecundi.
65 Conſuetudine an proſit aliquid, quod de iure non prodeſt.
66 Surreptio vitiat ipſo iure.
67 Diſpenſationem vitiat taciturnitas defectus iuris.
68 Diſpenſatio tollit vnicum vitium, concurrente duplici.
69 Beneficiorum parochialium pluralitas eſt inhibita.
70 Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum refertur ad duo.
71 Diſpenſatio ſuper pluralitate non impedit titulum.
72 Infamiam ne incurrat electus, quid faciat.
73 Cautela ne ratione ſententie quis veniat ſugillandus.
74 Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum, quando valeat.
75 Diſpenſatio ad duos perſonatus quando valeat.
76 Diſpenſare an poſſit epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum.
77 Diſpenſatio ſup pluralitate beneficiorum ſine cauſa, non excuſat.
78 Diſpenſatio vt preter obtenta quis poſſit duo beneficia tenere, non videtur cum obtentis.
79 Beneficij collatio an valeat, commenda non caſſata.
80 Canonie an poſſint plures ſimul per vnum teneri.
81 Matrimonium ſpirituale dicitur inter eccleſiam ꝛ beneficiatum.

1 Dudum. ¶ † Habens plures dignitates, vel plura curata abſq; diſpenſatione pape ineligibilis eſt. h. d. ¶ Hꝫ ſeptẽ partes ſecundum aliquos, ſecundum alios tres. In prima, narrationes partium coram papa. In ſecunda ibi: nos igitur. commiſſio cauſe, ꝛ proceſſus iudicum. In tertia, proceſſus pape, ibi: licet autem. ¶ Caſus. Vacante eccleſia Rothomagen. quidã archidiaconus Ambianen. fuit electus, ꝛ tandẽ quomodocũq; fuit petita ꝯfirmatio coram ſede apoſtolica: cõtra dictã electionem in curia ſe oppoſuit quidam archidiaconus cũ quibuſdam canonicis, proponens ipſam de indigno factã, eo q: facta de plurali, qui tenuit iniuſte beneficia: q: poſt Lateranen. cõcilium archidiaconus Ambianen. fuerit adeptus eo tenẽte prius plures parochiales eccleſias, ꝛ plura beneficia. Unde cum adeptione archidiaconatus curati priores parochiales eccleſie vacaſſent, ex diſpoſitione cõcilij ipſo iure vacauerant priora beneficia: ꝛ ſic eo reditus eorũ percipiẽte furtum cõmiſerat, vel rapinam, alienã rem cõtrectando. Itẽ in preiudicium animarũ, ꝛ deceptionẽ multarũ ꝫ ſua bñficia tenuerit, ꝛ deceperat vt prelatus ingerendo ſe diuinis animas multorum. Procurator aduerſe partis ꝓpoſuit, excuſans ꝙ dato qđ ille plura beneficia teneret, tñ ex diſpenſatiõe archiepi Rothomagen. tenuerat. Papa hñs friuolã dictã excuſationem, eo q: archieps non põt diſpenſare, cõmiſit cãm iudicibus in ſupſcriptione cõtentis, ꝛ mãdauit qđ ſi cõſtaret ꝙ poſt ſuſceptũ archidiaconatũ habentẽ curã animarũ dictus electus tenuerit parochiales eccleſias, ſi nõ oſtẽderet ſecũ ſede apoſtolica diſpenſatũ, deberet dictã electionem caſſare. L[illegible] corã eis inſtituta, ꝛ, vt debet, ordinata, preſtitis iuramẽtis nece[illegible]rijs, factis poſitionibus, ꝛ rñſionibus, poſt appellationẽ factam [illegible] quodã decano, ipſi tulerũt ſniam ꝯ predictã electionẽ lite nõ cõteſtata, iſti ꝓſecuti ſunt appellationẽ: ꝛ q: cõſtitit pape ꝙ citra litis cõteſtationẽ erat ꝓceſſum, caſſauit ꝓceſſuꝫ. Tandẽ iterata fuit petitio ex pte archidiaconi, opponẽtis ꝙ dicta electio caſſaret ex predicta cauſa, ꝛ citato electo, electus rñdit ꝙ cõcilium nõ priuabat: q: archidiaconat⁹ nõ habebat curã, lꝫ fateret qđ poſſet ex cõſuetudine ſuſpẽdere, excõicare, ꝛ abſoluere pſbyteros, ꝛ parochiales eccleſias interdicere, viſitare, ꝛ inqrere, ꝛ ꝓcuratores Romane viſitatiõis exigere. Allegauit etiã ꝙ habebat indulgentiã, ꝛ diſpẽſationeꝫ apoſtolice ſedis ſuper dictis beneficijs. ꝛ ſic per hoc nõ erat crimínoſus. ¶ Papa ad pmã cõſiderauit ꝙ ex quo cõſuetudine archidiacon⁹ habebat facere pdicta. q: habebat curaꝫ: ꝛ dato qđ curam nõ haberet, ſaltem negari non poterat quin eſſet pſonatus. ꝛ decr. de multa. etiam in perſonalibus alijs locũ habere, vt ibi: cõſiderãs etiam indulgentiam nõ valere ſurreptitiam ex triplici capite. Prĩo, q: narrabat ſe aſſumpſiſſe parochiales eccleſias canonice: qđ non erat verũ, ex quo vna nõ depẽdebat ex altera, ꝛ vtrãq; habebat intitulatã. Iteꝫ ex eo qđ narrabat fructus fuiſſet tenues, ꝛ exiles, qđ erat falſum, cum haberet plures reditus. Item tacuit ꝙ dictas eccleſias haberet, ꝛ teneret cũ alijs beneficijs: per hãc diſpenſationem non fuerit intentionis beneficia cõcedere, ſed alia legitime tenta vt poſſit cum nouiter quęſito legitime tenere: vñ vellet ſententiam

let ſententiam contra ipſum ferre, et iam eſſet in cauſa concluſum, renuntiauit electus tam iuri, quam liti ſpontanea voluntate: quã ceſſionem papa admiſit. ¶ Legam decre. per partes. Et primo habemus hic triplicem obiectionem contra electum ab eadẽ cauſa ſurgentes. Secundo, poſitionem excuſantis vnam. ¶ Tertio, illius reprobationem, et pape commiſſionem. Quarto, delegatorum proceſſum. Quinto, proceſſus irritationem. Sexto, cauſe iterationem coram papa, cum propoſitionibus excuſationum, et earum reprobationibus. Septimo, partium volũtariam ceſſionem. Secũda ibi: vnde procurator. Tertia ibi: nos igitur. Quarta ibi: partibus. Quinta ibi: licet autem. Sexta ibi: tãdem. Septima ibi:
2 inſuper. ¶ † Venio ad partem primam. ¶ Nota quod archidiaconus, et canonici de eccleſia, tanquam quorum intereſt, ſe poſſunt opponere contra electum opponendo de inhabilitate perſone. de
3 quo de elect. vt circa. li. vi. et de accuſa. ſuper his. ¶ † Nota ſecundo quod iſta equipollent, Ego pro tali: vel, Ego nomine talis. de quo dixi de conſtitu. cum. M. ¶ Nota tertio quod eligentes poſſunt defendere, tanquam eorum interſit, electionem a ſe celebra
4 tam. ¶ † Nota quarto quod dicenti aliquod factum contra legem nouam, vel ſtatutum, ſi inter partes in dubium vertitur an ſtatutum preceſſerit factum damnatum, vel fuerit ſubſecutum, incumbit onus probandi ſtatutum preceſſiſſe. Ad hoc optime. ſ. de re
5 ſcript. conſtitutus. ¶ † Nota quinto quod archidiaconatus, et ſic dignitas cum parochiali eccleſia de iure ſunt incompaſſibiles.
6 ¶ † Nota ſexto quod archidiaconatus in dubio dicitur beneficiũ
7 curatum. ¶ † Nota ſeptimo quod pluralis plura vitia incurrit. Primo incurrit vitium tranſgreſſionis, quia preuaricatur ius. Secundo, auaritiam, et cupiditatem. Tertio, furtum. ¶ Nota qđ
8 talis, vt in graui peccato conſtitutus, eſt ineligibilis. ¶ † Octauo nota quod acceptatione ſecundi beneficij curati, aut dignitatis, ipſo iure priora beneficia, ſi curata exiſtant, vacant. Ad hoc de prebend. de multa. ¶ Et nota quod hec pena habet locum, etiam
9 ſi beneficiatus ſit paratus dimittere ſecundam. ¶ † Nota nono quod recipiens fructus beneficij, quando illud non eſt iuſte adep
10 tus, dicitur fur, et furtum committit. ¶ † Et not. quid eſt furtum:
11 quia contrectatio rei aliene. de quo in glo. ¶ † Nota decimo de di
12 ctione Quodammodo, quod eſt nota improprietatis. ¶ † Et no. quod admittitur articulus alternatiuus, quando ex vtraque parte alternatiue concluditur intentio ponentis ibi: furtum, vel rapinam. Ad hoc de reſcript. ex parte. ſ. et probatur de teſta. Raynal
13 dus. de proba. tertio. ¶ † Nota. xi. quod geſta a priuato ipſo iure ſacramentaliter, quaſi a non tolerato, non videntur valere, maxime quando cauſa eſt notoria: et ſic iſte anime, que a tali ſacramenta recipiant, videntur decepte. ¶ Ex prima exceptione in facto concludit opponens triplex vitium tranſgreſſionis, auaritie, furti,
14 et deceptionis. ¶ † Oppo. primo quod non debuerit admitti aliquis opponens: quia exceptio eſt actionis excluſio, vt patet. ff. de except. l. i. de ord. co. c. i. et ij. Si non agitur, ergo non poteſt opponi
15 antequam agatur. † Solu. In exceptione proprie dicta procedit contrarium: ſed in exceptione, que aſſumit locum et inſtar actionis, hec admittitur, licet ad aliquid non agatur, vt hic. Idem no. de do lo. cum dilecti. Concordantes dedi de reſcrip. ſi autem. Et eſt ſpeciale in electionibus, propter periculum animarum. Ad hoc de ap pel. conſtitutus. et c. oblate. lxiij. diſtin. nullus inuitus, et vide quod no. de except. prela. inter dilectos. et de except. dilecti. nam idem ſequitur hic excipiendo, quod agendo, ſcilicet caſſationem electionis. ſ. eod. per inquiſitionem. et c. dilecti. ſ. tit. j. c. j. de except. c. j. Vel ſecundo vbi nihil petitur, vel intenditur, non datur exceptio, vt in contrario: hic autem petebatur confirmatio. Vel fatendum contrarium, et pro tanto hic fuit caſſatus proceſſus, quia nil hincinde petitum, ſed ſolum facte fuerunt poſitiones, vt dicit tex. in fin. et ideo iteratio iudicij fuit neceſſaria, que fieri potuit, etiam ex eadem cau
16 ſa. ¶ † Quero, qualis eſt hec actio, vel exceptio contra electũ. Dic quod eſt quaſi popularis, que tuetur ius populi, et eccleſie. ff. de popula. actio. l. j. Nec obſtat quod in ea conſtituitur procurator, et opponens non repellitur pretextu criminis, vel infamie, vt hic eſt, et de accu. ſuper his. et ſic non eſt popularis. ff. de popu. actio. l. popularis. ſed quaſi popularis, vel anormala, ſed quidam ſimplex modus agendi a canonibus introductus: de quo. ſ. eod. c. cum dilecti.
17 et de electione. cupientes. §. ceterum. ¶ † Circa factum exceptiõis quero an pluralitas indifferenter faciat quem ineligibilem. Dicit Compoſt. quo ad maiores dignitates, vt epiſcopatum, non eſt dubium: quo ad minores dignitates, et beneficia, vt ad archidiaconatum, ad canoniam, et ſimilia, dicit quoſdam tenere quod non: quia hoc non reperitur iure cautum: et quia in epiſcopo requiritur maior perfectio: quia ſicut dignitate, ita meritis debet alios precellere. Tenet quod idem in illis. et idem Guillel. in Specu. titu. ij. §. videndum. ad fin. ver. ſed nunquid hic. quia talis eſt violator canonis. de cle. non reſi. ad noſtram. et lxx. diſtin. ſanctorum. et violatores canonum non ſolum deijciuntur ab obtentis, ſed etiam ab obti

nendis. de ma. et obedien. c. ij. xxv. queſtio. j. violatores. Hodie clarum: quia ſi non dimittunt primum, ſunt inhabiles ad ſacros, et beneficia, vt ibi. Ad hoc de offic. ordin. ordinarij. ad fin. libro. vj.
18 ¶ † Quero quid ſi probentur obiecta contra electum dupliciter intelligibilia, ſecundum vnum intellectum obſtantia electo, ſecundum alium non. Dic quod ſecundum Compoſt. interpretantur in benigniorem partem pro electo. Exemplum, ſi probetur, archidiaconum dediſſe archidiaconatum ſub annuo cenſu: hoc poteſt intelligi de ſpiritualibus: et hoc illicitum. ſi de temporalibus, et hoc licitum. ne prelati vices ſuas. c. j. et ij. Intelligatur ergo de temporalibus tantum. Idem, ſi dicant teſtes electum venatorem, intelligamus de licita venatione, non de illicita. de cle. ve. per totum. Item ſi dixerint iraſcibilem, vel indignantis nature, debet intelligi qđ ex iuſta cauſa: et ſic de alijs. de re iudic. c. ij. Et hec vera, vbi verba interpretationem patiuntur, et circunſtantie contrarium non ſuadent. de ſeruti. c. v. no. de accu. cum dilecti. Item, quia contra producentem interpretantur dubia dicta teſtium. de proba. in preſentia. de condi. appo. per tuas. Et hec vera in exceptione. Secus dicit Innocen. in accuſatione, in qua imminet par ſupplicium, et in qua quis proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam. Sed certe tu dic idem in accuſatione: quia debet clare probare. In exceptione autẽ non eſt plus preferendus, qui proſequitur ſuam iniuriam, quam alius, cum non agatur ad vindictam, ſed ad repulſionem. de ordi. cog. cum dilectus. ¶ Quedam, que hic proſequitur Innocen. an accuſans libidine vindicte admittatur, hic non proſequitur: melius cadit in titulo de accuſa. ibi ponam. Unde dicit quod vbi talis articulus datur in iudicio multipliciter interpretabilis cõtra electum, quod incaute facit aduocatus rei petens illum declarari, vel qui opponit articulum non admittendum, quaſi probatio non releuet, vel qui format interrogatoria talia, per que teſtes id habeant declarare. hic pone quod eſt in verbo Conſtitutus, in No
19 uella, ſuper text. ¶ † Gloſſ. j. querit que pena imponatur ſe opponenti electioni, et non probanti. Gloſſ. ponit penam tam opponentis ſe in perſonam, quam opponentis ſe in formam. et eſt clara: lege
20 ipſam vt iacet. ¶ † Quero an eligentes poſſint petere confirmationem electionis. Gloſſ. dicit quod ſic: quia intelligit de conſenſu electi: alias non. Item et electus hoc poteſt. ſ. eo. dubium. et ſ. eod.
21 ver. tandem. ¶ † Hanc materiam, et quid de collatore, nunquid poſſet proſequi ius collationis, vide per Innocen. j. de prebend. dilectus. ij. ibi tenet quod licet eligentes habeãt poteſtatem proſequẽdi confirmationem electionis, quam faciunt iure eligentes, ſecus in collatore hic. Ibi tangit Innocen. et facit ſuas differentias. Satis eſt hodie quod vocari debent. de elec. c. fin. libro ſexto. ſecundum Hoſtien. et Ioan. And. tenent tamen ſententiam latam contra eligentes non nocere electo. Idem Compoſt. hanc materiam, et quid de collatione, latius proſequitur Ioan. And. j. de preben. dilectus. ij. vbi tractat quando poſſit hoc elector, et quando collator. Ioan. an. recitat quoſdam dicere non vocandum electum, ex quo electionem poſſet proſequi. de cauſa poſ. cum eccleſia. ſ. c. proxi. Dic ſecundum Innocen. Si agitur contra eligentes ad penam, non citatur electus. Idem ſi electus petit confirmationem, et opponatur ſolũ de forma, ſecundũ Inno. vel defectu electi, ſecundum Hoſtien. fatetur tamen quod electus poteſt aſſiſtere, ne colludatur. C. de liti gioſ. auth. nunc ſi heres. Si agitur de crimine electi, tunc quia ſi lo probato ineligibilis fit. ſ. c. ſuper eo. vocandus eſt: vt not. in. c. in preſentia. j. de proba. niſi ſciret cauſam ſuam agi, et non curaret. de re iudi. quamuis. Recitat alios dicere, et placet Compo. quia licet ſciat, vocandus eſt: et ſi contumax fuerit, ſibi imputatur, niſi forſan appellatio facta eſſet: tunc enim omnes citantur a iure. j. eo. c. j. lib. vj. alias noceret ſententia: imo veniens faceret illã irritari, ex quo non fuit vocatus, nec contumax. iij. qđ. ix. per totum. C. quomodo et quando iudex. l. ea, que. et conſequenter non oberit eligentibus ſententia lata propter cauſe connexitatem. ff. quemadmo. ſeruitn. amit. l. ſi communem. Hoc verum, quando electus nondum conſenſit. Alioquin indiſtincte vocandus eſſet: ex quo per mutuum conſenſum contractum eſt matrimonium. ſ. c. cum inter canonicos. niſi ſit appellatum, vt dixi. Hoſti. dicit enim vocandum, licet non conſenſerit. Et dicit Ioan. And. hoc hodie eſſe expeditum per. c. j. eo. titu. libro ſexto. Poſt confirmationem autem ſi petatur, vel conſecratur, abſque dubio vocandus eſt. j. c. j. et ij. et cap. licet. et tunc inſcriptio requiritur: vt de accu. ſuper his. et repellitur ab obtentis, vt
22 ibi. ¶ † Venio ad vitium furti: hic opponitur quod non ſit furtum: quia eſt contrectatio rei aliene ſcienter, facta inuito domino: ſed res immobilis non poteſt contrectari: ergo. ff. de furtis. l. j. Solutio. gloſſ. fatetur quod nunquam eſt furtum, ſed eſt potius inuaſio: ſed late poteſt dici furtum. xiiij. queſtio. j. penale. Vel dic quod
23 commiſit furtum proprie de fructibus ipſius beneficij. ¶ † Quero circa hoc furtum. Primo quid ſit. Dicit gloſſ. quod eſt contrectatio rei aliene ſcienter facta inuito domino. Inſtitu. de obli. que ex quaſi delicto naſ. §. furtum autem. Et exigitur quod ſit facta

frauduloſe. Addunt doct. ad diffinitionem quod exigitur quod
24 contrectatio fiat animo lucrandi: vt. l. j. ff. de furtis. ¶ † Quid ſi ali
quis contrectat rem alienam credens ſuam, an committat furtū:
Ex dictis apparet quod non. Inſtitu. vi bo. rapt. §. quia tamen.
25 ¶ † Quid ſi aliquis contrectat rem alienam, credens dominum
permiſſurum: Dicit gloſſ. quod in caſu noſtro non proficit, ex quo
non habet diſpenſationem ſedis apoſtolice, quam habere tenetur:
in furto autem illo excuſatur, ſi credat dominum permiſſurum.
Inſtitu. de obli. que ex delicto. §. placuit. ¶ Adverte tamen, quia
hoc habebit arbitrari iudex an ex iuſta cauſa motus hoc credat
dominum permiſſurum: quod apparebit ex coniunctione perſo
narum, et qualitate facti, et alijs circunſtantijs. C. de lega. l. cum alie
nam. Et hoc ideo, quia talis credulitas excuſat a delicto, ſeu dolo.
Secus ſi ſupine moveretur ad credendum quod dominus permit
teret: quia tunc punietur: et credere debet in dubio dominum veta
re. vt. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. Alias ſi indiſtincte crederē
tur, aperta eſſet via, et facilior ad excuſanda delicta, et ſic ſemper
26 abſolveretur. ¶ † Quid ſi aliquis inveniat rem alienā, quid habet
agere, vt excuſetur a furto. Dic quod debet ipſam facere preconi
zari: et poterit a domino veniente petere competens pretium invē
tionis, vel ſi quid eſt expenſum. ff. de furtis. l. falſus. §. qui alienam.
et §. ſequen. vi. q. j. quidam. xvi. q. ii. ſi quid inveniſti. et equum eſt
dare aliquid inventori, vt retrahatur a celando. ff. de condi. ob tur
pem cauſam. l. iiij. §. ſi. et expedit hoc dominis rerum, vt facilius
rehabeant res ipſas. C. de reſcin. ven. l. ratus. ¶ Alia tangit hic de
furto, que reſpiciunt competentius titulum de furtis, ideo non pro
ſequor, et ſunt legalia. ¶ Quero circa vitium deceptionis anima
rum, nunquid a ſic privato recipientes ſacramenta, et abſolutiōes
effectualiter recipiant, ita quod ſint abſoluti. Gloſſ. dicit quod ſic,
non ex poteſtate abſolventis: quia ſic: quantum fuit in ſe, decepit:
27 ſed ex fide bona recipientium: vt patet de bap. debitū. ¶ † Dicunt
tamen doc. quod ſi tales ante mortem certificarentur de inhabili
tate eius, qui dedit ſacramenta, quod deberent iterato confiteri. ſ.
de penit. omnis. Vel poteſt dici quod vere abſolvit, quam diu tole
ratur. viij. queſtio. iiij. nonne. Primum tutius, et ideo tenendum.
de preſbytero non bapt. c. fin. ſecundum Abba. quia hic non erat
toleratus, ex quo ſentētia erat generalis, et ex cauſa notoria: vt no.
Joan. And. de regulis iuris. mora. libro ſexto. Et hec de prima.
¶ Venio ad ſecundam, ſcilicet ad excuſationem, ibi: verum procu
28 rator eorum. † Ex iſta parte, nota quod ex replicatione quis vide
tur fateri intentionem, quando factum, contra quod replicatur, et
replicatio, ponuntur in diverſis orationibus, et non ſimul in vno
conſtructo. Ad hoc. ſ. de tranſac. preterea. de quo. ſ. de except. cum
venerabilis. aliquid de reſcriptis. ex parte decani. et dicam in. d. c.
preterea. Sic limita gloſſ. in capitu. exceptionem. de regulis iuris.
29 libro ſexto. ¶ † Nota ſecundo quod in curatis, vel dignitatibus
non poteſt inferior a ſede apoſtolica diſpenſare. Ad hoc de prebē.
30 ſ. de multa. et quod ibi not. ¶ † Nota tertio quod archidiaconatus
31 habet in ſe curam. ¶ † Nota quarto ad ponderandam inhabilita
tem electi oportet, quod detur inhabilitas ſecundum tempus ele
ctionis. Vitium ergo precedens electionem, purgatum ſecundum
tempus electionis, non obſtat electo: et ſic videtur quod delictum
vel peccatum, de quo electus egit penitentiam ante electionem,
32 non infirmat electionem. ¶ † Nota quod ad validandam electio
nem nullam, non ſufficit vitium caſſare poſt electionem factam.
33 ¶ † Nota quod ad excuſandum vitium, compellitur quis proba
re titulum ſue poſſeſſionis, quando poſſeſſioni ius reſiſtit: quia
propter iuris reſiſtentiam iniuſta preſumitur. Et ſic dicens di
ſpenſationem, debet probare: quia ius ſingulare non preſumitur
ex poſſeſſione, niſi probetur, vt hic eſt caſus. Et ſic, quod dicitur,
ſolennitatem preſumi, eſt verum in communi, non in ſingulari.
34 ¶ † Nota quod confeſſio procuratorum eligentium non nocet ele
cto. Nam dato quod ille cōfiteretur pluralitatem, papa vult quod
demum privetur, ſi hoc iterato conſtat. ¶ Nota quod papa pro
poſitis excuſationibus pronuntiat pro vna, et non pro alia.
35 ¶ † Oppo. quod non debet papa per partes pronūtiare: quia ad
limites libelli. ec. de ſimo. licet Heli. et ſuper toto debet pronuntia
re. ff. de arbitrio. l. quid tamen. Solutio. Quando proponuntur
plures exceptiones, et de vna conſtat notorie, et in alijs exigitur di
ſcuſſio, papa poteſt, quia diverſi ſunt articuli, per partes pronun
tiare, vt hic. Alias procedit contrariū. Hic enim de excuſatione
quod eſſet frivola, conſtabat notorie: quia de iure conſtabat, ex di
ſpoſitione iuris non poſſe archiepiſcopum diſpenſare. de preben.
de multa. ad hoc. ſ. eodem. cum nobis olim. de conſuetud. cum in
ter. de reſcriptis. cum contingat. et de conſuetud. cum dilectus. et
36 quod ibi not. de re iudic. cum inter. ¶ † Opponi. ſecundo quod
non arctetur iterato ad conſtandum quod hic fuerit pluralis: q
hoc conſtat confeſſione procuratoris, que nocet domino: vt patet.
infra vt lite non conteſta. capitu. j. ſupra eodem. ſcriptum. Solut.
Procuratoris confeſſio bene nocet domino conſtituenti, ſed non
nocet electo, quando procurator eſt conſtitutus ab eligentibus, vt
hic. Et hoc verum, quando confeſſio fit de aliquo cōcernente per
ſonam electi: ſecus ſi ſuper ſonnam. Ad hoc quod nota. infra. et vi
37 de de reſti. in integ. capitu. ij. ¶ † Quero an ſtatim acceptato ar
chidiaconatu per tenentem eccleſias parochiales, liceat collatori
bus priorum beneficiorum conferre pendente lite ſuper diſpenſa
tione propter alia beneficia. Dicunt quidam quod non, ex quo co
ram aliquo iudice lis pendet, vt lite pendente non valeret collatio
his facta: argumen. ſ. de arb. l. ex parte. Alij contra: quia motio li
tis inter alios alteri non aufert ius ſuum. de reſtitu. in integ. c. ij.
ex quo et ſuper hoc fuit appellatum. de ſup. neg. prela. c. ſi. Non ob
ſtat quod lite pendente attentata ſunt retractanda, maxime appel
latione pendente: quia illud in his, que in proceſſu iudicij ſunt, vel
etiam extra, ſi de novo attententur. His autem pendentibus bene
poteſt quis vti iure ſuo: quia per illa non eſt alicui turbata ſua
poſſeſſio: vt lite pendente. capitu. j. de cauſa poſ. cum olim. et nemini
facit iniuriam, ec. ſ. eodem. eccleſia. Quod placet Innocen. quod
quidam temperant verum, niſi in Romana curia, vel coram papa
vel eius delegato pendeat lis per appellationem, ſive inter duos
contendentes ſe eſſe ſponſos beneficij, ſive aliter, quomodocunque
ibi negotium referatur. de offic. delega. licet. de preben. inter cete
ra. Quod placet Hoſtien. propter excellentiam poteſtatis pape. de
ma. et obedien. per tuas. de appella. ſi duobus. et maxime ſi de viri
bus diſpenſationis ſue agatur. infra. de iudic. cum veniſſent. Hec
vera, quando principalis pendet ſuper diſpenſatione. Si vero in
cidenter, vt hic, pendebat diſputando principaliter ſuper validita
te electionis, tunc ſecundum Hoſtien. nullo modo impeditur po
teſtas ordinarij collatoris: immo de illis beneficijs ſi coram eo prin
cipaliter queſtio moveretur, poſſet interim cognoſcere: per conſe
quens et conferre, ſi vacant, niſi per lapſum temporis poteſtatem
conferendi perdidiſſet. infra. de prebend. de multa. verſi. et ſi vltra.
38 ¶ † Quero an litis pendentia inter duos beneficiatos in curia,
vel alibi, vel inter petitorem et poſſeſſorem beneficij, impediat colla
tionem. Joan. An. remittit hodie, vt lite pen. capitu. j. libro ſexto.
Dicit tamen quod illa iura nova non loquuntur, quando pendet
lis inter collatorem et beneficiatum, ſeu inter electorem et beneficia
39 tum, ſeu inter electorem et electum. ¶ † Opponi. cum gloſſ. que eſt
ſuper verbo Per conceſſionem. quod inferior a papa in talibus
potuerit diſpenſare: vt patet. lx. diſtinctio. ſanctorum. Solutio.
Olim poterant diſpenſare, vt ibi: hodie non. per capitu. de multa.
ſecundum gloſſ. Dicunt tamen doct. quod diſpenſatio, quam ha
buit ante concilium ſuper parochialibus bene valuiſſet, niſi poſt
concilium recepiſſet archidiaconatum vel perſonatum, ſecundū
Pet. et Abb. Ex his apparet quod opinio illa eſt falſa, que habe
40 bat, epiſcopos in talibus poſſe diſpenſare. ¶ † Opponi. cum glo.
que eſt ſuper verbo Tempore. quod non proficiat electionis tem
pore non tenuiſſe dictas parochiales eccleſias, et ſic vitium purga
tum fuiſſe. Unde obſtat quia talis criminoſus debet de rigore re
pelli. xxv. diſtinctio. primum. Solutio. Quandoque quis fuit in pec
cato, et purgatus eſt ante electionem factam: quandoque quis fuit
in peccato, et purgatus eſt ante tempus modicum electionis, quan
doque quis fuit in peccato, et purgatus eſt poſt electionem. Si ali
quis fuit in peccato, et purgatus ante factam electionem: gloſſ.
tenet quod poteſt promoveri, nec contra eum valet opponi: quia
ſufficit quod ſecundum tempus electionis reperiatur habilis,
alias ſecus: quia initium eſt ſpectandum. de elect. dudum. Dat ſi
mile in teſte, qui emendatus admittitur ad teſtimonium. Dat ſi
mile, quia ad ponderandam deceptionem attenditur principium
contractus. de empt. et vend. cum dilectus. ff. de evictio. l. ex duplo.
Innocen. dicit, tunc de rigore debet repelli. xxv. diſtinctio. pri
mum. et §. terminis. vt in contrario. De equitate diſtinguitur ſe
cundum quoſdam, aut talia ſunt crimina, in quibus exigitur di
ſpenſatio, vt ſunt inducentia irregularitatem, vel alia, ex quibus
quis inhabilitatur ad electionem abſque diſpenſatione, et talia de iu
re repellunt, et admittetur talium criminum exceptio. Si non exi
gunt diſpenſationem, non repellunt ab electione, nec eſt admitten
da exceptio ex officio iudicis, licet de rigore admittatur. Ad hoc
ij. queſtio. vi. querendum. quia apparet, eos mala intentione accu
ſare eum, qui veram egit penitentiam: niſi proſequeretur ſuam in
iuriam. v. queſtio. v. omnibus. Alij, quod ſemper exigitur diſpen
ſatio, ſive ſit crimen enorme, ſive mediocre, ſive modicū. Nec obſtat
qd no. de tēpo. ord. ex teſlore. vbi diſtinguitur inter enormia, et alia:
quia illa procedit, quādo agitur de promotione ad ordines. Rema
net ergo ſecundum quoſdam quod procedat diſtinctio, an ſit crimen
enorme, vel non: vt ſi ſit enorme, admittatur exceptio: ſi non ſit enor
me, tunc crimen, de quo egit, vel preſumitur egiſſe penitentiam, nō
admittetur in modum exceptionis: vel ſi admittatur, non ſemper
caſſabitur electio, ſed illa pena imponetur, ex quo crimen eſt mo
dicum, et non eſt ſcandoloſum. ſ. eod. quod ſicut. lxiij. diſt. Salonis
tane. de homici. ex literis. ¶ Secundo caſu, quando quis fuit in
peccato,

peccato,⁊ purgatus modicum ante tempus electionis: tunc dicit
quod non proficit penitentiam egiſſe:quia illa penitentia preſumi
tur ſimulata propter ambitionem dignitatis.ſ.eod.officij. Unde
non prodeſt facta renuntiatio. Si tamen conſtaret, ipſum verum
egiſſe penitentiam,ei proficeret, ⁊ valet electio, ſecundum diſtin-
ctionem.ſ.poſitam,aut crimen eſt enorme vel non. Quandoqꝫ re-
ſignauit,⁊ egit penitentiam poſt adeptam dignitatem:⁊ tunc glo.
hic arguit quod proficit: quia ſi tempore litis, alias dignitatis
non habes ius,quia non poſſides,ſequitur condemnatio,ſi poſtea
incipis poſſidere.ff.de rei vendi.l.ſinautem.ſecundo:quia res de-
uenit ad eum caſum,a quo poteſt incipere. ergo.de conuer.coniu.
placet. ¶ Glo.concludit quod hoc non proficeret vt confirmare-
tur electio:quia principium nullum:ergo ex poſtfacto non confir-
matur. Per hoc ceſſant que poſſent dici in contrarium: quia hic
non ſuperuenit ius agēdi,⁊ quia res deueniens ad caſum,vbi po-
tuit incohari,non validatur, quando fuit nulla. Dicit Innocen.
hic,quod adhuc in dubio non proficiet:quia preſumitur peniten-
tiam ſimulatam egiſſe ex ambitione habende, ſeu obtinende di-
gnitatis; ⁊ pro tanto non proficit. Si autem conſtaret quod ve-
ram penitentiam egiſſet,⁊ reſignaſſet,etiam poſt electionem iam
factam:dic,ſi crimen eſt tale, quod exigit diſpenſationem, vel eſt
enorme, ⁊ ſcandaloſum, que communiter pariunt irregularita-
tem:⁊ dicit quod non valet electio,etiam ſi conſtat,eum egiſſe ve-
ram penitentiam:quia hic eſt indignus,nec confirmatur eo quod
egerit penitentiā:quia quod nullum eſt,non ratificatur, Et quod
electio ſit nulla, patet.ſ.eod.cum in cunctis. Si autem delictum
non eſt enorme,nec ſcandaloſum, nec etiam tale, quod exigat di-
ſpenſationem, Innocen:ponit opin. illaſinet, quas ſupra poſui,⁊
reſidet quod valet electio,licet aliter puniatur. ¶ Aduerte ergo
qualiter debet intelligi.c.cum in cunctis.ſ.eo.vbi dicit quod non
valet electio illius,qui in omnibus eſt indignus:quia illud eſt ve-
rū,quando eſt in crimine enormi indignus,vel ſcandaloſo: ſecus
ſi leue fuiſſet crimen,in quo perſeueraſſet:quod credo,niſi multo-
ties fuiſſet iteratum,vel eſſent multa delicta, quamtumcunqꝫ le-
uia:quia tunc habituatus in malis moribus,ſi eligeretur, electio
eſſet nulla: ⁊ licet poſtea peniteret,non credo quod valeret. Et hoc
verum de iure poſitiuo:iure autem nature,etiam ſi ſit tale crimen,
ex quo irregularitas inducatur,electio valida eſt:vt notat Inno-
cen.de cle.excommuni.mi.ſi celebrat.⁊ dixit.ſupra eodem. auditis:
vbi vidiſtis quando crimen inducit nullitatem electionis,vbi po-
nit Compoſtella.hec vera data purgatione delicti: ſed ſi perſeue-
rat ſemper,poterit opponi contra eum,ne electio confirmetur.50.
diſt.abſit.xx.diſtinctio.capitu.i.xxv.di. cap.fin. ¶ Si ergo dubi-
tatur an electio ſit nulla de criminoſo de iure nature, ſerua quod
dicitur de cle.excommuni.mi.ſi celebrat.⁊ quod nota. Innocen. in
in capitu.cum in noſtris.de conceſſ.prebend.in addi. Si autem ſit
nulla ex crimine de iure poſitiuo,ſerua quod nota.ſupra eodem.au
ditis. Sed an criminis admittatur exceptio, poſito quod ſit ali-
qua:ſerua quod hic nota. Hoſtien.autem hic videtur velle quod
quodlibet crimen,etiam modicum,de quo non egit penitentiam,ſi
accuſatur,vel excipitur, impediat electionem, licet poſtea egerit
penitentiam:ſecus ſi petat ſecum miſericorditer agi per viam ſalu
tis:quia per hoc non debet compelli vt cedat,ſecundum eum. Sed
in caſibus,in quibus dixi admittendam exceptionem,etiam quan
do egit penitentiam,vt quando in crimine exigitur diſpenſatio,
tūc quero quis poſſit diſpenſare,⁊ ex qua cauſa,⁊ an poſſit lite pen
41 dente diſpenſare iudex. ¶ † Dic ad primum quod delegatus non
poterit diſpenſare:⁊ ſic oportebit qd admittat exceptiones. Pru-
denter tamen faciet, ſi referat ad ſuperiorem dignitatem, vt per
eum diſpenſetur. Poterit tamen ordinarius diſpenſare, dum ta-
men fiat de criminibus,in quibus inferiores diſpēſant:ſuper quo
de tempo.ordi.ex tenore.⁊.capitu.dilectus.infra.de iudic.at ſi cleri
ci. Hoſtien.videtur velle quod licet papa hanc gratiam facere poſ
ſit,non tamen decet. Ad hoc de voto.magne. Alius tamen iudex
hoc non poſſet,ex quo accuſatur,excipitur, vel denuntiatur: licet
aliud de illo,qui petit ſalutis conſilium.de quo.infra.de homi. ſi-
gnificaſti.concor.quod nota.de cle.excommuni.mi.clerici,vt ibi ſu
42 per prima gloſſ. ¶ † Ad ſecundum,ex qua cauſa. Dic quod pru-
dens iudex habet attendere ad dignitatem,ad quam vocatur:⁊ fa
cilius in minori diſpenſabit,quam in maiori. Item habebit atten-
dere an ſit eloquens,prudens,⁊ ſic de alijs:⁊ cum tali, ſcilicet gra-
tioſo,facilius diſpenſabit,quam cum minus gratioſo. Item faci-
lius diſpēſabit cum illo,qui iam obtinuit,quam cum illo,qui que-
rit obtinere:quia facilius repellendus quis ab obtinendo, quam
43 ab obtento. ¶ † Ad tertium,an data poteſtate debeat diſpenſari.
Videtur quod non:quia non debet admitti impetratio priuilegij
lite pendente.infra.vt lite penden.per totum. infra. de teſti. cau-
ſam. Dic contra. Nec obſtat quod eſt dictum:quia loquitur, quan
do priuilegium impetratur lite pendente, ad alterius incommo-
dum. Unde ſicut nec priuilegium valet, ita nec tunc valeret diſpen

ſatio pendente accuſatione, vel exceptione:ſed hic nulli ſit preiudi-
cium,ideo valet,⁊ diſpenſabitur faciliter,ex quo crimen nondum
probatum eſt.infra.de cle.excommuni.mini.apoſtolice.et infra. de
excep.apoſtolice. Licet tamen diſpenſetur in accuſato,vel cum eo,
qui repellitur a promotione,non tamen diſpenſatur cum eo, con-
tra quem excipitur,vt repellatur ab accuſatione,vel teſtimonio in
cauſa criminali:quia illius illaudabilis eſt intentio.ij. queſtio.vij.
ſi quis epiſcopus.⁊ quia ei fieret preiudicium, contra quem indu-
citur teſtis,vel accuſator. Vide quod nota.de iudic.at ſi clerici.tu
44 tene quod dixi ſupra.cum Hoſtien. ¶ † Oppo.cum gloſſ.ſequen.
quod per inferiorem a ſede apoſtolica potuerit diſpenſari:vt not.
de prebend.de multa. Solutio. Dicit Hoſtien.quod ſi diſpenſatio
fiat propter demerita perſonarum,exigitur diſpenſatio ſedis apo
ſtolice. Sed ſi ſit diſpenſatio propter vtilitatem eccleſie,non exigi-
tur diſpenſatio a papa,ſed poteſt inferior. De quo dic vt no.in de-
cre.de multa. Communiter tenetur contrarium. Et per hoc dicit
gloſſ.quod opinio Ioan. euacuatur, qui tenuit quod in talibus
45 poſſit diſpenſare. Et hoc de hac particula. ¶ † An abſolutio ab
excommunicatione poſſit fieri expreſſe ab omnibus. Dic quod ſic:
ſed non preſbyter,licet a iudiciali excommunicatione poſſit abſol-
uere,non tamen poteſt reconciliare.de vi.⁊ ho.cle.quoniam. ad fi-
nem.ante reconciliationem non eſt ei communicandum.xxiiij.que-
ſtio.iij.notandum.de ſenten.excommuni.cum deſideres.cum ſimi-
46 libus. ¶ Uenio ad tertiam particulam,in ver.partibus. ¶ † No
ta primo quod in qualibet parte litis,etiam in ſpiritualibus cau-
ſis,ſecundum iſta tempora poterat peti iuramentum de veritate
dicenda:⁊ nota quod exigebatur ante litem conteſtatā:hodie dic
47 vt de iura.calum.c.j.libro ſexto. ¶ † Nota ſecundo quod de iure
poſſunt fieri poſitiones,ad quas arctantur reſpondere partes.
48 ¶ † Nota tertio quod non procedebatur in cauſa electionis ad
ſententiam lite non conteſtata contra partem preſentem, nec con-
tra abſentem,que contumaciter non aberat: hodie ſeruatur cle.
49 diſpendioſam.de iudi. ¶ † Nota quarto quod delegatus ad cogni
tionem ſuper lite electionis,poteſt deciſa lite ſuper electione,de pa
ſtore eccleſie prouidere. Quod intellige,ſi ad hoc habeat manda-
tum:alias prouiſio non veniet ad conſequentiam mandati de lite
decidenda:⁊ maxime quando pronuntiat pro prouiſo. Vide cle.au
ditor.⁊ quod ibi nota.de reſcript.in cle. Et eſt aduertendum quod
puto hoc caſu non habere locum cle.auditor.etiā ſi cauſa eſſet de-
legata auditori,⁊ auditor pronuntiaret contra prouiſum. ¶ Cir-
ca iſtam partem oppo.quod non poſſit delegatus caſſata electio-
ne prouidere:quia hic non includitur in mandato litis deciſionis
vt ius alterius exerceat poſt deciſionem litis.infra.de offic.deleg.
ſuper eo. Solutio. Dicit hic Abb.quod hic delegatus habuerat
ſpeciale mandatum,alias non potuiſſet. Per quod dicit Abbas
ſe reprehendiſſe conſilium aſſeſſoris,qui contrarium conſuluerat,
non aduertens iſtā deciſam,que eſt in verbo,⁊ infra.ſupra.in qua
erat,⁊ authoritate noſtra eidem prouideat eccleſie de paſtore. ibi
50 poſt verbum Caſſaretis. ¶ Uenio ad verſicu.licet autem. ¶ † No
ta primo quod per poſitiones,⁊ reſponſiones ad eas,non induci-
51 tur litis conteſtatio. Ad hoc de lit.conteſta.c.j.libro.ſexto. ¶ † No
ta ſecundo ex qua reſponſione,⁊ ad quid fiat litis conteſtatio: q:
per petitionem in iure propoſitam, ⁊ factam reſponſionem ad
52 eam. ¶ † Nota tertio quod proceſſus in cauſa electionis habi-
tus lite non conteſtata,eſt ipſo iure nullus. Item quod in cauſa be
neficiali iure iſto in preſentes ad ſententiam non procedebant lite
53 non conteſtata.vide cle.diſpendioſam.de iudic. ¶ † Item quod in
ſpiritualibus cauſis in qualibet parte exigi poteſt iuramentum
54 de veritate dicenda. Ad hoc de elect.cum dilecti. ¶ † Nota quod
error iuris circa qualitatem beneficij non excuſat quem a pena ca
55 pituli de multa.de prebend. ¶ † Circa iſtam partem quero vtrum
quis interrogatus ſuper criminibus debeat reſpondere an ſit cri-
minoſus. Dic,quicquid dicant quidam,quod ſi crimen eſt omni-
no occultum,reſpondere non tenetur:quia de illo non iudicat ec-
cleſia. Si eſt manifeſtum,vel probabile,debet reſpondere. de accu.
qualiter.j.ad ſi.⁊ qualiter.ij.ver.nos igitur. Et ſi negat ſe deliquiſ
ſe,eſt probandum delictum oppoſitum, niſi factum ſit notorium,
vt pluralitas:vt hic eſt.ſ.eod.ti.j.quia impoſſibile eſt quod quis
teneat plures eccleſias,⁊ non ſit notorium:quia hoc facere damna-
tum eſt in.d.c.de multa.ideo fuit neceſſe probare iſtum titulum.
¶ Item debet reſpondere de omnibus impedientibus inſtitutio
nem officij,ſecundum quoſdam:quia in hoc bonum ſuum procu-
rat.xxiiij.q.ij.prodeſt. ¶ De hac materia vide de confeſſis.c.ij.in
56 gloſſ.fin.⁊ Innocen.de accu.ſuper his:⁊ de teſtib.cauſam. ¶ † Ue-
nio ad gloſſ.ſuper verbo Reſponſionem.que tota per doc.veſtros
tenetur,in qua gloſſ:no.quod ſententia precepti,nō eſt ſnīa diffini
tiua,nec interlocutoria,ſed habet vim diffinitiue. Et ſimilis gl.ha
betur de verbo.ſignifica.ex parte. Idem dicit Comp.ij.q.j.in ſum
57 ma. ¶ † An ſi reſpondeatur libello confitendo,dicatur facta litis
conteſtatio. Gloſſ.arguit quod non.ff.de iud.rem:non nouam. vbi

probatur quod per contradictionem debent fieri. Gloſſ. concludit quod ſi datus eſt libellus, ⁊ ad libellum reſponſum eſt confitendo, lis eſt conteſtata, ⁊ ſequi debet diffinitiua. Si non eſt datus libellus, ⁊ reſponſum confitendo, tunc non eſt lis conteſtata, nec ſequi debet diffinitiua: ſed preceptum de diffiniendo, non eſt ſententia, ſed preceptum appellatur. ff. de iudi. ſi debitori. Probat hoc ex vi verbi: quia conteſtari, eſt ſimul atteſtari. quod faciunt ſiue reſpondeatur negando, ſiue affirmando. Ad hoc hic text. qui dicit quod per reſponſionem ad libellum fit litis conteſtatio: nec dicit affirmando vel negando. ⁊ hoc tenendum. Dic plenius vt dixi de lit. conteſta. capitu. j. vbi pono quid de hoc ponit Joan. Andr. in ad

58 di. Specu. ¶ † Gloſſ. ſuper verbo Irritari. inquantum dicit quod de iure agendi poteſt opponi per viam exceptionis, quod hoc non ſit verum regulariter, hoc intellige ſecundum no. in. c. fin. de ordi. cogni. quia illud eſt verum, vbi de iure agendi immediate non excipitur. Fallit in tribus caſibus, in quibus poteſt agi, ⁊ excipi, vt in interdicto vnde vi, ⁊ in querela. l. Papinianus. ff. de inoffic. teſta. Et ſic inquantum dicit gloſſ. quod in eadem inſtantia non poteſt quid deduci per viam actionis ⁊ exceptionis: hoc eſt falſum: quia vbi ex tali competat exceptio, ⁊ actio, tunc bene poteſt fieri: vt est gloſſ. in. c. fin. de ordi. cog. Et nota glo. hic, que vult quod ius agendi ⁊ ius excipiendi contra electum, habet eundem effectum: ⁊ iſta exceptio habet vim actionis, ⁊ infamat, ſicut actio, vt dicit Innocen. in. c. ſuper eo. Ergo nota iſtam gloſſ. in fin. pro dicto Innocen. in. c. ſuper eo. quod vbi ex eodem facto ſurgit poteſtas agedi, ⁊ excipiendi, paris eſt potentie agere ⁊ excipere, quaſi id excipere ſuc-

59 cedat loco actionis. ¶ † Gloſſ. ſuper verbo Veritate. an iuramentum de veritate preſtanda, ſeu dicenda, preſtetur in ſpiritualibus. Gloſſ. dicit quod ſic, per text. Allegat ad hoc. c. literas. de iura. calum. ⁊ idem facit hodie. capitu. j. eodem titu. libro ſexto. ¶ Eadem gloſſ. ibi: ſed nunquid huiuſmodi. an hoc iuramentum exigatur a prelato. Gloſſ. dicit quod dato quod litiget per ſubditum, quod non, ſed habebit preſtare ſyndicus, quaſi dominus litis effectus. Similiter dicimus in authenti. principales. C. de iura. calum. In hoc concludit gloſſ. quod exigitur iuramentum, vt in animam capituli iuret ſe dicere veritatem de his, que ſcit, ⁊ eſt a capitulo in-

60 formatus. de teſti. preſentium. libro ſexto. † Sed dubium cadit incidenter an eadem pena in omittente hoc iuramentum habeat locum, que habet locum in iuramento de calumnia. Dic quod ſic: quia actor cadit a cauſa, ⁊ reus habetur pro confeſſo. Allegat de iura.

61 calum. capitu. fin. ⁊. l. fin. ff. eodem titu. ¶ † Eadem glo. ibi: ſed nunquid crederetur. An confeſſio prelati noceat eccleſie. Dic quod de his, de quibus eccleſia eſt informata, confeſſio prelati nocet eccleſie quo ad ſemiplenam probationem iuuandam aduerſe partis: alias non, niſi habeat mandatum a capitulo, ⁊ capitulum confeſſionem ratificet: ita quod quando confeſſio prelati eſt circa titulum, quem ipſe habet in eccleſia, tunc preiudicat eccleſie. Si vero confeſſio eſt facta a prelato ſuper iure eccleſie, ⁊ confitetur de tali iure tanquam informatus, preiudicat eccleſie ſimiliter. Ubi autem ipſe ſolus confitetur ſuper re, quam ipſe fecit, tunc eccleſie non preiudicat, ſed aliqualem preſumptionem faceret, adeo quod ſi pars aduerſa ſemiplene probaſſet, per iſtam confeſſionem, ⁊ iſtam ſemiplenam probationem eccleſia condemnaretur, ſed prelatus non tenetur reſpondere, niſi de eo quod ipſe facit. Vide gloſſ. a capite vſque ad finem. De materia de reſcriptis. c. fin. per Cyn. in. l. prima. C. de confeſſis. l. iubemus. C. de ſacroſanctis eccleſijs. ¶ Venio ad verſic. ſed cum

62 in iure. † Nota optima ſigna, quando beneficium eſt curatum.

¶ Nota circa pluralitatem impediendam, ⁊ eius effectum, equiparantur curata, ⁊ perſonatus. ¶ Nota ſigna, per que concluditur cura animarum. Ex quo patet quod de iure archidiaconatus non habet curam, nec poteſtatem excommunicandi, niſi hoc det conſue-

63 tudo. Dic vt nota. gloſſ. de elect. cum in cunctis. ¶ † Nota quod ex integro eſt agendum: ⁊ ſic non proficiunt aliqua acta, quando ſen-

64 tentia eſt nulla. Vide quod not. de officio delega. in literis. ¶ † Nota quod diſpoſitio decreta. de multa. vt accepatione ſecundi vacet primum, habet locum in perſonatibus, vel in perſonatu cum cu-

65 ra. ¶ † Gloſſ. ſuper verbo Suſpendit. arguit per text. quod ſpectent de iure ad archidiaconum: quia ſi non ſpectent niſi de conſuetudine, non ſpectant de iure. Ad hoc. xvj. queſtio. vij. nullus omnino. Plus quod nec de conſuetudine videntur predicta ſpectare archidiacono. xxvj. diſtinctio. placuit. lxiij. diſtinctio. ſi in plebibus. de offi. archid. ad hoc. concludit predicta ſpectare ad archidiaconum de iure communi. Remittit Joan. Andr. ad not. in. d. c. cum ſatis. ⁊. c. fin. vbi explicatur per doc. quid ſpectat ad archidiaconum de iure communi, ⁊ quid de iure ſpeciali. ¶ † Gloſſ. idem de perſonatibus proſequitur generalia. ¶ Venio ad verſic. inſuper.

66 † Nota quod ſurreptio, quoquo modo fiat, ſiue in vero tacendo, ſiue

67 ue in falſo exprimendo, vitiat diſpenſationem ipſo iure. ¶ † Nota quod taciturnitas defectus iuris reſpectu tituli beneficiorum obtentorum vitiat diſpenſationem, quando nullitas ſurgit ex diſpen-

68 ſationis defectu. ¶ † Nota quod concurrente duplici vitio, diſpenſatio tollit vnicum tantum. de prebend. non poteſt. libro ſexto.

69 ¶ † Nota quod pluralitas eccleſiarum parochialium regulariter inhibita eſt. ¶ † Nota duos caſus, in quibus pluralitas a iure permitti videtur. Primus, quando vna dependet ab alia. Et quando dicatur pendere, vide exemplum. infra. de prebend. extirpande. §. qui vero. Item quando vnam habet intitulatam, ⁊ aliam com-

70 mendatam. ¶ † Nota quod diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum, refertur ad duo tantum, ⁊ non ad aliam maiorem plurali-

71 tatem. ¶ † Nota quod diſpenſatio ſuper pluralitate vt ordinata ad tollendum vitium pluralitatis, non imprimit titulum, nec tollit effectum tituli vel iuris beneficiorum obtentorum, ſuper quo-

72 rum pluralitate diſpenſatur. ¶ † Nota conſilium ad euitandam infamiam, ⁊ ne fiat ineligibilis quis, vt quando timet ſententiam contra ſe ferri, ipſe renuntiet iuri ⁊ liti. Quod bene nota, quia eſt bonum conſilium ad obuiandum contra decreta. ſupra eodem. ſi per eo. Ad hoc. ff. de procurato. ſi reus. ⁊ quod notat Barto. in. l.

73 iuſiurandum. §. fin. ff. de iureiuran. † Vel aliter nota cautelam vt in cauſa, ex cuius cauſa venit condemnatus ſugillandus, facta concluſio de in cauſa, ⁊ viſis allegationibus, ſi ſe in cauſa videat ſuccumbere, cautela eſt vt cedat liti, ⁊ non expectet ſententiam ſugillantem, ⁊ ſic euitabit infamiam. Similem text. habes de in integ. reſtitu. capitu. ij. ¶ Hic circa diſpoſitionem pluralitatis, dicunt

74 docto. quedam, que trado concluſiue. ¶ † Primum, quod ſi diſpenſetur cum plurali, vt poſſit cum perſonatibus duobus, quos habet, tenere tertium, ſi vnum ex primis tenet illicite, valet diſpenſatio quo ad id, quod tenet licite. de reſcriptis. ſi gratioſe. in fine.

75 ¶ † Secundum, ſi diſpenſetur cum aliquo vt duos perſonatus poſſit tenere, ſi canonice conferantur, non poteſt procedi contra eum quia teneat ſine diſpenſatione, ſed bene quia non canonice. Idem Compoſtella. Ego contra: quia ex quo eſt conditionata diſpenſatio, ſi canonice querantur, ceſſat diſpenſatio vbi canonice non tenentur, quia ceſſat conditio, ⁊ ſic diſpenſatio non operatur. ⁊

76 hoc credo verum. ¶ † Tertium, ſi concedatur per papam epiſcopo vt poſſit ſuper pluralitate diſpenſare, ita demum ſi ſit perſona ſublimis ⁊ literata: quia mandatum pape eſt referendum ad ius commune. Recitat quod quidam contra: quia beneficium pape eſt late interpretandum: ⁊ hec conceſſio poteſtatis eſt fauorabilis: licet id diſpenſare ſit odioſum. Joan. Andr. remittit ad Specu.

77 tu. ij. §. videndum. verſi. illud. ¶ † Quartum, quod diſpenſatio in per pluralitate ſine cauſa, non excuſat tenentem ab eccleſia triumphante, licet facta excuſet quo ad militantem, ita quod in foro conſcientie non, ſed in foro contentioſo ſic. lj. diſtinctio. qui in aliquo. Caueat ergo pluralis vt ſubſit cauſa iuſta in ſua diſpenſatione.

78 ¶ † Quintum, ſi diſpenſatur vt preter obtenta poſſit quis duo beneficia tenere, non videtur diſpenſatum cum obtentis. Nec obſtat ff. de annuis leg. l. Seio. §. vxori. quia ibi in vltima voluntate late interpretanda. Item ibi patebat de voluntate teſtatoris. Nec obſtat. l. ſed et hoc. §. preter. quia ibi includit eo, quia de iure tenebatur. Eodem modo reſpondet ad. l. quartam. ff. de ſeruis fugiti. dicit Joan. Andr. quod de ſui natura dictio Preter excludit: vt patet in. l. prima. ff. de pigno. actio. ibi: preter ſtellionatum. ſubdit text.

79 quem commiſit. quod ſuperflue fuit additu, ſi includeret. ¶ † Hic circa commendam tractabant antiqui, quod hodie eſt expeditum de elect. nemo. eodem titu. libro ſexto. que ibi dicuntur tolli concludit ſine, ſi per epiſcopum contemptis illis, ad quos ſpectabat collatio, commendetur beneficium, valet commenda, adeo quod electio facta non tenet per illos, ad quos ſpectabat: tamen ſi in eorum fraudem epiſcopus commendauerit: quia quod fecit non eſt inualidum, licet iniuſtum: vnde non valet collatio non caſſata commenda. Allegat de conceſſio. preben. cum noſtris. ⁊. c. quia diuerſitatem. Sic ergo nota quod geſtum ex officio epiſcopi iudicialiter parte non vocata, de cuius preiudicio agitur, valet, licet poſſit petere id caſ-

80 ſari. Idem not. de conſtitu. cum omnes. ¶ † Venio ad glo. que eſt ſuper verbo Utraque. que eſt tota notabilis, ⁊ eam tenent doc. quia bene loquitur. Sed an pluralitas ſit permiſſa in canonijs, vide Innocen. de preben. cum iam dudum. ⁊ per Joan. de Ligna. in

81 cle. gratie. de reſcriptis. † Et notat gloſſ. quod matrimonium ſpirituale late dicitur eſſe inter eccleſiam, ⁊ quemlibet beneficiatum. quod nota. de hoc in capitulo primo. de poſtulatio. prelato. Antonius de Butrio.

1 ☞ Electio, quam non preceſſit collatio, eſt irrita.
2 Capituli maior pars que dicatur.
3 Collatio vocum requiritur ad formam electionis.
4 Electio debet fieri vnica reſpectu omnium.
5 Superfluitas eſt a iure improbata.
6 Multiplicatio cauſati ſequitur ad cauſe multiplicationem.
7 Factum a ſingularibus non concluditur geſtum ab vniuerſis.
8 Arguere licet ex terminis dialecticis ad naturales.

Uniuerſalis

Vniuerſalis propoſitio non concluditur ex particularibus ſimul veris.
9 Eligendi iuris quaſi poſſeſſio ex quibus concludatur.32.
10 Poſſeſſio vniuerſalis ex quibus inferatur.
11 Ius vniuerſale quibus concludatur.12.
13 Canonicus qualiter probet ius eligendi.
14 Alternatiuus articulus quando admittatur.
15 Dignitas,vel perſonatus,ſunt diuerſa.
16 Admiſſus cum proteſtatione ad electionem,quando dicatur contemptus.33.
17 Abſentes ad electionem ſunt vocandi.
18 Conſuetudo localis qualiter probetur.
19 Electio quod fiat a capitulo,idem eſt ſi fiat a maiori parte.
20 Collatio vocum in electione an ſemper fienda.
21 Collatio vocum ad eſſe electionis qualis eſſe debeat.
22 Collatio vocum ad electionem an a ſingulis fieri debeat.
Taciturnitas quando habeatur pro conſenſu.
23 Collationem quis debeat probare.
24 Geſta in iudicio quis probare debeat.
26 Conſentire quando debeat omnes vt ſinguli.
27 Electio qualiter fieri debet in dignitatibus ſuperioribus.
28 Electionis forma an debeat ſeruari in inferioribus dignitatibus.
29 Votis in ſcrutinio non diuerſis,quid agendum.
30 Eligentes quibus verbis debeant vti in actu electionis.
31 Iudex in his,que habet examinare,poteſt ex officio ſupplere.

IN Geneſi. ¶ † Irrita eſt electio,quam collatio non preceſſit, vel que facta fuit non a maiori parte capituli,vel que non fuit communis.hoc dicit. ¶ Sunt due partes. In prima ponit tres cauſas caſſationis. In ſecũda caſſat,ibi:nos his. Prima vero cauſa vſq; ibi:nec plene. Secunda vſq; ibi:nec etiam. ¶ Caſus. Quadam eccleſia vacante in prouincia Gallicana, que hic nõ nominatur,canonici congregati,qui preſentes erant,vno abſente, in loco,de quo vocari debebat ſecundum conſuetudinem eccleſie, non vocato,altero,qui erat in quaſi poſſeſſione iuris eligendi,⁊ canonicatus,quanquam non conſtaret de proprietate iuris canonicalis,admiſſo,ſed cum proteſtatione quod vocem nõ haberet,niſi de iure habere deberet ius eligendi,eo illi proteſtationi nullo modo conſentiente,publicato ſcrutinio cum eſſent inter omnes,pone vndecim non computato abſente,nec computato illo,de quo erat dubium an debuerit intereſſe,⁊ eis computatis tredecim,ſex conſenſerunt in vnum in ſcrutinio,⁊ alij tres in alium,⁊ alij duo in tertium:facto ſcrutinio viderunt ſex quod erant maior pars,nõ computatis iſtis duobus,nulla habita collatione an illi duo debuerũt intereſſe,⁊ an debuerunt in numero computari,nec zeli ad zelum, nec numeri ad numerum,ad electionem proceſſerunt,quilibet iſtorum ſex ſingulariter electionem pronuntiando: tandem hec electio fuit preſentata pape,⁊ ab eo petita confirmatio. ¶ Papa ex quatuor cauſis perpendit electionem pati defectum,quorum tria reſpiciunt formam,quartum autem reſpicit iuſtitiam electionis, ⁊ ex tribus primis cõcludebat nulla,⁊ ex quarto caſſanda. ¶ Prima,quia fuerat facta electio non a maiori parte capituli,computatis illis duobus:quia cum illis computatis eſſent.tredecim,⁊ electus non habuerat niſi ſex voces:vnde dato quod comparatione minoris haberet maiorem,nõ reſpectu totius capituli:nec obuiabat quod illi.ſ.abſens,⁊ alter,qui erat in quaſi poſſeſſione,non debuerint intereſſe,per ea,que ſtatim dicẽtur in quarta cauſa. ¶ Secunda,qꝛ fuit facta non habita collatione ſpeciali de eo,ſuper quo dubitabatur,an illi duo voces habuerant,⁊ de quibus fuerat facta queſtio ſpecialis,⁊ quia non habita fuerit generalis meriti ad meritum,aut zeli ad zelum. ¶ Tertia cauſa,quia publicatis vocibus in ſcrutinio non fuit facta electio communis,vt debebat, ⁊ vniuerſalis,que cum facta ſit ſingularis,neceſſario concludit alterum duorum:⁊ vtrunq; vitioſum,vel quod electio ſic facta reſpicit idem,quod habetur pro collatione ſimplici vocum,que ſingulariter preſtantur:⁊ hoc vitium ſuperfluitatis:vel ſi aliud ſignificat electio,quam votorum collatio,iam tot concluduntur electiones, quot ſunt perſone ſingulares.quod non eſt dicendum. ¶ Quarta, ex vitio cõtemptus,⁊ duplici. Primo,quia canonicus ille abſens erat in loco, de quo ex conſuetudine Gallicana debebat vocari. Alius autem nõ fuit admiſſus,qui erat in quaſi poſſeſſione iuris eligendi,⁊ canonicus,ſine proteſtatione,que detrahebat iuri ſuo: cui canonicus non conſentit,⁊ hic,quia erat in quaſi poſſeſſione canonicatus,legendo,cantando,⁊ inſtallatus in capitulo,⁊ qui etiã ad electiones dignitatum interfuerit,⁊ ſic admiſſus nõ ſine detractione iuris ſui ex proteſtatione fuit cõtemptus. ¶ Nota primo ꝙ ad validitatem electionis de forma eſt,⁊ ex poteſtate vt concludat quod adſit maior,⁊ ſanior pars capituli copulatiue:alterum vero

ſolum non ſufficit,niſi in caſu capituli,ſcriptum.contra opi. Inn.
2 ¶ † Nota ſecundo qualiter intelligatur hoc,quod maior pars exigitur,quia maior intelligitur in comparatione ad totum capitulum,non in comparatione ad alias partes minores.ad hoc.s.eod.
3 eccleſia. ¶ † Nota tertio vnum ſpeciale,⁊ formale electionis: quia exigitur quod fiat collatio. Et pondera,quia ſi eſt aliquid ibi oppoſitum,illud debet diſcuti. Et hec collatio,que idem eſt quod conſideratio,aut examinatio,debet fieri de numero ad numerum,⁊ de
4 merito ad meritum,⁊ de zelo ad zelum. ¶ † Nota quarto illud formale,quia oportet quod vnica fiat electio vniuerſalis reſpectu omnium. Oportet ergo quod fiat a congregatis in vnum, ⁊ ab omnibus vniuerſaliter in vnum:hodie fit ab vno loco omnium. Ex quo nota quod actus immediate imprimens ius ſurgens a capitulo,debet dari ab eis vt vniuerſalibus, non ab eis vt ſingularibus:licet alia precedentia poſſint ab eis principaliter dari vt ſin
5 gularibus,in vnum tamen congregatis. ¶ † Nota ſexto quod ſu
6 peruacua repetitio,⁊ ſuperfluitas a iure reprobatur. ¶ † Nota ſeptimo quod ad multiplicationẽ cauſe ſequitur multiplicatio cauſati:⁊ ad multiplicationem perſonarum ſingulariter eligentium, neceſſario datur multiplicatio electionum. Ad hoc.l. ſcire debemus.ff.de verborum obligatio. ¶ Et nota quod ſicut actus, qui fit a ſingularibus,ab actu,qui fit ab vniuerſis,differt effectu,ita ꝙ
7 debet differre forma procedendi,alias prouidendi. ¶ † Nota octauo quod geſtum a ſingularibus,non concludit geſtum ab vniuerſalibus vt vniuerſis. Et ſic patet quod vniuerſitas eſſentialiter non eſt in ſingularibus,ſed eſt quid extractum in ſe, quod tamen repreſentatur in facto ſingularium prout in formam vniuerſitatis operantur. Vnde hec propoſitio non eſt bona, Singuli de vniuerſitate fecerunt:ergo vniuerſitas fecit. Sed bene concludit. Singuli vt vniuerſi fecerũt ergo vniuerſitas fecit. Factũ ergo a ſingulis vt ſingulis reputat factũ a diuerſa cã,põderato illo vt facien
8 do ab vniuerſis. Ad hoc.xij. q.ij.qui manumittuntur. ¶ † Nota quod licet arguere in legibus ⁊ canonibus ex terminis dialecticis ad terminos naturales,⁊ poſitiuos:⁊ quod vniuerſalis propoſitio non cõcluditur formaliter ex particularibus propoſitionibus ſimul veris,niſi detur aliquis terminus vniuerſalis. Vnde licet dicatur, Titius currit, Caius currit,⁊ ſic de ſingulis:per hoc nõ apparet quod ſit propoſitio vniuerſalis aliqua, niſi aliter ex ſigno exprimatur. Nam dic quod ex ſingularibus propoſitionibus non concluditur,aut infertur vniuerſalis,ſi non apparet,vel niſi expri
9 matur. ¶ † Nota nono quod ad concludendam quaſi poſſeſſionem iuris eligendi,ſufficit concludere quem eſſe in quaſi poſſeſſione canonicatus. Et ſic data quaſi poſſeſſione iuris totalis, ⁊ vniuerſalis,concluditur quaſi poſſeſſio iuris particularis ſub vniuerſali comprehenſi.de quo dixi in tractatu incorporalium:⁊ late tractat Innocen.in.c.cum dilectus.de cap.mo.de officio.archidia.dilecto.
10 ¶ † Nota quod ad concludendam quaſi poſſeſſionem vniuerſalẽ, ſufficit dare exercitium aliquorum iurium particularium,nõ proportionabilium alteri,quam illud ius habenti. Ex hoc igitur inſtruitur articulans in materia,vt ſemper concludat exercitia aliquorum particularium,non proportionabilium alteri,quam ius, cuius quaſi poſſeſſionem intendit,habenti. De hoc per Io. And. in.c.vt in noſtris.j.de offic.archid.⁊ vltra hoc habet duos optimos text.vnum.j.de prebend.dilecto.alterum.s.eodem. Cumana.
11 ¶ † Item nota ꝙ intendenti concludere ius vniuerſale reſpectu alicuius particularis iuris,ſufficit probare exercitiũ alicuiꝰ particularitatis,etiã diuerſe ſpeciei a parte iuris,quam intẽdit,dummodo cõcludant ſub eodẽ toto:qꝛ poſſeſſio quaſi habet cõtiguitatem,⁊ extenditur. Iſtud notabiliter probat text. hic:intendebat enĩ ꝓbare quaſi poſſeſſionem iuris canonicalis reſpectu poteſtatis eligendi ad prelaturam principalem:⁊ ſufficit qđ hic hꝫ exercitia canonicalia in choro legendo,in capitulo locum,⁊ in electione interfuerit aliarum dignitatũ.quod eſt bene notandũ. Iſta enim particularia alterius erant ſpeciei a iuris parte,quã intendebat, id eſt,ad electionem prelature. Sit tamen cautus tunc articulans, quod ponat articulum vniuerſaliter. Item qđ talis,tanquã canonicus,fuit in quaſi poſſeſſione iuris canonicalis,⁊ cuiuſlibet particularitatis illius. ¶ Secundo faciat articulum ſpecialem ad inſtruendum teſtes circa cauſam,⁊ ſemper repetat ius illud vniuerſale. Item quod talis,vt,et tanq; canonicus,⁊ iura habens canonicalia vniuerſaliter,interfuit tali,vt tali actui,intẽtiõe poſſidendi ius illud vt vniuerſale:⁊ ꝓbabit reſpectu cuiuſq; particularis, licet in ſpecie teſtes non deponant aliquid ſup exercitio illius par
12 tis,quam ſpecifice inducit.quod etiam eſt valde notandũ. ¶ † Itẽ nota quod vbi ius vniuerſale vniuerſaliter habet aliqua materialia ſigna,⁊ corporalia,vt ſigna iuris,vel alicuius partis iuris, per traditionem illorum,⁊ apprehenſionem concluditur quaſi poſſeſſio reſpectu totius iuris vniuerſalis,⁊ cuiuſlibet partis eius:vt ſi ſtallus in choro tradat vel in capitulo locus,⁊ hec ſunt ſigna materialia partis iuris. Quã materiã latiſſime examinaui in illo tra

a ſingulis vt vniuerſis.⁊ in formam vniuerſorum: ſicut et actus,
qui geruntur a pluribus,reputantur diuerſi ab actibus,qui a ſin-
gulari geruntur.ff.de fur.vulgaris.§.pe.ſi quis teſta.liber eſſe iuſ-
ſus fuerit.l.i.§.fina.ff.arbo.fur.ceſa.l.ſimplex.ff.ad legem Aquil.l.
ita vulneratus.§.fina.Ex his ergo concluditur quod in his, que
geruntur ex poteſtate vniuerſitatis,non ſingularium, ſicut pote-
ſtas eſt diuerſa,ita ⁊ forma debet eſſe diuerſa, ne actus videatur
ſingularium,⁊ ab illo differens ſit.Et hec eſt veritas.Ad hoc, qđ
ſcribit Innocen.de poſtula.bone.de conſtitut.cum omnes.de re-
ſcriptis.cam te.de conſuetu.cum conſuetudinis.in ſi cum ſimi.
26 ¶ † Secundo oppono quod debuerit valere electio a pluribus,
ſicut valet conceſſio ſeruitutis ſingulariter a pluribus, donec ad
vltimum ſit deuentum.ff.de ſeruitu.ruſtico.predio.l.per fundum.
ff.commu.predio.l.eſt receptum.Glo.non ſoluit.Jo.And.remit-
tit.j.eodem.ſicut cum.lib.vi.lxiii.diſtinctio.c.i.ii.q.vi. nominatio-
nes.Dic quod contrarium loquitur in actu communi pluribus
vt ſingulis, ⁊ non oportet quod vniuerſi conſentiant.¶ Tertio
opp.quod ſufficiant ſingulares conſenſus.de poſtulatio.prelato.
bone.ii.Sol.dic quod ibi proficit quo ad gratiam concedendam,
id eſt,quo ad facultatem diſpenſandi, non de iure, vt ibi dictum
fuit.¶ Quero ad declarationem huius partis ſecundo, quomo-
do per idem videretur repeti,ſi fieret ſingularis electio.Gloſ.de-
clarat in verbo Idem repeti: quia in ſcrutinio voces preſtantur
ſigillatim: ſi diceretur quod quilibet poſſit eligere per ſe,⁊ hoc nõ
haberet vim electionis, iam idem per idem repeteretur.ſ.idem
27 ſcrutinium,quod ante preceſſit. ¶ † Quero ergo qualiter debet
fieri electio.Dicit glo.quod debet fieri ſimul,ad inuicem,⁊ vniuer-
ſaliter.Et dicit glo.quod per vnum,vel plures.Allegat.j.eodem.
quia propter.⁊ allegat multa ſimilia de actibus ſimul,⁊ per vnum
exercendis.que iura non proſequor,quia clara.lege glo.Hodie au-
tem electio per vnum tantum eſt pronuntianda.eo.tit.ſicut cum.
ſinguli tamen habent conſentire in communi,qui facere debent ele-
ctionem.Si ſunt omnes pares dicit Innocen.quod ille,qui habet
ex officio,vel conſuetudine illam faciendi,illam faciet:⁊ ſi conſue-
tudo non determinat ille,qui habet primam vocem, facere illam
debet.de quo.ſ.eodem.quia propter.facit.ſ.eod. auditis.⁊ quod
no.in.c.j.de maio.⁊ obedien.Ad hoc etiam quod no.j.eod.eccleſia.
28 ⁊.ſ.eo.cum nobis olim.¶ † Quero tertio quid in electionibus in-
feriorum dignitatum, vel beneficiorum, in quibus non habet lo-
cum forma.c.quia propter. Dicit hic Innocen.ꝙ nõ vitiatur ele-
ctio,licet nõ ſit communis,⁊ fiet ab omnibus ſingulariter. Et idẽ
in preſentationibus rectorum,dum tamen ſi actus ille ſpectat ad
capitulum,fiat per capitulum a congregatis vt capitulũ,⁊ ſimul
in vnum:alias ſi ſingulariter,⁊ extra capitulum conſentirent ius
nullum ſequeretur.Ad hoc quod no.de conſtitu.cum M.Alij di-
cunt quod exigitur etiam in talibus communis electio, licet non
exigatur forma ſcrutinij.Primum credo:de quo ſ.eod.quia pro-
29 pter.¶ † Quero quarto quid ſi in ſcrutinio non inueniantur vo-
ta diuerſa,nũquid vna pars debet inquirere,aliam, vt conſentiãt
pronuntiationi ſue,vel alijs,que facere intendit.Dicit Compoſt.⁊
Innoc.quod non:quia non poſſunt a ſuis vocibus recedere, niſi
communiter, vel maior pars recederẽt.ſ.de poſt bone.ij.ſm Inn.
30 ad hoc j.eod.publicato.⁊ c.quia propter.† Quibus autem verbis
habeant vti eligentes,an pluralis, an ſingularis numeri. Dic vt
hodie.eod.titu.ſicut cũ lib.vi.⁊ de re iudi.in c.j.eo.lib.⁊ vide quod
not.in ſpecu.eod.titu.§.i.verſi.⁊ nota vbi aliqua ponit Joan.An.
31 que dicit hic Vincen.¶ † Veniamus ad quaſtam cauſam,ſcilicet
de contemptu.Oppo.quod papa de his nihil dicere debuiſſet, ex
quo nihil a partibus dictum fuerat: quia non debet ſupplere ex
officio.de poſtu.prela.bone.i.Solu.Poteſt iudex in talibus ſup-
plere ex officio:qꝛ habet examinare,ſ.e.nihil.⁊c.c.ñ nobis. ⁊ plene
in d.c.bone.¶ Hec oppoſitio non fuit neceſſaria:nã in iudicio co-
ram papa bene fuit de his altercatum, licet in actu tempore ele-
ctionis de ipſis non fuerit diſcuſſum, tempore ſcilicet quo fiebat
32 electio.¶ † Secundo oppo.ꝙ proteſtatio habuerit repellere iſtũ
canonicum,quia erat in quaſi poſſeſſione,ex quo non conſtabat de
proprietate iuris quia etiam non probabatur poſſeſſio. Nam ad
hoc vt concludatur quaſi poſſeſſio iuris eligendi, exigitur quod
in iudicio deducatur exercitium,⁊ probetur aliquod de ſubſtantia-
libus ipſius electionis,vt quod fuerit ſcrutatus, vel quod elege-
rit.ſ.eodem.Cumana.Hic autem nedum quod probaretur quod
dederit vocem, ſed non probatur quod in electione prelati inter-
fuit imo dato quod probaret quod ad electiones aliarum dignita-
tum fuerit vocatus,non probatur quod interfuerit. Solu. quan-
doque ius eligendi deducitur in iudicio, vel quaſi poſſeſſio parti-
culariter,nõ vt incluſa ſub iure vniuerſaliter:⁊ tunc oportet quod
probetur ſecundum formam c.Cumana.ſ.eo.probando exercitiũ
alterius partis ſubſtantialis ad ius,de quo agitur.Quãdoqꝫ ius
deducitur eligendi nõ particulariter,ſed agitur probari velut in-
cluſum ſub iure vniuerſali,vt quia agens dicit ſe non in poſſeſſio-
nem iuris eligendi tantum,ſed in plena poſſeſſione iuris canoni-
calis,ex qua concludere intendit ius particulare eligẽdi velut in-
cluſum ſub illa vniuerſali:⁊ tunc dicendum eſt quod probat, pro-
bando aliquẽ de particularibus canonicatus, vel probãdo exerci-
tium alicuius partis,vel apprehenſionem alicuius ſigni materia-
lis,vt ſigni illius iuris vniuerſalis,vel de parte eiuſdem: quia in
talibus,ex quo datur contiguitas reſpectu totalis iuris,extendi-
tur poſſeſſio vel quaſi:ſicut in re materiali.⁊ corporali, apprehen-
ſa gleba terre,totum extenditur.l.iij.§.fina.ff.de acqui.poſſ.¶ Et
venit mirabile,quod concluditur etiam poſſeſſio particulariter.
etiam reſpectu ſpeciei,in qua nullum probatur exercitium, vt di-
xi,notando que vtilia ſunt,⁊ pulchra.¶ Secundo circa iſtum ca-
nonicum admiſſum cũ proteſtatione,adhuc videtur quod ex quo
admiſſus eſt cum proteſtatione,quod eius vox non debeat compu-
33 tari,licet ſit in quaſi poſſeſſione.ſ.eod. Cumana.¶ † Gloſſ.ſuper
verbo Vel quaſi.valde truncate,id eſt,obſcure vult reſpondere du-
pliciter, Primo,⁊ ſic in prima ſolutione poteſt intelligi ſic, quod
hic non caſſatur electio ex cõtemptu,ſed ex defectu collationis,an
haberet vocem.Vel declara ſecundo eam aliter.Quãdoqꝫ tempo-
re,quo petit ſe admitti in quaſi poſſeſſiõe,eſt reuocatum in dubiũ,
⁊ diſcuſſum an debeat intereſſe:⁊ tunc propter probabile dubium
proteſtatio iuuat:quia eſt tũc veſtita iuſta cauſa,vt ibi.Quãdoqꝫ
tẽpore,quo ad electionẽ voluit intereſſe,nõ fuit reuocatum in du-
bium an debuerit intereſſe vel nõ,ſed ſtatim admiſſus cũ proteſta-
tione:⁊ hec ꝓteſtatio nõ iuuat:quia nõ eſt iuſta cauſa veſtita, ſcili-
cet ex ꝓbabilitate dubij an debuerit admitti.Hec ſatis bona.Vel
ſecũdo ibi loquit̃,qñ fuit reuocatũ,in dubiũ vel dubiũ erat ꝓbabi-
le,qꝛ illi reſiſtebat ius cõmune,cũ eſſet de extra collegiũ:ideo ꝓte-
ſtatio fuit iuſta cauſa veſtita:hec ꝓteſtatio fiebat canonico,ꝑ quo
faciebat ius:ideo proteſtatio nõ erat iuſta cauſa veſtita.¶ Vel ali-
ter declarando iſtam vltimam,ibi proteſtatio erat iuſta ꝙ repelle-
retur poſſidens,cui reſiſtebat ius:qꝛ ex poſſeſſione ibi vt iniuſtus
poſſeſſor nõ poterat valide eligere.Hic loquitur qñ fuit admiſſus
ad electionẽ cũ proteſtatione is,pro quo,faciebat ius:⁊ ſic poſſeſ-
ſio erat iuſta,⁊ apta ad partũ fructus valide electionis,prima aũt
ſterilis erat.Vbi ergo dicit glo.quis eſt in quaſi poſſeſſione bona
fide,vel non mala,quia ius non reſiſtit,debet vocari ad electionẽ,
⁊ electioni intereſſe,⁊ valide poteſt eligere,etiam dato quod in ve-
ritate ius nõ habeat quo ad proprietatẽ,nondũ tamen poſſideat
quiete,vel credatur habere ius.ſ.eo.querelã.de cauſa poſ.cũ olim.
de iure pa conſultationibus.¶ Aduerte ad glo.ne faciat te erra-
re.Nõ credas ꝙ hic ſolum ſufficit ꝙ credatur habere ius abſque
poſſeſſione,qꝛ hic nõ ſufficit,vt eſt caſus in c.cõſultationibus.Sed
ſufficit ꝙ ſit in non poſſeſſione aut quiete, vel ꝙ ſit in poſſeſſione,
⁊ cum hoc habeat opinionem bonã ꝙ habeat ius,⁊ credatur hoc
ab alijs.Innoc.dicit quod refert an ſtet proteſtatio hac forma. vt
eius vox valeat quantũ de iure debet valere:⁊ tunc valet vox, dũ-
modo ſit in poſſeſſione,⁊ proteſtatio tunc eam nõ excludit:ideo nõ
dicitur contemptus:⁊ eius vox computatur. Aut ſtant ſic verba
vt valeat vox ſi de iure debet intereſſe,id eſt,ex iuris proprietate:⁊
tunc ꝓficeret proteſtatio:qꝛ tolleret ius.ſ.eo. Cumana.⁊ vox non
cõputaretur:hic autẽ vox cõputatur:quia ꝓteſtatio fuit facta pri-
mo modo,⁊ ſic voces nõ debebãt ſic excludi,id eſt,velut excluſe cõ-
putari:quia proteſtatio non excludebat,vt eſt dictũ. Sic intellige
Inno.Hoſt.ſoluit aliter quod hic nõ conſenſerunt proteſtationi,
in contrario ſic,ideo ſibi preiudicant.⁊ hec vera.Si queritur ergo
an vox exiſtentis in quaſi poſſeſſione computetur in numero:dic
aut admittitur ſimplex abſqꝫ proteſtatione,⁊ computatur ſi eſt in
poſſeſſione bona fide:ſecus ſi mala,vt eſt dictũ.Ad hoc quod not.
ſ.eo. Cumana. Aut admittitur cum proteſtatione,etiam ſi eſt in
mala fide,vel poſſeſſor habet contra ſe ius cõmune,⁊ ſic preſumi-
tur iniuſta,⁊ ꝓteſtatio nõ iuuat,niſi poſſeſſio aliter coloretur.ſ.e.
cõſtitutus.vbi per gl.Et ſic poteſt intelligi ſ.e.Cumana,⁊ gl.hic.
¶ Si autẽ eſt in poſſeſſiõe bona fide, ⁊ ſic colorata eſt ꝓteſtatio:⁊
tunc aut ſit proteſtatio nullo facto dubio an debeat intereſſe,vel ſi
eſt factum,eſt improbabile, ⁊ proteſtatio eſt contraria facto, nec
habet iuſtam cauſam:⁊ non valet, vt hic:⁊ vox computanda eſt,
non excludenda: alias dicitur contemptus. Quandoque eſt in
poſſeſſione bona fide, ⁊ reuocatur in dubium an debeat intereſſe:
et tunc diſtingue modum proteſtandi: quia aut proteſtatio ſit
vt vox valeat quantum de iure poteſt, ⁊ ſic refertur ad ſolam
vocem, ⁊ computatur in numero, nec debet excludi. Aut prote-
ſtatio ſit vt vox valeat eorum, qui debent de iure intereſſe. Et
tunc hec verba debent intelligi de iure,id eſt ex iure proprietario,
⁊ ſic excluditur: quo caſu aut conſentit proteſtationi, ⁊ non com-
putatur:aut non,⁊ computatur,vt hic. ¶ Tertio circa iſtam par-
tem opp.quod non debuerit ex hac cauſa caſſari electio:quia non
caſſatur,niſi contemptis proſequentibus contemptum ſ.eo.quod
ſicut.⁊ quod ibi not. Potes intelligere quod proſequebantur con-
temptum.Vel ſecundo dic ꝙ non caſſatur ex cõtemptu,ſed qꝛ de

iſtis non fuit facta plena collatio an debuerit admitti. Vel tertio dic quod non caſſatur electio ex contemptu, ſed ex eo quia iſtis nõ computatis in numero capituli habuiſſet electus maiorem partẽ reſpectu capituli, eis modo cõputatis non habebit maiorem partem, ſed habebit tantummodo maiorem in comparatione minorum: modo papa dicit ꝙ iſti debebant computari. Per quod dicit Inno. ꝙ vox contempti computatur in numero. Hoc diſplicet Hoſt. quia contempti non augent numerum, cum debent vocem dare in ſcrutinio. ſ. eo. quia propter. Ipſe non intellexit. Inno. dicit, imo quia computatur in numero capituli: quia ad conſiderandam maiorem partem, iſti ſunt computandi: non in numero vocũ ex quo non elegerunt: ſed fuerunt computati, etiam dato quod ex poſtfacto conſentiant. Et hoc eſt, quod voluit Innocen. ſecundum Ioan.

1 ☞ Electio epiſcopi per laicos ⁊ canonicos facta non valet.
2 Eligendi ius eſt mere ſpirituale, ⁊ non cadit in laicum.
Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.
3 Electioni poteſt laicus intereſſe ex priuilegio pape.
4 Electio non infirmatur, quia laicus interuenit.

1 **MAſſana.** ¶ † Non valet electio epiſcopi per laicos ⁊ canonicos facta, etiam ſi hoc habeat conſuetudo. ¶ Tria facit: prohibet decretum apponi, cõtrariam conſuetudinem damnat. ¶ † Nota ꝙ
2 ius eligendi eſt mere ſpirituale, ⁊ non cadit in laicum, ⁊ clericum miſtim. Et ſic patet quod miſtio inutilis vitiat vtile: ⁊ quod vtile per inutile in indiuiduis vitiatur: ⁊ ꝙ inſpiciatur plus quod nocet,
3 quam quod prodeſt. † Secũdo nota caſum, vbi conſuetudo nil poteſt. Videtur qđ laicus intereſſe poſſit electioni: vt in c. in ſynodo. lxiij. diſt. ipſi non omnes. Sol. Ex priuilegio pape poteſt intereſſe ad defendendum eligentes contra ſchiſmaticos, non vt eligant, ſm Compo. xxiij. di. in nomine domini. Per quod dicit Compo. ꝙ ſi timetur impreſſio, poſſunt interuenire laici ad defendendum.
4 ¶ † Item dicit ꝙ tabellio laicus poteſt intereſſe. de quo ſ. eodem. quia propter. in glo. magna. in fi. Dic, regulariter non vitiat, vbi vitium eſt ſeparabile: ſecus ſi inſeparabile, ⁊ indiuiduum, vt hic de quo in regula iuris, vtile. lib. vj. ſecundum Io.

1 ☞ Electio que confirmationem mereatur.
2 Capituli maior pars quid poſſit inuita minore.
3 Eligi poteſt cardinalis preſbyter tantum. 15.
4 Electionem alteram poteſt contemptus ratificare.
5 Cardinalis poteſt eſſe canonicus inferioris eccleſie cathedralis.
6 Eligentes poſſunt procuratores conſtituere ſuper actibus electionis.
7 Electio valida quibus concludatur.
8 Eligentium ſanioritas in quibus attendatur.
9 Vox contempti non auget numerum quo ad voces.
10 Electionis de forma non eſt ꝙ quis vocetur.
11 Papa in dubio non preſumitur iura corrigere.
12 Papa non preſumitur caſſare laborioſe inductum.
13 Electionis validitas exigit maiorẽ ⁊ ſaniorem partem copulatiue.
14 Sententia que cauſam expreſſam continere debeat.
15 Cardinalis non poteſt curiam exire, abſq; licentia pape.
16 Cardinalis diaconus, debet poſtulari, non autem eligi.
17 Contemptus non dicitur, qui vocatus fuit.
Contumax in vno actu, non debet contumax in alio iudicari.
Citatus ſemel, licet abſens, quando non debeat iterato citari.
18 Electio coelecti non confirmatur ratione defectus etatis.
19 Electio non poteſt infringi ratione ratificantionis.
Sapientis eſt, mutare conſilium.
Renuntiantibus actionibus ſuis, non eſt dabilis regreſſus.
20 Electio non poteſt caſſari ratione contemptus per abſentem.
21 Electio non poteſt caſſari ratione contemptus per eum qui erat preſens, ⁊c.
22 Compromiſſum ad eligendum non poteſt reuocari.
23 Electionis contemptum proſequi quis poſſit.
24 Electionis validitas ex quibus attendatur. 25.
26 Eligendi poteſtate non priuantur, qui eligunt dignum.
27 Electionis forma an requirat maiorem ⁊ ſaniorem partem.
28 Cauſe ⁊ allegationes reiectiue contra electionem cardinalis.
29 Electionis forma an exigat preſentes ad ſcrutinium vocari.

1 **ECcleſia.** ¶ † Non ſufficit ad confirmationem electionis ꝙ ſit facta a maiori parte capituli, niſi ⁊ illa ſit ſanior. h. d. In prima narratur factũ. In ſecũda ponunt allegationes vtriuſq; partis, In tertia cauſe diffinitio. ¶ Caſus. Vacãte eccleſia Cathalen. canonici cõgregati in vnũ, abſente vno ex canonicis, qui tũc noluit intereſſe, ſtatuerũt terminũ electionis ipſi canonici, ⁊ terminũ non intimarunt abſenti, nec eum vocauerunt, ⁊ finaliter proceſſerũt ad tractatum electionis: ⁊ premiſſo ſcrutinio duo fuerunt in diſcordia electi, ⁊ quatuordecim conſenſerũt in quendã cardinalẽ, ſeptẽdecim conſenſerũt, ⁊ elegerũt quendam. R. Remẽſ. canonicum, ⁊ poſtea vocatus abſens ratificauit electionem illius Remenſ. ⁊ ſic eo cõputato erant octodecim. Tandẽ per procuratores vtriuſq; partis electionibus preſentatis a ſede apoſtolica, illarũ fuit petita cõfirmatio, ⁊ iudicio agitato finaliter, ac probationib⁹ factis, deuentũ eſt ad allegationes partium. Et primo pro parte R. Remẽſi. canonici allegabant duo. Vnũ, corroborationẽ electionis ſue facte. alterũ ad infirmationẽ alterius. Primũ, ꝙ electio de R. erat facta a maiori parte capituli, maxime cõputato illo Vincentio, q conſenſerat: ⁊ per hoc preſumi debebat ꝙ a ſaniori. Scđm, qđ allegabant ad infringendũ, erat ꝙ dictus Vincentius fuerat cõtemptus a capitulo, ⁊ ſic reſpectu vtriuſq; electionis poterat proſequi contemptũ, ⁊ ipſe ratificauerat electionẽ de R. Vnde quo ad hoc ex contemptu illa non poterat infirmari. Electionem aũt cardinalis nullatenus ratificauerat: ⁊ ſic non poteſt dici ꝙ eã voluerit ratificare. Igitur ex contemptu veniebat annullanda: ⁊ erat nulla ex defectu forme electionis: q2 inter cetera de forma eſt qđ fiat vocatis, qui debent intereſſe, ⁊ ſua confirmando: ⁊ ſic quieuit aduocatus ipſi⁹ R. Surrexit aduocatus cardinalis, ⁊ quatuor, vel quinque cauſis, ⁊ rationibus concluſit allegationẽ ſuã, ex duabus concludens validitatẽ electionis cardinalis, ſimul ⁊ inualiditatem alterius: ex tertia concludit ad inualiditatẽ concurrentis, ⁊ ex quarta, ⁊ quinta reijcit obiecta contra ſuam electionem. Pro fundamento ſuo, ⁊ infringenda aliena, allegat duo. Primo, qualitatem electorum, que in cardinali preponderat alteri ex tribus. Primo, ex qualitate etatis: q2 cardinalis maturior etate, ⁊ alter inſufficiẽs etate. Secundo, ex qualitate ſcientie: q2 excellẽtioris ſcientie cardinalis, ꝙ̃ canonicus. Tertio ex qualitate dignitatis: q2 canonicus ex altera parte elect⁹, ⁊ ex ſua cardinalis. ¶ Secũdo allegat qualitatẽ eligentiũ: q2 maioris authoritatis pro parte cardinalis, ex quibus concludit maioritatẽ zeli, ⁊ cõſequenter in hac parte ſanioritatẽ capituli. ¶ Tertio principaliter ad oſtendendã inualiditatẽ electionis concurrentis allegabat conſenſum Vincentij etiã cõtempti a capitulo, nihil operari ad augmentandum vocem R. electi, cum vox ratificantis non poſſit in numero computari, tanquã non preſtita in ſcrutinio, ⁊ determinato tempore, vt exigitur pro forma. ¶ Quarto, de duobus reſſcit obiectiões. Primo, eo ꝙ cardinali refringebatur electio propter contemptum. Secundo, propter forme defectum: quia quo ad primum non erat, nec fuerat dictus Vincentius contemptus, imo ipſe potius capitulum contempſerat, quia noluerat ad electionem intereſſe. ¶ Secundo, nõ obſtabat defectus forme: quia dato etiam quod fuiſſet cõtemptus, hic contemptus nihil poterat operari ad nullitatem ex forma: quia quod vocentur, qui debent, ⁊ poſſunt intereſſe, non eſt de forma, ſed de iuſtitia, dummodo maior pars ſit preſens, ⁊ vocata. Et ſi dicatur hoc vt vocentur qui debent, ⁊ poſſunt, numeratur inter cetera formalia electionis, ⁊ ſic eſt de forma, vt patet in concilio. Reſpondit, quod non omnia, que ſunt numerata, ſunt de forma, ⁊ inter cetera hoc eſt alias multa iura corrigentur: ⁊ non eſt veriſimile concilium in illo verbo voluiſſe multa iura peruertere, ⁊ corrigere, in eo quod dixit vocandos, qui debent, ⁊c. quia non eſt veriſimile vnico verbo principem multis vigilijs excogitata iura voluiſſe, ⁊ antiqua ſtatuta peruertere. ¶ Papa auditis allegationibus, ad caſſandam electionem proceſſit dicti R. de conſilio fratrum, motus principali ratione, quod inter cetera, que exiguntur, ⁊ de forma, ⁊ ſubſtantia ſunt electionis, oportet ꝙ ſit facta a maiori, ⁊ ſaniori parte capituli: ⁊ quanquam dictus R. maiorem habuerit partem capituli, non tamen habuit ſaniorem: ⁊ in retractanda ſententia cauſam expreſſit, quod hoc faciebat ex defectu forme, non perſone, ne perſona notaret. hoc dicit. ¶ Nota
primo electionem debere fieri a congregatis in vnum. Ad hoc
2 ſ. eod. in Geneſi. ¶ † Nota ſecundo quod duplo maior pars, inuita minore, videtur ante terminum poſſe determinare de die eligendi, ⁊ determinatione facta conuincitur negligentia minoris. ¶ Nota tertio pro ⁊ contra, quod termino ſtatuto ad electionem faciendam, contumax in termino ſtatuto, iterato nõ eſt vocãdus.
3 ¶ † Nota quarto quod cardinalis poteſt eligi: ⁊ ſic alligatus titulo cardinalatus eligitur: ⁊ nõ poſtulatur: ⁊ hoc verum, quando eſt preſbyter cardinalis: ſecus ſi eſt cardinalis epiſcop⁹. Ad hoc hic, ⁊ ſ. de poſtu. bone. Et nota quod alligatus inferiori dignitati etiã eligitur. De hoc de poſtu. prela. c. ſi. ⁊ ſic canonicus eligitur. ⁊ non
4 poſtulatur. ¶ † Nota ſexto ꝙ contẽptus ratificare põt alteram ex electionibus, ⁊ alteram ex cõtemptu impugnare: ⁊ hoc non habes
5 alibi. ¶ † Nota ſeptimo ꝙ cardinalis poteſt eſſe canonicus infe-
6 rioris eccleſie cathedralis. ¶ † Nota octauo qđ poſſunt eligentes procuratores cõſtituere ſuper actibus electionis a ſe facte. De quo dic

7 dic vt ſ.eod.dudum.de preben.dilectus.ij. ¶ † Nota vltimo quo
ad iſtam partem.quod alio non apparente ſufficit ad validitatem
electionis concludere maiorem partem:quia eo ꝙ apparet maior,
concluditur ſanior preſumptiue. ¶ Venio ad ver.pars vero alte-
8 ra.† Nota primo quod principaliter ex perſona electi colligitur ſa
nioritas eligẽtium,que preponderari poteſt principaliter ex qua-
tuor,ſcilicet ex preponderatione in etate, ex preponderatione in
ſcientia,⁊ dignitate. Item ⁊ ex qualitate,⁊ authoritate perſona-
9 rum eligentium. ¶ † Nota ſecundo ꝙ vox contempti licet compu
tetur in numero capituli, vt ſ.eod.in Geneſi.non tamen auget nu
merum quo ad voces.Et eſt cauſa,quia conſenſus non intercedit
tẽpore debito,qui exigatur in ſcrutinio pro forma.ſ.eo.quia pro-
10 pter.† Ex verſi.denique.nota quod quis vocetur ad electionẽ,qui
poteſt,⁊ debet intereſſe electioni,non eſt de forma electionis,ſed de
iuſtitia.Et ſic non omnia,que enumerantur.ſ.eod.quia propter.
ſunt de forma,ſed aliqua de forma,⁊ aliqua de iuſtitia:de quibus
ibi tractabitur.Attende tamen,quia hoc eſt verum,quando con-
temnitur minor pars,vel ſi maior pars contemneretur, hoc eſt cõ
11 tra formam,vt patet ſ.eo.auditis.de hoc.ſ.eod.bone.ij. ¶ † Nota
ſecundo ꝙ in dubio,niſi aliud expreſſe appareat,non debemus in-
terpretari quod papa velit corrigere iura, niſi exprimat. Ad hoc
de electio.cum expediat.lib.vj.Non ergo c.vt debitus.corrigit ma
teriam reſcriptorum: quia vnico verbo papa ibi euertiſſet quaſi
totum titu.de reſcriptis.ex quo non exprimit, non eſt preſumen-
dum hoc ipſum velle.Et pro hoc facit multum hec decre. In du-
bio ergo,ſi dictum alicuius poteſt trahi ad alium ſenſum,non tra
hitur vt velit corrigere.Ad hoc ff.de conditio.⁊ demonſtra.l.nam
12 ad ea. ¶ † Nota tertio quod laborioſe inductum,⁊ acquiſitum,nõ
preſumitur de facili velle caſſari. Ad hoc de renun.ſuper hoc.
13 ¶ † Nota quarto quod ad validitatẽ electionis copulatiue exigi-
tur maior,⁊ ſanior pars capituli.Non ſufficit ergo maior abſque
ſaniori.Et ſic ſanioritas repugnans numero, proficit quo ad in-
fringendam operationem numeri in validitate electionis. ¶ No-
ta quod maior ⁊ ſanior pars in actu electionis eſt de forma quod
14 concurrant. ¶ † Nota vltimo quod vbi ex verbis ſententie late
generaliter prolatis poteſt alteri contra mentem pronuntiantis
preiudicium inferri,cauſa eſt in ſententia exprimenda, ⁊ ſic debet
cauſa exprimi.Hoc dicit hec decre.vide de poſtula.prelato.c.i.de
electio.quod ſicut.dicam j.eo.in preſentia.de renuntiatione. Dic,
habemus factum,Secundo allegationem pro R. Tertio allega-
15 tionem cõtra.Quarto diffinitionẽ. ¶ † Videamus iſtas partes.
Oppo.ad primam partem:videtur quod cardinalis nõ poſſit eli-
gi,ſed debet poſtulari.ſ.de poſtu.bone.ad hoc, quia qui eligitur,
debet ad maius eligi,non ad minus.xciiij.diſtin.legimus.Secun-
do quod magis ſubeſt pape, ⁊ ſic magis habet ligatas alas, quã
epiſcopus:ergo vt epiſcopus debet poſtulari. Hinc eſt quod ſine
pape licentia non poteſt curiam exire.Pro hoc.j.q.i.illum.Dic
ꝙ cardinalis poſtulatur.Ad hanc decret. reſpondetur quod hoc
tempore quo eligebatur,erat canonicus,nũc erat cardinalis tem-
pore quo ſuper electione diſputabatur. Hoc non placet: quia ex
hoc male fuiſſet ponderata dignitas ad concludendam ſanioritaa-
tem,cum debeat attendi ſecundum tempus electionis.Niſi ſalues
ꝙ fuit ponderata hoc tempore habito reſpectu ad id, quod eſt ſe-
cutum,ꝙ tunc erat maioris dignitatis.Quod declaratur:quia fa
ctus eſt cardinalis nunc.Vel ſecũdo dic ſpeciale fuit quod potuit
eligi ratione confraternitatis,quam habebat in eccleſia,quia erat
canonicus:tamen ⁊ illo caſu ſatis habet electio vim poſtulationis:
cum papa non cogatur illum concedere,nec ad ſuperiorem poſſit
haberi recurſus.ſ.eo.licet.§.fi.Vel dic quod fuit electus in poſtu-
landum.Jo.An.dicit quod aut eſt epiſcopus cardinalis:⁊ debet
poſtulari.Aut eſt cardinalis,non epiſcopus:⁊ debet eligi,vt hic.
16 Sic dicit Jo.Andr. ¶ † Tertio obuiat quod non videtur quod
potuerit eſſe canonicus:quia priora beneficia debẽt vacare.ſupra,
eodem.cum in cunctis. Solu. Dic quod hoc procedit ſecundum
conſuetudinem preſbyterorum ⁊ diaconorum cardinalium, quo-
rum beneficia ipſi retinent. Et eſt ſimile quod nota.xciij. diſtinct.
17 numeratus. ¶ † Oppono quod non debuerit hic dici contem-
ptus, qui vocatus eſt.ſ.eodem.bone.nec debet amplius citari, ex
quo noluit intereſſe: vt in cap.quia propter.Solu.Dicit hic glo.
prima,⁊ ij.quod hec decret. poteſt dupliciter intelligi. Uno mo-
do quod hic non fuerit contemptus:⁊ hoc fouet allegatio cardi-
nalis:quia imo ipſe potius contempſit capitulum, ⁊ iuri ſuo re-
nunciauit:quod potuit:⁊ ſic ſine ipſo alij potuerunt procedere ad
electionem.ſ.eodem.capi.quod ſicut.ff.de officio. delega. pruden-
tiam.§.addicimus.nec ipſius abſentia electionem debuit irrita-
re. C.de decurio. l. nominationem. Et ſecundum hoc concludi-
tur quod vocatus ad determinandam diem, amplius non ſit vo-
candus: quia dicendo ſe nolle intereſſe, dixit conſequenter quod
vlterius non vocaretur. de officio delegati.cum ſuper. Et quia
vno negato, omnia, que ſequuntur ex illo, videntur eſſe nega-
ta. de conſtitutio. nam concupiſcentiam. Et quia qui ſcit, cer-
tiorari non debuit de regulis iuris. cum, qui certus. cum con-
cord. Et quia ſcienti ius ciuile pretor non ſubuenit,ſed ignoran
ti.ff.quod cum falſo tutore.l.prima.Et quia ſcienti,⁊ volẽti,⁊c.de
tranſactio.cum donationis. ¶ Alius eſt intellectus,quod hic po-
tuit dici contemptus:quia dato quod noluerit intereſſe actui,⁊ de
terminationis die,per hoc non renuntiabat electioni,ideo erat ad
alios actus vocandus:quia contumax in vno actu,non debet dici
propterea contumax in alio.Ad hoc.j.de procurato.dilectus.Et
hoc placet Joan.Andr.Nam dato quod noluerit intereſſe in vno
actu,per hoc non renuntiat iuri intereſſendi electioni:ideo exigi-
tur quod iterato vocetur,vel quod terminus ſtatutus ei intime-
tur.Et ſic ſeruatur, quando in abſentem ſit prorogatio termini,
vel ſtatuitio:quia oportet quod ille terminus ſibi intimetur:alias
non arctatur terminus. quod eſt bene notandum.Et hoc proſe-
quitur prima ⁊ ſecunda glo.que ex hac ſimplici relatione eſt clara,
licet latius alleget pro ⁊ contra. ¶ Dic latius concludendo hanc
materiam,ſi queritur an canonicus citatus ſtatuto die,iterato ſit
vocandus,ne poſſit proſequi contemptum.Dic quod aut fuit ci-
tatus ſimul ad diem aſſignandam,⁊ in die aſſignata vt debeat in-
tereſſe electioni,⁊ ſic ad vtrunque fuit citatus:⁊ tunc iterato citari
non debet:ideo hodie practicatur quod citatur ad talem diem ad
ordinandum de die electionis,⁊ citant vt interſit die aſſignanda
cum continuatione ſequentium dierum,donec electio fuerit expe-
dita.de quo.j.de offi.delega.conſuluit. ¶ Quandoque citatur ſim-
pliciter ad diem aſſignandam:⁊ tũc aut comparuit,⁊ preſens fuit
tempore aſſignate diei:⁊ iterato non eſt citandus.Aut fuit cita-
tus,⁊ contumax fuit:⁊ tunc aut poſtea ſciuit diem aſſignatam,vel
quia fuit ſibi intimata per capitulum, vel aliter.⁊ iterato non eſt
vocandus:quia dies,de qua certus eſt,interpellat pro homine.de
loca.potuit.Aut citatus ignorauit diem: et tunc aut hoc fuit ex
eius malitia,vt quia ſe abſentauerat in fraudem propter hoc, ne
ſciret diem:⁊ iterato non eſt citandus:⁊ ſi non citetur, non poteſt
conſequi contemptum.Ad hoc vt lite non conteſta. quoniam.ibi.
ſiue quia malitioſo,⁊c.xxxvij.diſtinctione.§.fina.de temp.ordina.
eos.lib.ſexto.Nec obſtat quod dato quod appareat malitia ſua,
nihilominus ⁊ apparet vltimo malitia capituli in non vocando
tempore electionis,⁊ vltima mora nocet: quia dolus capituli ex-
cuſatur propter malitiam abſentis,de qua conſtat,⁊ quod ſemper
durare preſumitur,donec veniat:quare non eſt de ea coniecturan-
dum ad malitiam capituli: quia prima excludit malitiam vlti-
mam.ff.de re iudica.l.contumacia.Sed ſi veniret, ⁊ non admitte-
retur,tunc bene vltima mora noceret capitulo,quia prima eſt pur
gata.Aut citatus ignorauit diẽ,nõ tamen fuit ex malitia abſens,
ſed ex cauſa:vel ſi ex malitia,non fuit abſens propter hoc vt igno-
raret diem:⁊ tunc debet vocari ad electionem ad diem:alias dice-
retur contemptus: vt l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quib.
cauſis in poſſ.ea.Quandoque non fuit vocatus nec ad electionem
nec ad diem aſſignandam:⁊ tunc ſiue ſciat diem, ſiue ignoret, non
valet quod agitur,⁊ contẽptus poteſt dici,⁊ põt proſequi cõtem-
ptum: quia vocatio non exigitur ad finem certificandi, ſed quia
eſt de iuſtitia:vt ſ.eod.quia propter.Ad hoc quod not.ſ.eo.cum
inter vniuerſas.Hec vera,niſi aliud habeat cõſuetudo,vt in mul-
tis eccleſiis Anglicanis, vbi non vocantur abſentes remoti, ſed
ſtatuitur terminus per preſentes, ⁊ dies electionis, quem diem
poſtea canonici notificãt abſentibus,etiam valde remotis. ¶ Ve-
nio ad ſecundam partem ad allegationem pro R.canonico. In
hac parte nec in text.nec in gloſſ.eſt aliquid. ¶ Venio ad tertiam
ad allegationem pro cardinali:⁊ hic ſunt duplicis ſpeciei allega-
tiones:quedam iuſte,concludentes pro electione,⁊ contra electio-
nem alterius partis:quedam tollentes obiecta contra electionem
18 cardinalis. ¶ † Ad primas oppo. cum gloſſ.que eſt ſuper verbo.
In etate.ſuper verbo Sufficientis. quod debuerit electio cardi-
nalis confirmari, ⁊ tamen papa eam non confirmauit. Si enim
ſecum fuiſſet coelectus habens defectum etatis,vel ſcientie:eligen
tes priuati ſunt poteſtate eligendi, ⁊ debet valere electio ſecum
coelecti.ſ.eodem.congregato. ⁊ capit. dudum. de poſtu. gratum.
¶ Solu.Poteſt intelligi quod ex toto patiebatur defectum eta-
tis,⁊ ſcientie,⁊ procederet contrarium:⁊ quia nihil dicitur de ele-
ctione cardinalis,preſumendum quod fuit cõfirmata. Poteſt ſe-
cundo intelligi quod non patiebatur defectum totaliter etatis, vel
ſcientie:ſed in comparatione ad cardinalem poterat dici defectus
ſue etate,⁊ ſcientia licet non in reſpectu ad eccleſiam: quia quo ad
illam erat ſufficiens,licet non erat eminentis: ⁊ tunc per hoc non
erat confirmanda electio cardinalis,quia non elegerant indignũ,
19 ⁊ ſic non erant priuati poteſtate eligendi. ¶ † Secundo circa vnã
cauſam,que allegatur ad infringẽdam electionem concurrentem
cum cardinali, quod vox ratificantis non computatur. Oppon.
cum gloſ.que incipit Iſte dixit ſe,⁊c.quod computetur mandato
ꝙ vocatus noluerit intereſſe,poteſt penitere.ij.q.vj.ſi quis libel-

los.ergo debet poſſe cõſentire ſecũdo:qꝛ ſic videm⁹ in iudice, qui
tulit interlocutoriã,nã poteſt illam mutare.de appel.cum ceſſan-
te.ff.de re.iud.l.qđ iuſſit.Item qꝛ magne ſapientie eſt,mutare qđ
male locutus eſt.xxij.q.iiij.magne. ¶ Sol.Gl.reuocat in dubiũ,
an ſi canonic⁹,qui a principio noluit intereſſe,poſtea velit conſenti
re,eius vox cõputet ad partem.Quod cõputetur,allegat iura pro
xima.In cõtrariũ allegat:qꝛ qui ſemel renũtiauit, vlteri⁹ non eſt
admittendus.vij.q.i.ꝙ periculoſum.Scđo,qꝛ renũtiã tibus,⁊c.ff.
de edil.edic.l.queritur.§.ſi vẽditor.Tertio,qꝛ ex quo ſemel voluit
ius perdere,amplius admittendus nõ eſt.ff.de ſucceſſorio edicto.
l.i.§.tutor.⁊ qđ potuit,noluit,⁊c.de offic.dele.cũ ſuper.Quarto,qꝛ
ex quo noluit intereſſe,nõ põt penitere,precipue re non integra.ſ.
eo.in cauſis.Quinto,qꝛ ſi iudex referat,vel dicit ſe velle referre,nõ
auditur plus proſequẽs.de off.del.licet.de appel.intimaſti.¶ Cõ
cludit gl.qđ huiuſ penitere põt. Sed an vox computetur in nu-
mero,dicit aduertendũ qđ quãdoqꝫ venit nõdum facto ſcrutinio,
⁊ ſic re integra:⁊ admitti debet.ff.de mino.l.qđ ſi minor.§. ſceuola.
⁊ ſi admittatur,eius vox prebet ſuffragiũ.Quãqꝫ hic venit iam fa-
cto ſcrutinio,⁊ ante electionẽ:⁊ gl.non proſequitur hoc,niſi in con
tempto.Dic ꝙ non debet iterari ſcrutiniũ, ſed admitti ſolũ ad
ſeqũẽtia:qꝛ imputet ſibi,ſi in precedentibus fuit cõtumax.Si au-
tem venit poſt electionem,tunc ſi ratificat, vox non computatur,
vt hic eſt caſus.Hec ſunt vera in vocato,⁊ contumace. ¶ Si antẽ
ſit contemptus,hoc etiam proſequitur glo.Dic qđ aut venit ante
electionem,⁊ ſcrutinium perfectum,⁊ debet admitti ad ſcrutiniũ,
⁊ vox ſua prebet ſuffragium.Aut comparet iam facto ſcrutinio:⁊
tunc dicit glo.qđ ſcrutinium debet iterari:alias ipſe proſequeret
contemptũ:⁊ quicquid agitur,caſſaret.De hoc.j.c.proximo.Di-
cit tamen Jo.and.cauendũ,ne aliquid in fraudẽ confringatur.j.c.
proximo.de diuor.quãto.⁊ ideo nominatus in priori ſcrutinio ad-
mittetur,ſi vult probare prius nominatũ non contemptum. Ad
hoc.j.c.proximo.ſ.e.cum poſt.Aut cõparet poſt electionẽ iam fa-
ctam:⁊ iteranda non eſt propter contemptũ,ſed ipſe poteſt proſe-
2 qui contemptũ coram ſuperiore.¶ † Quero vna cum glo.ibi:Itẽ
ſi aliquis,⁊c.abſens de loco,vnde vocari non debet, ⁊ poſt ſcruti-
nium eſt reuerſus,vel poſt electionem iam factã quaſi caſu ſuper-
uenit,an debeat computari vox ſua,ſi conſentiat.Dicit gl.qđ nõ:
qꝛ nec poſſet electionem impugnare ex eo ꝙ non fuerit vocatus
tpe electionis faciende.Unde concludit glo.qđ ad ponderandam
validitatem ⁊ pluralitatem vocum attenditur principium publi-
cati ſcrutinij,⁊ non qđ poſtea ſuperuenit.Sic dicimus quo ad ha-
bilitatem electi ponderari tempus electionis:alias ſequeretur qđ
qui haberet ius,facta electione,vel publicatione ſcrutinij,poſſet il
lud perdere abſqꝫ facto ſuo:vt ſi alteri coelecto tot cõſentirent, qđ
aſcenderent ad maiorem partem capituli propter ſuperuenientes,
qui vocandi non erant:fatentur docto.qđ ad ſeqũentia,que immi
nent facienda,admittentur.Ad hoc de electio.vbi periculum.lib.
21 vj.¶ † Sed dices,quomodo eſt poſſibile ꝙ eſſet abſens in loco vn-
de vocari non debebat,⁊ ſuperueniſſe tempore electionis nondum
perfecte:Dic, tempore forte citationis erat in loco vnde vocari
non debet,poſtea tempore electionis factus eſt ita propinquus,ꝙ
potuit ſuperuenire : ⁊ ſic ſufficit ꝙ altero iſtorũ tẽporũ ſit in loco,
vnde vocari nõ debet, vel tpe citationis, vel tpe electiõis,vt dicat
nõ contẽptus.Et hoc tenet Gul.e.tit.circa principium. Uel pone
22 ꝙ habebat conſuetudo abſentes etiã vicinos non vocari.¶ Que-
ro quid ſi canonico abſente,vnde vocari non debet per preſentes,
eſt factum compromiſſum,⁊ antequam pronũcietur electio,ſuper-
ueniat talis,qui vocari non debuit.Dic quod non poterit reuoca
re compromiſſum. Quod eſt verum , niſi re integra ſuperueniat,
ſm Inno.Hoſti.dicit ꝙ etiam ſi ſuperueniret re integra, non au-
diretur.vij.q.i.factus.⁊ ſ.eo.in cauſis.Et quando dicatur res in-
23 tegra,ibi notatur.¶ † Quero an canonicus contemptus,ſi alteri
ex electionibus conſentiat quo ad aliam, poſſit proſequi contem-
ptum.Glo.in duobus locis ſentit ꝙ non.Glo.in verbo Adijcere.
ibi:⁊ quia conſentit electioni , non poteſt proſequi contemptum.
Item ſequitur glo.in verbo. Ualebat.ibi:impugnare non poſſet
ſcilicet ſimpliciter,nec illam,in quam cõſenſit,⁊ quam ratificauit,
nec aliã ſm glo.Et idem ſentit gloſſ. ſuper verbo Adijcere.ibi:⁊
ꝙ cõſenſerit electioni,nõ poteſt proſequi contemptum.Dicit Jo.
An.ꝙ contrarium huius gloſ.fuit determinatum hic in diſpu-
tatione,per quẽdam dñm Stephanũ,cõtemptũ poſſe conſentire
alteri ex duabus electionibus,⁊ quo ad alteram poſſe proſequi cõ
temptum.Pro quo facit hic tex.Alias fatui fuiſſent iſti de parte
R.cõfitendo contemptũ illius,quod etiã faciebat cõtra ſe:⁊ mala
fuiſſet allegatio cõtra illã partẽ.Preterea,cõtemptus eſt iniuria
tus a toto capitulo,⁊ quolibet ſingulo de capitulo:igitur remittẽ
do quo ad vnum,non excluditur iniuria quo ad alios:poteſt ergo
quo ad eos proſequi contemptum.¶ Uenio ad quartam partem
in verſi.nos igitur.vbi ponitur diffinitio pape.¶ Circa vltimã
hanc partem habemus vnam gloſ.ſuper verbo Non conſenſerit.

que tractat duo.Primum,in quo ponderetur authoritas,in quo
meritum,⁊ in quo zelus.Secundo,an ſi concurrat numerus cum
24 authoritate,⁊ repugnat cum zelo,vnũ alteri preferatur.¶ † Ad
primum dicit glo.authoritas conſideratur in dignitatibus,⁊ me-
rito vite eligentium.Dicunt doct.quod etiam conſiſtit in ordini-
bus maioribus,perfectiori etate,antiquiori inſtitutione,⁊ ordina
tione,vt hic.lxxx.di.⁊ epiſcoporũ.c.cõſuluit.de ma.⁊ obed.c.ſi.⁊ in
religione.xxxij.diſt.in nomine domini.Zelus cõſiſtit in animo,vt
ſine carnali animo eligant , ſed ſecundũ meritum vite perſone eli-
gende.viij.q.i.ſigno.j.vt ecc.beneficia.vt noſtrũ.Ideo dicunt doc.
ꝙ de hoc oportet per coniecturas iudicari, ſcilicet ex carnalitate,
vel nimia familiarite.de eta.⁊ qua.tuã.de preben. graue.⁊ ex odio
in eum,in quẽ non cõſentit.j.de ſimo. ſicut nobis. preſumitur ta-
men maior pars habere bonum zelũ,vt hic,⁊ ſ.eo.dudum.Nec eſt
vis,ſecundũ Hoſt.an bono vel meliori zelo ducatur:ſufficit enim
ꝙ nõ malo,puta carnalitate,corruptione, vel mala affectione.i.q.
j.ſunt nõnulli.Sicut dici ſolet ꝙ ſufficit ꝙ nõ eligatur malus.xvj.
q.j.monaſterium.Sanitas autẽ conſiſtit in opere,⁊ defectu eligen
tium,vt illa ſanior dicatur,que digniorẽ eligit, vt patet vij.q.j.li-
25 cet.⁊ c.ſi ergo .¶ † Ad ſecundũ quid horũ preferatur,an authori-
tas,an numerus,an zelus.Dicit gl.Quãdoqꝫ ex vna parte cõcur-
rit ſanioritas,⁊ zelus,⁊ authoritas,ex altera adeſt numerus:⁊ di-
cit gl.ꝙ preualet ſanioritas,⁊ zelus,⁊ authoritas , vt hic. Ad hoc
j.de teſti.in preſentia.Et hec vera ſunt,qñ numerus nõ multũ ex-
cedit.Et dicitur in multũ excedere,quãdo vltra duplam.ſ.eo.ſcri
ptũ.⁊ no.e.ti.ſi qñ.lib.vj.tunc enim numero ſtaretur, dũmodo ele-
ctus ſit ſufficiẽs.Sed huic obuiat ꝙ ad validitatẽ electiõis requi
runtur duo copulatiue,ſ.ꝙ ſit maior,⁊ ſanior pars.Sed nõ obſtat
ſecundũ gl.qꝛ dicit gl.maior cenſetur illa,que maiori zelo,⁊ maiori
pietate mouet.gl.diſt.multi.ix.di.ſana.viij.q.j.ſigno.ff.de pac.l.ma
iorem.Quãdoqꝫ ex vtraqꝫ parte ſubeſt par meritũ,⁊ ex vna eſt au
thoritas,ex altera eſt numerus. Et dicit gl.ꝙ ſtãdum eſt numero,
licet ex altera parte ſit authoritas.C.qui bonis cedere poſſunt.l.ſi.
Quãqꝫ hincinde omnia ſunt equalia in merito eligentiũ, ⁊ autho-
ritate,⁊ zelo:⁊ hoc caſu currendũ eſt ad merita electi,ſcilicet ad ſa
nioritatẽ.⁊ qui ſanior eſt in meritis,preferẽdus eſt.Quãdoqꝫ om-
nia ſunt hincinde equalia:⁊ neutra confirmãda eſt,quia neutra ha
bet maiorẽ partem.ſ.eo.Cumana.¶ Tu dic,omiſſis multis, que
ſuperflue hic dicuntur per doct.ꝙ dato numero ex vna parte,⁊ ex
altera authoritate,⁊ zelo,⁊ ſanioritate,nunquid prodeſt ſanioritas
cõtra numerũ,excepto caſu.c.ſcriptũ. quo ad confirmandam ele-
ctionem,licet Inno.⁊ Compoſt. fuerunt in opinione contraria:⁊
hoc,qꝛ.c.qꝛ propter.requirit hec copulatiue,ſ.maior,⁊ ſanior. Nũ-
quid autẽ proficiat quo ad cõfirmandam electionem maiorẽ in nu
mero:conclude ſic, Aut authoritas, zelus, ⁊ ſanioritas in minori
concurrunt,⁊ repugnãt numero maiori ex altera parte:⁊ tunc dic
ꝙ ſi numerus multum excedat, adhuc iſta nõ proficiunt ad infrin
gendam electionem cõtra numerũ. Quãqꝫ authoritas, ſanioritas,
⁊ zelus repugnant numero,⁊ numerus in modicum excedit,⁊ etiã
authoritas ſanioris,⁊ zelus in modicum,adhuc cõfirmabitur ele-
ctio maioris partis:quia modica prerogatiua non mouebit iudi-
cem,ſicut nec modica quantitas illius,qui bonis ceſſit. ff.de ceſſi.
bo.ſi debitor.Ad quod de ſymo.⁊ ſi queſtiones.Quandoqꝫ ex vna
parte eſt authoritas,zelus , ⁊ ſanioritas , ⁊ ex altera parte nume-
rus,⁊ numerus in modicũ excedit authoritas, zelus.⁊ ſanioritas
in multũ:⁊ tunc pars minor eſt ſanior:⁊ ſecũdũ aliquos valet ele-
ctio minoris,ſecundum Joã.An.valet,ſed infringitur ſecum con
currens,vt hic non apparet quod electio cardinalis fuerit confir-
mata,imo creditur quod fuit caſſata,vt cõcluditur ex ratione tex.
Quandoque ex vna parte concurrit maioritas numeri,⁊ maio-
ritas authoritatis, ex altera concurrit ſolum meritum:⁊ preua-
let numerus cum authoritate. Quandoque ex vna parte concur-
rit numerus,⁊ meritum,ex altera ſola authoritas:⁊ adhuc preua-
let numerus cum merito:ſi omnia hincinde ſunt equalia, vtraque
26 caſſatur,vt hic fit finis. ¶ † Ultima gloſſ.querit in verſicu.in ca
ſu iſto non crederem,⁊c.an eligentes illum , in quem maior ⁊ ſa-
nior pars non conſentit, priuentur poteſtate eligendi.Gloſſ.dicit
quod putat quod non:quia directe non faciunt contra formam,
⁊ ideo iterato poterunt eligere:ar.lxix.di. ſi duo. ſi iterum taliter
eligãt,tunc priuantur poteſtate eligendi:ſuperior tamen põt face
27 re gratiã.cui vult.¶ † Nota hãc gl.ꝙ de forma nõ videtur ꝙ ma-
28 ior ⁊ ſanior ſit.cõtra eſt gl.ſ.e.auditis.⁊ facit ſ.e.in Gene.¶ † Ue
nio ad cauſas ⁊ allegationes obiectorũ contra electionẽ cardina-
lis reiectiuas.¶ Contra hoc oppono quod cardinalis male alle-
gabat,quia hec ratio de defectu forme,per quã defectus reijcieba
tur,ita tendebat,ad cõmodum canonici,ſicut cardinalis. ¶ Sol.
ver.deniqꝫ.tripliciter intelligitur.Una,ꝙ hec ſit ratio pro magi-
ſtro R.cardinali.Secũda,ꝙ eſſet allegatio pro canonico.Tertia,
ꝙ ſint verba pape.Secundum primũ intellectũ hic eſt ſenſus:Ad
cõcludendam nullã electionẽ magiſtri R.cardinalis allegabatur
quod

quod erat facta contemꝑo magiſtro Uincentio, ⁊ ſic contra for-
mam, ergo erat nulla. Huic reſpondebat cardinalis, qḋ non erat
contra formã: qꝛ de forma nõ eſt qḋ vocentur abſentes, vel qui de-
bent, ⁊ volunt intereſſe. Replicabatur ꝙ imo, per. c. qꝛ propter. re
ſpondit ꝙ nõ omnia, que ibi ponuntur, ſunt de forma: alias ſeque-
retur quod papa vnico verbo iura voluiſſet multis vigilijs exco-
gitata peruertere. Et hic eſt verus intellectus, ſecundum quẽ po-
ſui caſum, ⁊ eſt ratio obiecti reiectiua. ¶ Alius eſt, ⁊ ſecundus, qḋ
ſit allegatio pro canonico. Nam cardinalis, qui nõ curabat ꝙ ſua
electio confirmaretur, dummodo ille canonicus nõ admitteretur,
allegauit qḋ vtraqꝫ erat nulla, qꝛ contra formam. c. quia propter.
in qua inter cetera eſt, qḋ vocari debent, qui volunt, ⁊ poſſunt inte
reſſe: ⁊ ſic vtraqꝫ electio eſt nulla. Uel forte dicebat, Tu dicis Hul.
contemptũ: ego dico ꝙ non eſt verũ: ſed ſi vis hoc, nec tua, nec mea
electio valet: qꝛ contra formã concilij. Huic reſpondit canonicus.
¶ Tertius intellectus eſt, ꝙ hec ſit ratio pape qḋ inter cõtentio-
nes inter partes erat allegatum de defectu forme. Papa reſpon-
det ꝙ hoc reſpectu nõ eſt defectus forme, ſed quia nõ adfuit maior
pars, ⁊ ſanior. ¶ Scḋo videtur, ⁊ opponitur qḋ dato ꝙ decre. qꝛ
propter. vellet abſentes vocari, ⁊ qui debent, ⁊c. eſſet de forma, non
per hoc corrigerentur multa iura: quia ſolum corrigeretur cap. ꝙ
ſicut. ¶ Sol. Dic quod multa corrigerentur iura, attentis illis, ⁊
alijs, que illis accidunt ſm Hoſti. vel ſm Inn. non habet reſpectũ
ad illud ſolum de vocatione eorum, qui debent intereſſe, ſed eſt li-
tere intentus qḋ ſi fateantur papam voluiſſe illud eſſe ſubſtantia-
le, conſequenter multa ibi poſita, ⁊ omnia erant ſubſtantialia: per
qḋ multorum induceretur iurium correctio. Et ſm hoc nihil erit
addendum vel detrahendum electioni: ⁊ ſic illud erit ſubſtantiale.
Per quod apparet ꝙ hoc tenendo nulla eſſet electio, que valeret:
quia modice ſiunt quin aliquid addat, vel detrahatur: ⁊ ſic omnis
electio caſſabitur. Et ſic fruſtra laborauerunt ſummi põtifices in
iuribus circa hoc edẽdis. Item ſi pro omni peccato vel omiſſo in
electione electio caſſanda eſſet, ⁊ ſic, fruſtra eſſent iura de electio-
ne tractantia. Uel dic hoc: quia multa ſunt honeſta, vel vtilia
in electione, que non ſunt de forma: ſicut qḋ ſiat electio de eadem ec
cleſia, ⁊ ꝙ elect⁹ ſit ſine crimine, legitime natus, ⁊ ſufficientis ſcien
tie: quia hec non ſunt de ſubſtantia forme, licet ſint de ſubſtantia
materie. s. eod. cum in cunctis. Joan. Andr. placet prima lectura.
29 ¶ † Quero an qḋ preſentes ad ſcrutinium vocentur, ſit de forma
electionis. Inn. dicit ꝙ nõ: quia ſufficit ſeruare ſubſtantialia for-
me, vt ſcrutinium, ⁊ ſimilia. Dicit tamen neceſſe fore duas partes
ſcrutari. ff. qḋ cuiuſqꝫ vniuerſit. quod plane. s. eo. qḋ ſicut. qꝛ virtu
tes capitulares ſunt in illis: alias ſi non eſſent due partes ſcruta-
te, ſcrutinium eſſet nullum, ⁊ ſcrutati poſſent variari, qui primo
elegerunt. lxiij. di. quanto. vt ſicut duas partes oportet eſſe preſen
tes, ſic duas partes oportet ſcrutari. Ex hoc infert ꝙ omnes, qui
talẽ electionẽ factam a minori parte duarũ partiũ non poſſunt ra
tificare, qꝛ eſt nulla, vnde oportet de nouo eligere: vt in. d. c. quãto.
⁊. s. c. auditis. Hoſt. videtur tenere ꝙ electio facta a minori duarũ
partium, imo maiori poſſit ratificari: dicens ꝙ quedã ſunt reſpi
cientia cõmodũ publicũ, ſeu publicã vtilitatem: ⁊ iſta ſunt de for-
ma, quibus renunciari non põt. Quedam ſunt reſpicientia cõmo-
dum priuatum: ⁊ iſta non ſunt de forma, quin renunciari poſſit, id
eſt qḋ omnes vocentur, vel qḋ maior pars, reſpicit vtilitatem pri-
uatam, ⁊ ſic non eſt de forma. Ad hoc, qꝛ hic cõceditur de vno: er-
go conceditur de pluribus. ff. de rei ven. l. que de tota. Nec obſtat
ꝙ conſenſus ſuperuenientis poſt ſcrutiniũ numerũ non augmen-
tet: nam ſi non augmentat, roborat tamen, ⁊ fortificat qḋ caſſari
potuiſſet. Hoc vltimum eſt contra caſum. c. auditis. qꝛ etiã dato ꝙ
non eſſet de forma, qḋ maior pars conſentiret, tñ eſt de poteſtate: ⁊
defectus poteſtatis ſic annullat, ſicut forma. Itẽ primum dictum
Inno. ꝙ contemptus in ſcrutinio nõ reddat nullam, communiter
damnatur, vt. s. eo. qꝛ propter. notatur. Quedam que tractãt In-
no. ⁊ Hoſt. relinquo vt ſuperflua, per illa, que dixi. s. eo. cũ nobis. ⁊
c. licet. ⁊ c. in cauſis. ⁊ c. bone. i. j. an vnus poſſit alios cõſtituere in
negligentia, ⁊ quid de minori parte. Anto. de But.

1 ☞ Electores non diſcedant ab electione ſcrutinio publicato.
2 Electores publicato ſcrutinio compelluntur ad eligendum.
3 Uariatio quando ſit permiſſa.
4 Electores quare non varient publicato ſcrutinio. 9. 11.
5 Electores an poſſint variare ante publicationem. 23.
6 Electores variare publicato ſcrutinio quando poſſint. 14. 15.
7 Electores poſſunt variare, vbi nominatio eſt de facto occulta.
8 Uariare vt non liceat poſt publicationem, que requirantur.
10 Electio caſſatur ratione peccati commiſſi in ſcrutinio.
12 Electio non eſt caſſanda ratione contemptus.
16 Scrutinio publicato, electoribus dicẽtibus ſe non conſenſiſſe non
creditur.
17 Electores poſſunt variare, ſi per viam ſcrutinij procedatur.
18 Electores patroni quando poſſint variare.
19 Scrutinio publicato in electiõe ꝑlatis ſecularis variare licitũ eſt
20 Superior quis dicatur reſpectu abbatis vel plebani.
21 Nominatus poteſt petere compulſionem ad eligendum.
22 Scrutinium quid ſit,
24 Electio an poſſit deſeri, ſicut poſtulatio.
25 Electio non variatur propter protractionem malitioſe factam.

1 PUblicato. ¶ † Poſt publicationem ſcruti
nij electores ab electiõe diſcede-
re, vel deſiſtere nõ pñt. h. d. Primo dictũ ponit. Scḋo,
rõnem reddit. Tertio rationis neceſſitatem exprimit.
Secũda ibi: cum ſit. Tertia ibi: ad qḋ. ¶ No. primo quod poſt pu
blicationẽ ſcrutinij electores nequeunt variare: nec deſiſtere ab ele
ctione: ⁊ ſic ſola publicatione ſcrutinij facta queſitũ eſt ius electo.
Et no. qḋ qñqꝫ principiũ neceſſitat finem, ⁊ dato illo, non põt rece
di a principio, nec fine. ¶ No. ſecundo cãm quare non poſſunt va-
riare: qꝛ publicato ſcrutinio, de forma eſt quod ſiat incontinenti
electio: ⁊ ſi non fieret, forma non poſſet ſeruari, ⁊ ſic illa electio non
2 valeret. ¶ † Tertio no. qḋ ſcrutinio publicato ꝑ ſuperiorẽ compel
luntur electores vt eligãt: ⁊ ſic alias preparatio electionis facta in ꝑ-
niciem electi non vitiat electionem. de quo. s. eod. cũ poſt petitam.
Hic agitur de effectu publicationis ſcrutinij, ſeu conſenſus eligẽtiũ,
anteq̃ ſit facta electio. ¶ Circa quam opp. cum ſecunda gl. quod
3 ante electionẽ pñt indifferenter electores variare. ¶ † Primo, qꝛ
ante electionẽ nullũ eſt ius queſitum: ergo libera eſt variatio: vt in
regula, mutare. cũ concor. Qḋ nullũ ſit ius queſitũ, patet qꝛ ad q̃-
rendũ ius, neceſſaria eſt electio, que als eſſet fruſtra. ¶ Secundo
hoc ↄfirmatur qꝛ ante electionem nondũ eſt principiatum matrimo
nium: hinc eſt ꝙ principiatur in actu electionis. s. eod. cum inter ca-
nonicos de trãſla. prela. ſꝫ Glo. concludit tex. ⁊ iuſtificat, aſſignãs
cãm, ꝓpter quã diſcedi nõ põt: qḋ no. ex eo, qꝛ ius eſt queſitũ. Sed
qꝛ res deſijt integra eſſe. s. c. in cauſis. quo caſu in ꝑiudiciũ alteri⁹
non põt fieri variatio. Itẽ propter fauorem eccleſie: alias hec mu-
tatio eſſe poſſet periculoſa eccl'ie: ⁊ ꝙ in talibus mora periculoſa
eſt. Uel ſecũdo ſecundũ gl. qñ nõ eſt deuẽtũ ad aliqḋ principiũ va
lidũ neceſſitans finem, licet variare, vt in contrario, qꝛ ius non eſt
queſitum. Sed qñ eſt deuentum ad aliquod principium neceſſitãs
finem, non licet variare, vt hic. Unde per actum publicationis dr
principiata electio: ſicut ⁊ dr principiata cã per citationem. j. de of
ſic. deleg. licet. ⁊ c. gratum. Dat ſimile in ſeruitute, in qua ſi vnus
cedat, non valet ceſſio quo ad ſeruitutem indiuiduam transferen-
dam: et tamen quia eſt deuentum ad aliquale principium obliga-
tionis, non poteſt cedens deſiſtere ab eo, qḋ fecit: vt patet. ff. de ſer
ui. ruſti. prediorum. l. per fundum. ⁊ C. cõmunia vtriuſqꝫ iudi. l. eſt
receptũ. ¶ Non ob. j. de tranſla. prela. licet. qꝛ fateor ꝙ matrimo-
niũ nõ eſt principiatum, niſi in actu electionis, ſi habemus reſpe-
ctum ad illa, que principiant vinculi ſubſtãtiam: ſed bene eſt prin-
cipiatum quo ad aliquod principium extrinſecum poſtea neceſſi-
4 tans matrimonium, vt hic. ¶ † Ex his colligimus duas vel tres
rationes, quare publicato ſcrutinio nõ variãt electores. Prima,
qꝛ res integra non eſt. Hec ratio non placet docto. quia ſecundum
hoc non poſſent etiã variare poſt tractatum: quia tunc deſijt res
integra eſſe. s. eo. in cauſis. Sed in veritate alio reſpectu loquitur
ibi. ꝙ hic. Nam ibi quo ad poteſtatem reuocandi cõpromiſſarios,
que deſijt integra eſſe ꝑ exercitiũ alicui⁹ actus, vt exercitij electio
nis, ⁊ facti cõpromiſſarijs commiſſi. Hic quo ad perſonam ele. ti:
quo caſu res dicitur integra, donec detur ingreſſus ad aliquem a-
ctum, qui cum eo geratur. ¶ Et ſi dicatur, ſecũdum hoc ſolo ſcru
tinij cõſenſu aliquid geritur cũ eis: ⁊ ſic ex illo ſolo deberet res de-
ſinere integra eſſe. Rñdeo, qḋ ille actus vt occult⁹ nõ põderatur
ad faciendã rẽ deſinere integrã, ſed in proximo, ſ. publico. ¶ Se-
cunda ratio eſt fauor eccleſie, ⁊ periculum more. Hec eſt ratio ſua-
dens nõ cõcludens, qꝛ eſt nimium generalis. ¶ Tertia eſt ratio,
qꝛ deuentũ eſt ad aliqḋ principium neceſſitans, ex quo aliqḋ ius
eſt queſitũ ſinẽ neceſſitans electionis, licet nullum ius ſubſtãtifice
electionis ſit queſitum. qḋ declarat Jo. an. Matrimoniũ ſpiritua
le habet in ꝓductione tres partes. Primo habet electionẽ. Scḋo,
cõfirmationẽ. Tertio ↄſecrationẽ. Ipſa aũt pars, q̃ vocatur electio,
habet partes multas, ⁊ q̃tũ ad cõſenſum hꝫ tres, ſ. votorũ depoſi
tionẽ, publicationẽ, ⁊ electionẽ. Cũ ergo deuentũ ſit ad duas par-
tes, prime partis ſublata eſt ptãs variãdi. ¶ Secundo poteſt de-
clarari ratio ꝑ tex. qꝛ de forma electionis eſt, qḋ ſtatim cũ eſt facta
publicatio incõtinẽti ſequatur electio: ergo rõne forme eſt deuen-
tũ ad vnũ principiũ neceſſitãs finem: qꝛ forma vult qḋ electio ſta-
tim ſiat. Sed hec declaratio nõ vr̃ bona: qꝛ ſecundũ hoc nõ licebit
variare, etiam ante publicationẽ: qꝛ etiã poſt ſcrutinium facien-
da eſt publicatio. ¶ Sꝫ diceres, quare ita nõ arctat forma vt in-
cõtinẽti ſiat publicatio, ſicut arctat poſt publicationẽ, ⁊ collationẽ
vt ſiat electio. Dicit Inn. hic, qḋ imo, vt ipſe notauit. s. eo. qꝛ pro-
pter. quare dicendũ eſt ꝙ hec declaratio omnino nõ eſt concludẽs

ſue rationis. Ideo aliter declarat hic Jo.an. nam in forma electio
nis quedā ſunt ſubſtantialia forme, quedā ſunt ſubſtantialia con-
ſenſus, hoc eſt, que ſunt de forma conſenſus, nec omnia ibi poſita
ſunt ſubſtantialia conſenſus: alias ſequeretur quod conſenſus ha
beret ſubſtantialia ante eius eſſe: quod non eſt dicendum. Omnia
enim, que precedunt publicationem, ſunt ex ſubſtantia forme: ſed
que ſequuntur ſcrutinium publicatum, habent fieri ex ſubſtantia
conſenſus. Cum ergo non detur conſenſus ante publicationem,
dicatur quod ante non datur principium neceſſitans: qꝛ ante non
datur ſubſtantiale conſenſus. ¶ Sed dicis, imo ipſa voti depoſi-
tio. Dicit Jo.an. quod negari non poteſt quod hoc conſtitit ex iu
re poſitiuo, ⁊ pendet a principis voluntate: quia ſic potuiſſet ſta-
tuiſſe ꝙ voto depoſito nequiuiſſent variare, ſicut ⁊ ſtatuit quod ſo
la voti depoſitio puniatur: vt eod. tit. c. ij. lib. vj. ¶ Equius tamen
diffinit ad vitandam iniuriā ⁊ infamiā nominati, ex quo eſt facta
publicatio: ⁊ ne ante impediatur vtilis variatio. Et ſic eligit hoc
tempus, quaſi mediū inter votū depoſitum, ⁊ electionis actum: ſi-
cut alias publicatio atteſtationum impedit productionem teſtiū.
s. eo. c. de teſt. cum veniſſent. Sic ⁊ alias edictum publicum arctat
s. titu. prox. c. j. ¶ Mihi videtur qd text. recte intellectus det ra-
tionē: ſi tamē declaretur rōnis ratio, que eſt cauſa quare non pōt
variari. Pondera de quo eſt queſtio, de ptāte variandi, id eſt, rece
dendi a ſcrutinio. ¶ Reſpondit quod ratio eſt, quia facienda eſt
electio, id eſt, quia deuētum eſt ad principium, ex quo neceſſitatur
electio facienda: ergo variatio fieri non poteſt, ex quo datur finis
neceſſarius incōpaſſibilis cū variatione. ¶ Et ſi dicas, vnde ſur-
git hec neceſſitas principij? Dico ꝙ ſicut ⁊ cetere obligationes, ex
conſenſu eligentiū in formam capituli. Eo ergo dato vt in formā
capituli, ex parte ipſorū datum eſt principium, ex quo principiatū
eſt quo ad eos vinculum ſubſtantiale, ⁊ naturale matrimonij. Et
ſi dicatur, ergo ante ſcrutinium in voto deberet impediri hec va-
riatio, attenta hac ratione. Reſpondeo, qd ante non datur cōſen-
ſus vt capituli, cum vota ſingulariter, ⁊ ſigillatim, ⁊ occulte depo
nantur, ⁊ ſic ante habet cōſenſum ſingulorū: ideo nondum eſt ius
queſitū, ſed ſtatim cū eſt facta publicatio, qd erat ſingulariū, effe-
ctū eſt cōmune omniū, qui conſentiunt in eo, qd publicatum eſt, et
pro tanto ſtatim ius queritur, ⁊ datur principium matrimonij, et
etiam electionis valide de iure naturali: non ergo licet recedere,
quin poſtea ſequatur electio paſſiua: ⁊ ſic illa electio naturalis ſur
gens ex conſenſu naturali, qui vt cōmunis datur in actu publica-
tionis, eſt illa, que neceſſitat electionem paſſiuam ſm formā quan-
dam accidentalem. Matrimonium ergo principiatur in electio-
ne: ergo ante non datur principium neceſſitans. Fatendū, ſed ele-
ctio naturalis, a qua ſurgit ſubſtātialis conſenſus, datur in ipſo
actu principali publicationis: ⁊ ideo cum detur principium cōſen
ſus ex parte habentium eligere, res quo ad eos non eſt integra: qꝛ
ius eſt queſitum electo, ⁊ ſic deuentum eſt ad principiū neceſſitans
finem: oportet ergo quod ſequatur electio. Et hoc voluit ſentire
5 ſecunda gloſſa cum ſimi. que allegat, quam vide. ¶ † Ex hoc appa
ret ſoluta queſtio, an ante publicationē poſſent variare electores:
qd videtur hic a contrario litere. Et tenet Hoſ. ⁊ Vinc. qd putat
verum Inno. ⁊ Ho. vt variare poſſint antequam ſcrutatores rece
dant de loco, poſtea non, cum iam ceſſauerint ſcrutatores ab offi-
cio, ⁊ res non ſit integra: argumen. s. eod. in cauſis. de teſti. co. pre-
terea. Et per hoc ſequitur quod inchoata, ſed nō perfecta publica
tione ſcrutinij licitum eſt variare. Predicta puto vera, ſi conſtat
capitulo quot ſint voces, ⁊ non contradicit: quia tunc nō ante da
tur cōmunis ꝯſenſus. Ex quo apparet an ante publicationē ſcru
tinij, ſi eſt receſſum a loco ſcrutinij, poſſint omnes, vel maior pars
recedere. Quidam quod ſic: quia nulla ſit iniuria nominato, ne in-
famia contra eum oriatur. Credo quod aut non eſt aliquo modo
notū ſcrutiniū eligentibus: ⁊ poſſunt libere recedere. Aut eſt no-
tum, licet nō publicatū: ⁊ tunc ſi ex iuſta cauſa volunt diſcedere, vt
qꝛ audiuerūt quod perſona erat inhabilis: ⁊ poſſunt. Aut hoc ſit
malitioſe, vt qꝛ vna pars procurat perturbationem, ne ſiat publi
catio, ⁊ ne eligatur: ⁊ tunc nō concedit variatio. Quis autem pro-
bat cauſam legitimam variationis? Aliqui dicunt quod differen
tes probabunt cauſam variationis, qꝛ ius eſt contra eos. s. e. quia
propter. 100. diſt. contra morem. Alij, qꝛ vſqꝫ ad publicationem
cōceditur variatio, qui allegat dolum contra eos, probare debet.
Et hec vera, niſi appelletur: quia tunc appellans eſt, qui habet p-
6 bare cauſam. j. de appel. vt debitus. ¶ † Quero, quid ſi certifica-
tus de nominatione in ſcrutinio, diſſentiet, vel renunciet. Dic, qd
poterunt variare: qꝛ ⁊ ante publicationem, ⁊ poſt poſſent variare.
Nam ⁊ electione ſibi preſentata poſſet diſſentire: ⁊ tunc capitulum
7 alium eligeret. s. eo. cum terra. ¶ † Quid ſi nominatio eſſet occul-
ta? de facto tenet variatio, cum nec eccleſia iudicet de occultis. vj.
8 q. j. ſi omnia. † Ut publicatio impediat variationem, oportet, quod
publicatio ſit facta de ſcripto, ⁊ in ſcriptis recitata, ſicut ſenten-
tie, de re iud. c. ſi. li. vj. Per qd concluditur quod ſi ſcriptor dixit,

Dimiſſis ſcrutatoribus capituli tot conſenſerunt in talem, et tot
in talem: adhuc variari poteſt, ⁊ nō procedit decre. quia ⁊ ille erra-
re potuiſſet, vel falſū dixiſſe: alias vero in ſimili de teſtibus. vltra
tertiam. vbi publicatio teſtis facta per teſtes, non impedit produ-
9 ctionē. ¶ † Quid ſi publicato ſcrutinio apparet qd electio eſt nul-
la ex perſona electi, qꝛ indignus. Deſiſtere poſſunt: argum. quia ⁊
ſi facta eſſet, aliam fieri oporteret. s. eo. cum terra. Secus ſi vitium
eſſet eligentium, vt quia eſſent ſuſpenſi, vel interdicti: ſecundum
Compoſt. Nec poſſent tunc procedere ad poſtulationem: quia ad-
uerſatur ſibi poſtulatio, ⁊ electio: ar. de poſtu. c. j. libro. vj. Secus ſi
probabiliter dubitetur, an ſit eligendus, vel poſtulandus: qꝛ tunc
non poteſt variari: arg. de ſepultu. ſacris. ⁊ quod ibi no. ⁊ vteretur
illa forma, Eligo, ⁊ poſtulo, ⁊c. de poſtulatio. c. j. lib. vj. Per iſtum
tex. dicunt docto. quod ſi electio immineret nulla ex defectu forme
poſt ſcrutinium, puta quia omiſſa eſt collatio, vel communis ele-
ctio, ⁊ ſic ex defectu forme poſt ſcrutinium remaneret ius electo ex
publicatione ſcrutinij validum, etiam ſi ſit illa electio caſſata. Nec
obſtat quod ſi iſti ſunt priuandi poteſtate, quia ſuperior habebit
de eo prouidere, vel petunt eligere antequam priuentur: vt in cap.
quia propter. Secus dicit, ſi defectus forme eſſet in actu ante pu-
10 blicationem. ¶ † Alij contra, dicentes quod cum ſcrutinium, pu-
blicatio, ⁊ electio, ſint tres partes indiuidue eiuſdem electiōis in-
diuidue ⁊ pars publicatio ⁊ electio ſunt vnius actus, in quo nil
habet petere electus: vnde quamuis ſiat preiudicium electo, tamen
propter peccatum commiſſum in altero eorum, totum caſſabitur:
11 qꝛ peccans in vno, ⁊c. vt. j. de reg. iur. defleat. ¶ † Item limita de-
cre. vt publicatio votorum impediat variationem, quando publi
catio ſit votorum ſcrutatorum, ⁊ procedit per viam ſcrutinij. Se-
cus ſi compromiſſarij ſua vota ſibi publicarēt: quia non ex votis
compromiſſariorum, ſed ex electione, ius queritur. Vide quod no.
in cap. penul. in ſin. penul. gloſſ. de regu. iur. libro ſexto. ¶ Hoc pu
to verum, etiam ſi ſiat electio ſecundum formam cap. cum expe-
diat. de electio. libro ſexto. ⁊ cap. cum dilecti. quia ſuſpendunt ius
12 in tempus electionis compromittendo. † Si publicato ſcrutinio
appareat aliquid, propter quod electio eſt caſſanda, puta quia ap
paret canonicum contemptum: per hoc non licet variare, qꝛ forte
ratificabit contemptus, vel ſupplebit ſuperior: ⁊ talia non caſſan-
tur, niſi ad petitionem aduerſariorum. de prebē. cum in eccleſijs.
lib. vj. Sed ſi id petit contemptus, poterit reincipi ſcrutinium, ſi
13 non eſt facta electio: vt no. s. cap. proximo. ¶ † Si publicato ſcru-
tinio appareat qui velit probare de impedimento, differenda eſt
electio. ne eccleſia vexetur ſumptibus inanibus: nec citabitur no-
minatus, nec procedetur in modum inquiſitionis, ſecundum In-
no. Hoc non placet Hoſtien. quia ad capitulum non ſpectat has
probationes recipere. Eligant ergo, ⁊ opponens, ſi vult, ius ſuum
proſequatur coram ſuperiore. j. eod. c. j. lib. vj. Primam opi. putat
Jo.an. veram, ſi opponens dicat illum excommunicatum, ⁊ velit
ad cameram mittere pro inſtrō excōicationis, ⁊ ſi amicus eligendi
dicat illum abſolutum, ⁊ velit mittere pro abſolutione, audietur.
Quo caſu credo qd ſuperior hoc habet decidere, vt dicit Hoſtiē.
14 ¶ † Si publicato ſcrutinio moriūtur omnes canonici. puta quia
tectum corruat, ſubſtituti tenebuntur eligere: qꝛ iam queſitum eſt
ius nominato per publicationē, qd propter caſum non perdidit,
15 ſm Inn. ⁊ Cōpo. ¶ † Sꝫ ſi publicato ſcrutinio oēs canonici excōi
cantur, vel ſuſpenduntur, puta qꝛ in collatione percuſſerunt cleri-
cum, ipſi non poſſunt eligere: ſuperior tamen, vel ipſi abſoluti ha-
bebunt prouidere. De quo de reg. iur. factū. li. vj. ⁊ ibi plene. ¶ Si
poſt publicationem excommunicetur electus culpa ſua, eligi non
debet. Si non ſua culpa, ⁊ ſic ſententia eſt iniuſta, non tollitur ſibi
ius queſitum: alias facile daretur via fraudibus. ¶ Si publicato
ſcrutinio apparet quod in omnibus ſunt pares, non eſt facienda
electio: quia nulli eſt ius queſitum. Et quod dixit tex. variari non
poteſt, ſi ad electionem. ⁊c. intelligitur in preiudicium nominati.
16 ¶ † Si publicato ſcrutinio aliqui dicunt ſe non conſenſiſſe in illū,
eis non creditur, quia ſunt ſingulares: ſed ſcripture, ⁊ ſcrutatori-
bus. s. eo. cum dilecti. alias facile eſſet hanc conſtitutionem elude-
17 re. Ad hoc quod no. de preſcrip. ad audientiam. ¶ † Si ad electio
nem canonici procedatur per viam ſcrutinij facta publicatione cū
non arctentur ad formā decretalis, quia propter. vt ibi eſt dictum,
videtur ꝙ poſſint variare, qꝛ ceſſat rō capituli. Dic vt ibi dixi in
prima qōne. Credo ꝙ idē eſſet in eis, imo fortius: quia completo
ſcrutinio cōpleta eſt electio, tenēdo quod cōis electio nō ſit neceſſa
18 ria in talibus, vt dixi. s. eo. in Geneſi. ¶ † Si patroni procedāt ex
forma, ⁊ publicēt ſcrutiniū, poterunt variare: quia non arctantur
ad formā: ⁊ ipſorum non eſt eligere, ſed preſentare. de quo de iure
pa. nobis. ⁊ ſic clerici variare poſſunt, vel poterūt vſqꝫ ad pñtatio-
19 nē, laici poſt pñtationē: vt. d. cum autē. de iure patrona. ¶ † Ulti-
mo publicato ſcrutinio in electione poteſtatis, vel alterius ſecula-
ris dignitatis, licitū eſt variare: qꝛ hoc nō eſt authorizabile. i. eis
nō delata a canone: vt diſputauit Jaco. de Belui. in aut. de colla.
collatio

20 coll.ix. ¶ † Circa tertiam partem, Primo, quero quis dicatur ſu
perior circa compellendos monachos, vel canonicos plebis ad eli
gendum abbatem, vel plebanum. Dic quod epiſcopus: quia eſt co
rum ſuperior immediatus. Sed in canonicis eccleſie cathedralis
putat Joan. Andr. quod ⁊ archiepiſcopus, ⁊ patriarcha erunt ſu
periores, ad quos ſpectat confirmatio cathedralis eccleſie, cogere
poſſe, vt ſicut confirmationis, ſic ⁊ iſtorum preparatoriorum ſit iu
dex. ff. de procu. ad rem mobilem. ⁊ l. ad rē legatā. xij. q. ij. nō liceat.
H. cum ſi. Et idem putat in quocunq; ſuperiore habēte ɔfirmare:
qꝛ compellent illos, qui debent eligere, publicato ſcrutinio eligere.
21 ¶ † Quis petet hanc compulſionem. Dic quod nominatus, ma
xime per modum denuntiationis. Nec notabitur de ambitione:
quia non oritur a ſe ipſo, vt in. c. cum in iure. ſ. e. Alij contra: qꝛ ex
nominatione nō queritur ius. Qđ credo verum naturale: ⁊ ſic per
viam denuntiationis agere poterit, vt impleat cōſenſum, vel offi
cium ſuperioris implorabunt. ¶ Tertio, ſi voluerint. eligere com
pulſi poſt publicationē, limitata eſſet poteſtas capituli: ergo ⁊ ſu
perioris, qui ſuccedit in ius illorum. ff. de iure fiſci. non intelligit.
§. poſterior. de ſup. neg. prela. cle. j. Et habet hoc locū, etiā ſi nomi
natus ſit de extra eccleſiam alias collegium. ¶ Nec obſtat. ſ. eod.
ne pro defectu. qꝛ nō inueniť dignus in eccleſia, ex quo capitulum
conſenſerat in extraneum. Vel ibi cū ptās trāſit libera, ⁊ hic nō eſt
ppter ius illi noiato queſitū. Nō ergo eligit ex ſuo voto, ſed perfi
cit ab illis inchoatum. Si vero ſcrutiniū publicatum non eſſet, li
cet perfectū, nō putat qđ eo caſu ſuperior, ad quē deuoluta eſt po
22 teſtas, teneať eligere illū noiatū, ſm Jo. Hic nō ſunt alia. ¶ † Ve
niamus ad gl. Et capio glo. j. que querit quid ſit ſcrutinium ⁊ re
mittit. ſ. eod. quia propter, hoc verum, prout hic ſumitur. ¶ Alie
habent ſignificationes. de capel. mo. c. ij. in prima gl. ⁊ ij. ⁊ ibi. j. eo.
23 c. ij. in gloſ. ij. libro. vj. ¶ † Oppo. cum ſecunda gloſſ. videtur quod
poſſit variare, quia publicatione ſcrutinij nullum ius queritur:
ergo poteſt variare. Gloſ. dicit quod non poteſt variare: quia res
deſijt integra eſſe: argu. ſ. c. in cauſis. ⁊ quia talis variatio poſſet
eſſe eccleſijs damnoſa: quia ſic protraheretur electio, ⁊ mora eſſet
periculoſa. Item quia per hanc publicationem negotium vide
tur quaſi ceptum. de offi. delega. gratum. de foro competen. propo
ſuiſti. Dat ſimile in ceſſione ſeruitutis a pluribꝰ heredibus: quia
qui ceſſerunt, variare non poſſunt: licet non ſit ius canonicum ac
quiſitum, ⁊ per ſuperiorem eligere compelluntur. Non obſtat de
tranſla. prelato. licet. vbi initiatur matrimonium in conſenſu ele
cti: quia ibi matrimonium initiatur ſolum in conſenſu: ſed in ele
ctione, ſeu poſtulatione negotium initiatur: quo ad impotentiam
reuocandi per eligentes, ratione predicta. Dic, ſi conſideres par
tes ſubſtantiales matrimonij, initiatur in electione: quia Prima,
eſt electio. Secūda cōfirmatio. Tertia conſecratio. Sed ſi conſide
retur pars prima, ſ. electio, habet partes multas quo ad formā, et
tres quo ad conſenſum votum, depoſitio ipſius, ⁊ publicatio, ⁊ ele
ctio. Cum ergo tranſitus factus ſit ad medium, vel ad duas par
tes huius partis clauſa eſt poteſtas variandi. Nec eſt bona ratio,
quia negotium dicitur ceptum: qꝛ ſic diceretur per alium anterio
rem actum. Ideo tu dic qđ matrimoniū inſpecto iure nature na
turaliter ex parte eligentium eſt ceptum, eo qđ conſenſerūt cōmu
niter: qđ facere cenſentur per publicationē votorum, ideo ius eſt
queſitum, ſaltem nature. De iſta ſecunda glo. etiam aliquid habui
24 ſti ſuperius. ¶ † Opp. cum glo. vltima qđ valeant ab electione di
ſcedere publicata electione: vt. ſ. de poſtu. prela. bone. ij. verſic. nec
nocebat. Solut. Predicta procedunt in electione: in poſtulatione
autem ſunt opi. Glo. hic, ⁊ in. c. bone. in duobus locis, ⁊ in. c. pen. et
fin. tenent quod idem quod in electione. Mouentur per caſum hu
ius capituli, ⁊. c. in cauſis. eo. titu. Et eadem eſt ratio, que in electio
ne, licet ius, quod eſt queſitum, non ſit niſi gratioſum. Tenentes
hanc partem reſpondent ad. c. bone. ver. nec nocebat, ꝙ illa eſt par
tis allegatio. ¶ Secūda fuit opinio quod poſt preſentationem fa
ctam pape non liceret diſcedere: ante ſic, etiam poſt publicationē,
per dictum. §. nec nocebat. a contrario. Omiſſis alijs opi. ⁊ ratio
nibus hinc ⁊ inde, Jo. an. tenet iſtam: qꝛ ibi caſus a contrario con
cludens doctrinā ꝙ argumentū a contrario procedit in iure cum
hac diſtinctione: qꝛ aut contrarij ſenſus reperitur contrarium ſta
tutū a iure, vel habet rationē alterį iuris, vel naturalē repugna
re: ⁊ non ſumitur argumentū a contrario ſenſu: vt de eta. ⁊ qualit.
indecorū. de fo. compe. c. ij. C. de epi. ⁊ cle. conuenticulā. Quandoq;
non reperitur contrarius ſenſus a iure damnatus, vel ratione: et
tūc aut verbum canonis, ex quo ſumiť, ponitur cauſatiue, ⁊ cauſa
inde ſumitur finalis: ⁊ procedit argumentū. Idē ſi ſumitur ex ver
bis diſpoſitiuis: ſi ex verbis cauſatiuis, ⁊ cū inde ſumiť impulſiua,
nō procedit argm̄ a contrario. Idē ſi ſunt plures cauſe, ⁊ ſumiť ex
altera tm̄: qꝛ vna ceſſante nō ceſſat diſpoſitio. Si aūt ſumiť ex ver
bis modalibꝰ, vel narratiuis, ceſſat ius argumēti. De quo l Spe.
de diſp. ⁊ alť. aduo. §. poſt hec. vſu, vel nō obſtat. de quo plene dixi.
Et an habeat locū in ſtatutis, de his, q̄ ſi. a ma. parte ca. cū apl̄ica.
per legiſtas in. l. pater. C. de cōdi. inſer. ⁊ in. l. j. §. huius rei fortiſſi
mū. ff. de off. eius, cui mād. eſt iuriſdi. j. de fo. cōpe. ſignificaſti. Sed
nō apparet expreſſum in iure, poſtulantes non poſſe variare poſt
publicationem: igitur ſumatur argumentum a contrario: vt. d. §.
nec nocebat. ¶ Nec obſtat hec decre. que de electione loquitur. Nō
obſtat quod eadem ſit ratio: quia hoc ius gratioſum, quod ſurgit
ex poſtulatione, non eſt tante virtutis, ſicut ius firmum: quia faci
lius tollitur ius ſingulare, ⁊c. in authen. de iureiuran. a mo. preſti.
§. j. Item ex verbis ⁊ ratione illius litere ſatis apparet quod ſit ex
25 verbis cauſatiuis. ¶ † Tertio oppo. quod liceat variare, ⁊ non va
let electio, ex quo eſt protracta. ſ. eodem. cum poſt petitam. Solut.
¶ Quandoq; eligentes protrahunt electionem malitioſe in mali
tiam electi: ⁊ tunc protractio non vitiat electionem. Ad hoc de ſi
mo. nobis. ne factum alterius alteri noceat. Quandoque eligen
tes protrahunt electionē negligēter, non ad pniciē electi: ⁊ tūc pec
cāt in forma, ⁊ nō vꝫ electio. Sic loquiť ibi. De quo dic vt ibi dixi.

1 ☞ Epiſcopus non diſpenſat cum caſſato ob ſimoniam.
2 Electio ſimoniaca caſſatur, etiam ſimonia commiſſa ignorante
electo.
3 Eligi non poteſt ea vice electus cum ſimonia.
4 Diſpenſat epiſcopus cum ſimoniaco etiam promoto.
5 Diſpenſat epiſcopus cum ſimoniaco promoto ad beneficium.
6 Diſpenſare non debet epiſcopus cum ſimoniaco promoto.
7 Diſpenſare quando poſſit epiſcopus cū ſimoniaco iam promoto.
8 Ignorans punitur ex facto alterius propter proximitatem vitij
commiſſi.
9 Ratihabitio mandato comparatur.
10 Reſignatio libera que ſit.

1 SI alicuius. ¶ † Caſſata electione propter
ſimoniam, etiam ſine culpa ele
cti, non diſpenſat ea vice ep̄s cum caſſato: ſecus ſi ele
ctus libere reſignauit. h. d. ſecundum lecturam gl. Tu
dic ꝙ non ſummať propter diuerſos intellectus, ⁊ eius breuitatē.
Et due ſunt partes. Prima loquitur in electo per ſimoniam igno
ranter ad dignitatem. Secūda loquitur in ignorāter promoto ad
2 ſimplex beneficiū. ¶ † Nota primo qđ caſſatur electio ſimoniaca,
40 ad tertiam partē.ver.ſed neqꝫ iſta pars tollit obiecta duo.¶ †No
ta primo ad principale intētum pape quod eccleſia poteſt dici du
pliciter viduata.Uno modo ſimpliciter,⁊ omni reſpectu.⁊ hic nul
lum ſupponitur vinculum inter eam ⁊ ſponſum. Secundo modo
quo ad quid:⁊ tunc tot modis poteſt dici vidua, quot aliquo acci
denti extrinſecus conſiderato vir eius eſt inutilis,⁊ inhabilis quo
ad exercitia matrimonialia:⁊ hoc modo eccleſia poteſt dici vidua,
que habet electum cōfirmatum,nondum cōſecratum:quia deficit
41 in exercitio illorum,que ſunt ordinis. ¶ † Secūdo nota ex hoc ꝙ
hec paria ſunt quo ad quid,nō habere,vel habere aliquid,ſed inu
42 tiliter.¶ † Nota tertio ꝙ cōmunis vſus loquendi in interpreta
tione verborum iuris attenditur ꝙ verba expandiantur, ⁊ prolata
intelligantur non ſimpliciter,ſed ſecundum communem vſum lo
quendi:⁊ ſic verba ſimpliciter prolata ſimpliciter debent intelligi,
niſi natura materie ⁊ cōmuni vſu loquendi reſtringantur. Pro
43 uerbia ergo allegare poſſumus extra de Iudeis.Iudeos.¶ †No
ta ſecundum principale ad intentum loquentis, quod permiſſum
ſub ratione pene non intelligitur permiſſum ſub ratione gratie,⁊
ſic actus permiſſio non extenditur ad caſum oppoſite rationis.
44 ¶ †Nota quod iure ſingulari permiſſa non extēduntur,nec ex
tendi debent ad alios caſus:maxime ſi non ſunt paris rationis,⁊
45 idem etiam ſi forent. Ad hoc de priuilegijs.ſane.¶ †Et nota qđ
in materia prohibita cōmuniter omne,qđ nō apparet conceſſum,
concluditur ſub regula prohibitum : ⁊ tunc omne omiſſum habeſ
pro prohibito:⁊ pcedit generale, Erubeſcimus abſqꝫ lege loqui:
⁊ quod a lege non permittitur,nō eſt ab homine preſumendum:et
quod decretis ſanctorum patrum non eſt adinuentum,nouis ſu
46 perſtitionibus non eſt nouiter preſumendum.¶ †Nota ꝙ mate
rialiter,alias naturaliter dicit litera,ex qua arguitur,ꝙ arctatur
confirmatus ad petendam conſecrationem intra ſex menſes:⁊ vide
tur quod tempus currat a tēpore electionis.Et nota penam:quia
ſi poſt tempus non aſſumat conſecrationem , ipſe poteſt compelli
ad cedendum:per quod apparet quod ſi cedere compellitur, ali
47 quod ius eſt queſitum.¶ †Oppo. primo quod non ſint ſex men
ſes,ſed ſunt quinqꝫ:vt patet in illo c.quoniam.100.di. quod hic al
legatur.Sol.Dicit glo.quod contrarium eſt verum : quia text.in
contrarium loquitur de quinqꝫ menſibus. Uel dic quod ille text.
habet

habet reſpectum ad menſes, prout ſunt cepti. Ad hoc. j. de temp.
ordina. literas. Nam finis quinq; menſium eſt principium ſex men
ſium. Hoc nota pro teſte cócordando: quia ſi dicat qđ vltra quinq;
menſes factum eſt, & vltra ſex menſes: vt ſaluetur coniungendo fi-
nem cum principio. Ad hoc. l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. pe. Simile ꝙ
dicitur, Chriſtum paſſum dum eſſet. trigintaduorum annorum, &
ſex menſium: quia ſex menſes a tempore natiuitatis vſq; ad para
ſceuen, poterant eſſe cepti, ſed nõ completi. Uel voluit tex. hic de-
terminare opin. Hug. qui voluit poſſe purgari moram intra men
ſem. Ad hoc. ſ. eo. ti. cum in cunctis. verſi. cum vero. & quod ibi no.
48 ¶ †Oppo. ſecundo, dicitur quod omne non conceſſum intelligi-
tur prohibitum: imo videtur qđ omnia cenſeantur conceſſa, que
non apparent prohibita. ff. de iudi. l. ſolemus. j. de cau. poſ. cum ec-
cleſia. xxx. q. iiij. illud. ij. q. iiij. qui ſpirituale. ¶ Gl. dat duas theo-
ricas. Prima eſt hec, qđ in materia larga, omne non prohibitum,
preſumitur conceſſum, & in iudicijs bone fidei, & beneficijs: vt p3.
j. de verb. ſign. cum olim. In abſolutionibus: de ſen. excom. nuper.
In materia ſtricta omne non permiſſum cenſetur prohibitum: vt
in contractibus ſtricti iuris. ff. de verb. ſignifi. l. quicquid in arbi-
tris. de arbi. cum dilectus. In priuilegijs: de decimis. ad audien-
tiam. ¶ Alij dicunt qđ aut cõſtitutio eſt promulgata affirmatiue:
& intelligunt omnia conceſſa, niſi appareant prohibita. xxxi. qđ. j.
Deus maſculum. Si negatiue ſunt prolata, omne prohibitũ cen-
ſetur, quod non apparet permiſſum. xxij. q. v. ſi nõ licet. cum ſimi.
De hoc 100. diſt. peruenit. ij. q. iiij. & ij. q. v. conſuluiſti. Dic quod
& olim, & hodie in materia prohibita, omne non apparens conceſ-
ſum, preſumitur prohibitum. In materia conceſſa omne, quo ad
ſui regulam, & generalitatem, preſumitur permiſſum, niſi appa-
reat prohibitum. Cauſa, quia quod eſt ſub regula, eſt cõmuniter
accidens: quod preter regulam: ſingulariter accidens, & regularia
preſumuntur, ſpecialia autem, & ſingularia non. Si autem vis co-
gnoſcere an ſit materia prohibita, vel permiſſa, conſidera modum
loquendi: quia ſi ius in materia loquitur permiſſiue, preſumitur
permiſſa: ſi negatiue, preſumitur prohibita. Et ſi queris, ſecundũ
ius nature, omnia fuerunt conceſſa, duobus exceptis. Primum,
quod quis non faceret alteri, quod ſibi non vellet, vt in principio
decretorum. Secundum, quod non faceret contra prohibitionem
ſuperioris: quod patet in prohibitione pomi. Superueniente iure
gentium deſtructum fuit illud prohibitorium, & omnia fuerunt
conceſſa, dummodo de iacco poſſet quis conceptum adimplere. l.
o. ius gentium. ſaluis petitionibus, & legatorum religione. Ter-
tium tempus fuit legis Moſaice: in iſto aliqua ſunt prohibita: et
aliqua precepta, Exodi xx. Poſtea ſuperuenit lex ciuilis, in qua
quedam prohibita, & quedam permiſſa. Quarto ſuperuenit tem-
pus gratie, quo declarata eſt lex vet', & patefacta eſt veritas, quo
tempore emanauit lex canonica, per quam ciuilis intelligenda eſt:
de celebr. miſ. cum Marthe. In his, que non ſunt prohibita, vel
49 conceſſa. ¶ †Uenio ad ver. ſane. Nota primo ꝙ tranſlatio attri-
50 buitur ſuperiori beneficij, ad quod fit tranſlatio † abſolutio, vel
conceſſio, attribuitur illi, a quo transfertur, ſeu a ſuperiori benefi-
cij, a quo transfertur: & ad illum ſpectat dare licentiam trãſeundi.
51 ¶ † Nota ſecundo penam transferẽtium epiſcopos, quibus trãſ-
ferre non competit, & etiam illorum, qui tranſlationi conſentiunt,
& tranſlatos conſecrant, vel confirmant: quia ſuſpenduntur a po-
teſtate conſecrandi, vel confirmandi: & pena tranſlati eſt, quia ſu-
52 ſpenditur a pontificali officio. ¶ †Nota tertio quod ceteris pari-
bus plus peccat ſuperior, quam inferior: & plus peccat inordinate
promouens, quam promotus: & minus aliorum ſequens errorem,
53 quam inducens ad ſequendum. ¶ † Nota quarto quod parcitur
54 ſponte confitenti, & veniam poſtulanti, & peccanti ex errore. † Et
nota qui dicantur peccare ex malignitate, dicuntur peccare, qui
peccant ex certa ſcientia: ex ſimplicitate, qui peccant errore, quan-
tumcunque error ille cadat in latam culpam: ve eſt iura ignorare.
55 ¶ †Nota quinto quod videtur de ſubſtantia conſecrationis, vt
conſecrandus ad aliquam conſecretur eccleſiam, & certam, & deter-
minatam, & in qua ſponſus ſit conſecratus: ergo ad eccleſiã, in qua
non eſt ſponſus, non eſt recte conſecratus: quia non eſt ad eccleſiã,
in qua eſt ſponſus, cum in illa non conſecretur, nõ ad illam, in qua
non eſt ſponſus: quia ad illam conſecrari non poteſt. Et per hoc
videtur quod conſecratus in epiſcopum ad eccleſiam, in qua eſt
intruſus, quod non recipiat habitum conſecrationis a Deo,
quod poſtea inde remotus remanet etiam epiſcopus nullius ec-
56 cleſie. ¶ † Nota ſexto quod alligatus alteri eccleſie habet duplex
impedimentum, ſi ſuſpendatur. Primum, eſt impedimentũ prio-
ris vinculi. Secundum eſt impedimentum ſecunde ſuſpenſionis.
57 Oportet ergo quod in vtroque diſpenſetur. ¶ †Nota ſeptimo ꝙ
conſenſus nullus ex perſeuerantia conſenſus in rudi modo poteſt
operari quo ad facilitatem diſpenſandi, non quo ad validitatem
58 electionis: de quo ſ. titu. j. bone. ¶ † Opp. primo quod leuius de-
buerint puniri iſti archiepiſcopi, vt ſ. c. proximo. Solu. Hic plus
deliquerunt, quia hic fuit tranſlatio, & conſecratio. Item quia po-
59 tuerunt maturius videre, eo quod plures fuerunt. ¶ † Op. quod
debuerit hic admitti electus: imo debuerit priuari. ſ. e. c. licet. Sol.
Hic papa ſecum egit gratioſe: de iure enim debebat vtroque pri-
uari: & capitulum etiam debuit illa vice priuari poteſtate eligendi,
60 niſi papa etiã cum eo diſpenſaſſet: de elect. cũ in cunctis. ¶ †Opp.
quod hic tranſlatus non debuerit ad gubernationem eccleſie ad-
mitti, imo debuerit vtraq; priuari. ſ. eo. c. licet. ¶ Sol. Glo. fate-
tur quod de iure hic priuandus erat vtraq;, & electores poteſtate
eligendi, vltra hoc & electus, cum elegiſſent inhabilem, ita quod to
tum, quod hic fit, fuit gratia. Idem Hoſtien. qui dicit quod & in
alio fuit gratia: quia conſenſus a principio fuit nullus, ſiue fuerit
electus, ſiue poſtulatus, eo quod non potuit ab alio poſtulari, quã
a papa: de poſtu. cap. ſi. Et ſic conſenſus ille initialis matrimonij
nullus fuit: nec etiam potuit aliquis. Sed hic approbat papa, cui
non licet dicere, cur ita facis. xix. di. in memoriam. Unde ſi intelli-
gamus de perduratione in cõſenſu quo ad canonicos, id eſt vt de
nouo conſentiant: & ſic de eodem in genere: ad quod de poſtu. bone.
Uel ſi intelligatur ſi in priori conſenſu conſiſtant, vel ſi intelligãt
de conſenſu epiſcopi electi, cui papa vult facere gratiam, vtrobi-
61 que totum, quod fit, gratia eſt. ¶ †Quero an epiſcopus cõſecra-
tus in terminis decre. poſſet dici conſecratus ad aliquam eccleſiã
ſpecifice: & ſi non eſt conſecratus, an conſecratus ſit ſaltem in ge-
nere, ita quod ſit epiſcopus & poſſit expedire in vita illa, que ſunt
ordinis. Dicit hic Hoſti. quod ſpecifice hic ad nullam fuit conſe-
cratus, fuit tamen conſecratus ad generalem, ad quam quilibet
conſecratur, cum vnica ſit tantum eccleſia: ſicut interdum profeſ-
ſus certam religionem, non eſt obligatus illi religioni in ſpecie,
ſed obligatur in genere, vt j. de regula. nõ ſolum. lib. vj. & c. ſequen.

1 ☞ Transferens ſe de vna eccleſia ad aliam, carebit vtraq;. 14.
15. 16.
2 Regula, quos Deus coniungit homo nõ ſeparet: trahitur ad ma
trimonium ſpirituale.
3 Deo reſeruata, videntur etiam ſuo vicario reſeruata.
4 Conceſſum ſub nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem.
Natura materie plus debet attendi quam verborum expreſſio.
5 Pape factum, attribuitur ipſi Deo.
Papa dicitur tenere locum Dei in terris.
6 Tranſlatio, & quelibet diſpẽſatio debet habere aliquam vtilitatẽ.
7 Electus ad aliam eccleſiam an poſſit bona adminiſtrare.
8 Pene imponende cauſa qua ſit.
9 Factum actus tranſeuntis, in notorium tranſire poteſt.
10 Sententia poteſt ferri parte non citata in factis notorijs.
11 Eligi licite non poteſt, qui eſt alligatus alteri eccleſie.
12 Tranſlatio non legitima poteſt dici non notoria.
Notorij effectum non impediunt circunſtantie.
13 Tranſlatum recipientes abſq; licentia pape ſunt ſuſpenſi.

1 QUanto. ¶ †Epiſcopus, qui propria authori-
tate de ſua eccleſia ſe trãſfert ad aliã,
carebit vtraq;. h. d. cũ ſeq. Primo factũ narrat. Scđo
aggrauat. ibi: nõ attendens. Tertio punit, ibi: ne aũt.
In iſta decre. habemus duo principalia. Primo factum, & aggra
2 uationem facti. Secundo penam † Circa primum. nota primo au-
thoritatem illam, Quos Deus coniungit, homo non ſeparet: tra-
duci ad matrimonium ſpirituale. Et ſic licet argui de carnali ad
ſpirituale, & econuerſo. Super quo dic vt de ſponſalib. cum apud.
3 ¶ †Nota ſecundo quod deo reſeruata, videntur vicario ſuo reſer
4 uata. ¶ †No. quod conceſſum ſub nomine proprio, tranſit ad ſuc-
ceſſorem, quando materia eſt nature, vt tranſeat ad ſucceſſorẽ. Et
ſic in ponderanda diſpoſitione, an ſit in rem, vel perſonã, plus at-
tenditur natura materie, quam attendatur verborum expreſſio.
Ad hoc. ſ. eo. c. j. & ij. de offi. deleg. quoniam abbas. Et nota quod
poteſtas epiſcopos transferendi ſpectat ad ſolũ papam. ¶ Quar
5 to nota argumentum pro antiquitate veneranda ¶ †Quinto no-
ta ꝙ factum a papa, vt a vicario Jeſu Chriſti, attribuitur factũ
6 a Deo, cuius locum papa tenet in terris. ¶ † Nota ſexto ꝙ trãſ-
latio, & quelibet diſpenſatio, debet in ſe habere vtilitatem, aut ne-
7 ceſſitatem: alias non eſt diſpenſatio, ſed eſt diſſipatio. ¶ †An ele
ctus ad aliã eccleſiã eo ipſo quod eſt alligatus alteri eccleſie, poſ-
ſit adminiſtrare bona. Dic quod non, ſecundum Hoſtienſem: quia
nõ poteſt ad aliam aſſumi aliter, ꝙ per poſtulationem: & aſſum-
ptus per poſtulationem non poteſt adminiſtrare, etiam in eccleſia
vltramontana, quia decr. nihil loquitur in electo. Aliud non pro-
ſequũtur hic doct. niſi de antiquitate ſuper gl. ꝙ antiquitas mul-
ta poteſt. Inter cetera dicunt quod antiquitas releuat ab onere
probandi titulum: de quo de preben. c. j. lib. vi. ¶ Uenio ad ſecun-
dam partem: & hic ponitur Primo pena eligentium. Secundo,
8 pena electi tranſlati. ¶ †Nota primo vnã cauſam pene imponẽde,

ne,ſcilicet facti peruerſitas trāſeat preſumptoribus in exemplum.
9 ¶†Nota ſecundo quod epiſcopum trāſiuiſſe ad aliam eccleſiam,
nō poteſt eſſe nō notoriū. Et patet:q2 factū actus tranſeuntis po
teſt tranſire in notoriū contra Hutrica.Sed ipſe diceret ꝙ habet
10 cauſam,alias candē manentē. ¶†Nota tertio ꝙ in notorijs fer
tur ſententia parte nō citata:de quo de iureiur.ad noſtram.de ap
pel.cum ſit.de coha.cle.veſtra.de elec. bone.de ver. ſig.ex parte. gl.
11 de reſcrip.ab excōmunicato. ¶†Nota quarto ꝙ alligatus alteri
matrimonio nō poteſt licite eligi:ꝛ ꝙ eligentes ſunt priuandi po
teſtate eligendi. Litera dicit ꝙ ſuſpendendi ſunt. Dicam cum gl.
12 Et nota quod quis puniendus in quo peccauit. ¶† Circa hanc
partem oppo.ꝛ videtur ꝙ tranſlatio nō legitima non ſit notoria:
quia poſſibile eſt ꝙ tranſiuerit cum licentia:ꝛ hoc,cum licentia,po
teſt eſſe occultum,quia nō patens oculis:de cle.excom. illud.Sol.
Quod tranſiuit, non poteſt eſſe niſi notorium:quod autem ſine li
centia tranſiuerit,poteſt eſſe notorium : tamen ſufficit factum eſſe
nō notoriū,ex quo licentie datio habet ſe per accidens:in qua gra
uatur onere probandi:vt patet in c. veſtra.de coha.cle.ꝛ quod ibi
plene no. Tales enim circunſtantie habentes ſe ex accidenti non
13 impediunt effectum notorij. ¶†Oppo. ꝙ non ſint ſuſpendendi,
ſed priuadi ipſo iure:vt patet de elec. bone:ꝛ de elect. cum in cun
ctis. Sol. Dic ꝙ hic nō peccauerit eligendo, ſed recipiēdo abſ
licentia pape,q2 forte poſtulauerunt. Vel dic ſuſpendendos,id eſt,
ſuſpenſos eſſe,ꝛc. Sed dices, Hoc nō ſufficit:quia debent eſſe pri
uati. Dic ꝙ iſta pena ꝙ priuati ſunt,eſt ſuſpenſio,quia ex toto nō
ſunt priuati,ſed ad tēpus:vt dixi de elec.bone. ¶ Venio ad vlti
14 mam partē. †Nota ꝙ derelinquens vnā eccleſiā, ꝛ attentans aliā
caret vtraq:quia priuādus eſt vtraq. Primo,propter ſuperbiā.
15 Secundo,propter auaritiam. ¶†Quero quādo habet locum pe
na, vt priuetur ſecunda habita. Dic ꝙ hoc procedit ſiue tranſi
uerit abſq licentia illius,cuius erat prima:de renū.admonet.vij.
q.j.nō oportet.ſiue ex eo ꝙ tranſiuit abſq licentia illius,cuius eſt
eccleſia,ad quam tranſiuit,quā ſua authoritate nō debet occupa
re:de preben.cum qui.lib.vj. Dic tu,ꝙ ſi vnā dimiſit cum licentia,
ꝛ aliam apprehendit ſine licētia,quia illa priuandus eſt tantū,in
qua licentiam nō obtinuit:ne plus extēdatur pena,ꝛc.de his, que
16 ſi.a maio.parte c.queſiuit. ¶† Quero an tranſiens ad ſecundam
abſque licentia , ſit priuandus,ſeu priuatus prima ipſo iure. Dic
quod nō ipſo iure,ſed priuandus eſt,ꝛ ſic remanet epiſcopus pro
ria eccleſie:ꝛ priores clerici adhuc ei obedire tenentur. Idem vbi
renuntiatio non tenet.de renuntia.quod in dubijs. Nam etiam la
ta ſententia res ſtatim nō perditur:vt Inſti.de oſſic.iudi. §. ſi. li
cet circa iura ſtatim ſentētia ſuum ſequatur effectum.ff.de penis.
in ſeruorum.§.ſi. Per quod patet ꝙ non perdit eccleſiā ex tranſi
tu,ſed ſuperioris ratihabitione. Dicit Io.And.ꝙ in curatis ſu
mus expediti per decre.de multa. In epiſcopatibus autē,in qui
bus nihil eſt ſtatutum,ꝛ quibus non poteſt renuntiari religionis
fauore abſq licentia pape,aliud eſt,ꝛ procedunt dicta. Ad hoc qd
no.de conceſ.preben.cum noſtris.

1 ¶ Transfert ſolus papa epiſcopos.
2 Arguere licet de matrimonio carnali ad ſpirituale,ꝛ econtra.
3 Matrimonium carnale non diſſoluitur ab alio,quam a Deo.
4 Matrimonium ſpirituale contrahitur inter eccleſiam ꝛ electum.
5 Matrimonium poteſt propter tres partes conſiderari.
6 Delinquere ex temeritate quis dicatur,
7 Diſpenſatio contra ius,eſt ſtricte interpretanda.
8 Tranſitus permiſſus ad maiorem,non videtur datus ad minorē.
9 Dumtamen,dictio quid importet.
10 Diſpenſatio quando facilius videatur poſſe concedi.
11 Diſpenſatio vt quis poſſit tranſire ad aliam eccleſiā quid operet.
12 Priuilegium an patiatur extenſionem.
13 Diſpēſatus ſuper trāſlatione,eligi,vel poſtulari quando debeat.

1 LIcet. ¶†Solus papa transfert epiſcopos,ꝛ in
dulgentia eius ſuper tali tranſlatione con
ceſſa ad literam ſeruāda,ꝛ ſtrictiſſime intelligenda eſt.
h.d. Primo ponit dictum. Secunda ibi:ſane.recitat fa
2 ctum. Tertia reſpondet obiectioni, ibi:neq. ¶†Nota primo qd
licitum eſt arguere de matrimonio carnali ad ſpirituale,ꝛ ecōtra.
3 de quo de ſpō.cum apud. ¶†Nota ſecūdo ꝙ carnale matrimoniū
non pōt diſſolui ab alio,quam a Deo:ꝛ ſic procedit. Quos Deus
coniungit homo non ſeparet. Et nota ꝙ illa verba ſunt Euange
4 lij, Quos Deus coniungit ꝛc. ¶ † Nota tertio ꝙ matrimonium
ſpirituale contrahitur inter electum ꝛ eccleſiam,non inter eligen
tes ꝛ electum. Alibi dicitur ꝙ inter eligentes ꝛ electum.ſ.de elec.
cum inter canonicos.ꝛ ſ.vt lit.non conteſta.quoniam. §. ſi autem.
5 quod intellige vt per Inn.dixi ſ.eo.cū inter corporalia. ¶†Nota
quarto matrimonium poſſe intellectualiter cōſiderari,ꝛ conſtrui
per partes,ſcilicet tres:quia partum principiū recipit in conſenſu,
partē ratificationis in cōfirmatione,partē cōſummationis in cō
ſecratione. Et nota ꝙ tale nō pōt ſolui abſq authoritate apoſto
lice ſedis. Et nota ꝙ tale vinculū non eſt niſi inter epiſcopū ꝛ eccle
ſiam. De quo ſ.de poſtu.c.ſi. Nō eſt ergo inter eccleſiam,ꝛ inferio
6 res prelatos. ¶†Nota quinto quo modo dicitur quis delinquere ex
temeritate. Quando delinquit cōtra ius obedientie, dixi ſ.de elect.
cum nobis.vel in c. tranſmiſſam.ꝛ etiam tunc dicitur delinquere
7 ex preſumptione. ¶†Nota ſexto ꝙ indulgentia cōtra ius,eſt ſtri
cte intelligēda. Et aduerte quia hoc probat tex.hic,etiā quatenus
agitur de preiudicio cōcedentis:ꝛ hoc qū cōceditur per viā priui
legij. Et ſic nota quod indulgētia, vt ſtricti iuris,ad limites ver
8 borū eſt reſtringēda. ¶†Nota ſeptimo ꝙ ex permiſſione trāſitus
ad maiorē,nō videt permiſſum trāſire ad minorē:q2 cauſa cōceſſio
nis fundatur ſub maiori vtilitate : q2 maior reperitur vtilitas in
maiore,ꝙ in minore. Secus qū fundat ſuper habilitate perſone:
q2 ſi eſt habilis ad maiora, eſt habilis ad minora. Vel poſſumus
colligere quod argumentū etiam a maiori non procedit in exorbi
tātibus. Unde nō ſequitur, Diſpenſatū eſt in maiori:ergo hic cō
9 ceſſum in minori. Ad hoc de prebē.cui de nō.li.vi. ¶†Nota octa
uo de defectu iſtorū verborū,dūtamē q2 reddit gratiā cōditiona
lem ad certitudinē vel indagationē eius,qd ſub illa ratione iungi
tur. Unde cantū eſt dicere,dūtamen nihil obuiet,id eſt,ſi nihil ob
ſtet de canonicis inſtitutis. Et nota ꝙ talis ratio,ſeu gratia, tan
quā cōditionalis,effectū nō operat ante purificationē,ꝛ certifica
tionē:an aliquid obuiet, ſeu in materia , ſeu in forma electionis,ꝛ
poſtulationis. ¶†Nota nono ꝙ hec clauſula, Dūſi nihil obuiet,
ꝛc.dat cauſe cognitionē ſuper eo qd ſubijcitur vt principale clau
ſule:ꝛ ſi hoc eſt priuilegiū,cognitio videt reſeruata ad perſonā cō
cedētis priuilegiū. Ad hoc ſ.de iudi.cū veniſſent. Et ſic hec clauſu
la nō ſonat in monitionē tantū,ſed tribuit etiā examinationē. Vi
de cle.ſ.de off.dele.ꝛ qd no.in c.ſi.ne preſum. ¶ Hic habemus tria.
Primo habemus cauſam,ex qua papa cōcindit temeritatē trāſe
untis. Secūdo habemus tranſitū, ꝛ factū temerariū. In tertia
tollit excuſationē allegatā. ¶ Venio ad primam. Primo videt ꝙ
papa hic ſit ſuperfluus in iſto titulo cū hac authoritate:q2 idē per
idē repetitur. Do. Hoſ.dicit ꝙ in primo capitulo papa ꝓbat per
locū ab authoritate. In ſecūda ꝓbat per locū a minori. In tertia
10 ꝓbat per locū ab antiquitate:hic per locū a ſimili. ¶†Secūdo op
po.cū gl.que eſt ſuper verbo Initiatū.hic dicit matrimoniū ini
tiari,ꝛ deinde cōfirmari. Per hoc preſupponit matrimoniū perfi
ci per partes:ꝛ ſic habere partes diuiduas. Hoc eſt falſum,q2 vin
culū matrimonij momento perficitur:vel ſtatim eſt, vel non eſt:er
go non poteſt capere finem,principium,vel medium in partes : q2
hoc capiunt tractum neceſſario. Quod momento expediatur,pa
tet.xxvij.q.ij.c.ij.vbi patet quod eſt res indiuidua:ꝛ aut eſt, vel nō
eſt in momento. Glo.reſpondet quod ſi ponderatur matrimoniū
penes ipſam vinculi ſubſtantiam,ꝛ medium quo ad illa, que ſub
ſtantialiter producūt carnale,non expeditur per partes,imo mo
mento eſt,vel non eſt. Si conſideratur quo ad accidentia extrinſe
ca,vel virtutes:ꝛ tunc poteſt dici habere partes. Subſtantialiter
enim matrimonium capit principium ꝛ finem a cōſenſu:ꝛ ſic cum
conſenſus ſimul momento expediatur, momēto etiam perficitur.
Ante enim,quam ſit conſenſus mutuus,non eſt matrimonium:ꝛ
ſtatim,cum eſt conſenſus mutuus, eſt matrimonium. Si quo ad
alias partes extrinſecas, ꝛ virtutes conſtitutiuas, poteſt eſſe in
parte,ꝛ non eſſe in parte,non poſſumus matrimonium ſpirituale
ꝛ carnale conſiderare reſpectu preambulorum neceſſitantium ad
finem matrimonij:ꝛ hoc reſpectu poteſt dici initiatum non vincu
lum ſubſtantiale,ſed aliquid ſubordinatum in finem faciendi , vel
producendi vinculum. Poteſt exemplificari in electione,ꝛ electio
nis publicatione:q2 ſtatim perfectum eſt preambulum per reſpe
ctum ad eligentes neceſſitans vinculum. Sic poteſt dici in carna
li vinculo ſponſalitiorum, vt patet de ſpon.per totum. Sic ergo
poſt illud ſequitur pars,que perficit matrimonium cōſenſus pu
re electi:ꝛ ſic in matrimonio carnali, ſecuto conſenſu vtriuſq, ſic
eſt perfectum,in iſto perficitur:ꝛ ſic poteſt dici pars media in re
ſpectu ad principium extrinſecum preambule medium neceſſitan
tis,licet in reſpectu ad mediū matrimoniū nec media ſit,nec pars
nec vltima:ſed iſta eſt non diuiſa. Si tertio cōſideratur virtutes
cōſecutiue ad vinculū,ſequunt alie partes:q2 in matrimonio car
nali ſequitur copula,ratificat matrimoniū,nō qd aliqd addat ſub
ſtantifice ad vinculū, quaſi illud intēſiue extēdatur in ſubſtantia,
ſed ſolū addit quedā qualitas,ꝛ virtus extrinſeca a ſubſtātia vin
culi,per quā vinculū magis roborat quo ad difficultatē diſſoluen
di:q2 ibi poterat aliquo caſu diſſolui,vt in c.ex publico.de conuer.
cōiu.altero ex cōtrahentibus ingrediente religionē, modo ſic non
poterit:ꝛ in hoc copula ratificatur,ꝛ confirmatur vinculū, ꝛ ſicut
in carnali ratificatio ꝛ cōſummatio datur eodē momēto,ſic in ſpi
rituali quo ad virtutē roboratiuā vinculi:quo ad difficultatē diſ
ſoluēdi,dat poſt cōſenſum per cōfirmationē:q2 extūc vinculū eſt
ab eccle

ab eccleſia ratū, ⁊ efficiť ꝑ tūc indiſſolubile authoritate inferioris ⁊ pape. Mate ergo poterit diſſolui volūtate electi, ſecūdum verū epi. de qua. ē. c. inter corporalia. ⁊ no. de elec. ſi electo. li. vi. Cōſummatio aūt quo ad virtutē partus, alias pris filiorū in cōſecratiōe: qꝛ cōſecratus pōt alios ſpūales filios facere ordinādo, qđ ante nō poterat: ⁊ ſic ibi dať cōſummatio. In hoc ergo videť differre carnale a ſpūali: qꝛ ratificatio carnalis eſt ſimul cū cōſummatione, ſ. copula: ſed in ſpūali diuerſo actu cōcludiť. Et cū huius eſt, qꝛ vniuerſalis eccleſie in mr̄imonijs nō exigiť extrinſeca expſſa, ꝓbatio, ſufficit eccleſiā nō cōtradicere, ⁊ nō hre cāꝫ cōtradicēdi. Secus aūtē eſt in ſpūali: qꝛ oportet ꝙ pſona examineť, ⁊ ſpāliter approbeť: qđ fit in actu cōfirmatiōis: ⁊ ꝓ tāto dať actus de ꝑ ſe a cōſummatione. Et hec eſt veritas. De copula autē an addat ad mr̄imoniū: dic ꝙ nihil addit. Et de hoc habeť xi. q. iiij. qđ ꝓdeceſſor. Sic vidimus vnū ſignū legale in indiuiduis: nā ſeruitus nō pōt ꝑ partes trāſferri: tn̄ ante eā poſſent dari partes ordinate in finē eā inducēdi. ff. de ſerui. ruſti. predi. l. eſt receptū. ⁊ patet ex notatis in l. eſt receptū. ff. de ſer. vi. pred. Et hec ſufficiāt de prima parte. In ſecūda parte, vt facti recitatiua, nihil diciť. ¶ Venio ad tertiū: ⁊ hic aduerte: ⁊ hic facit tria. Primo recitat indulgentiā. Secūdo, ipſam oñdit nō ꝓficere, etiā ſuppoſito vno intellectu hic falſo. Tertio idē facit, ſuppoſito vero. ¶ Ad primū in illa poniť ſolus tenor, nec ei aliquid obuiat. ¶ Ad ſecundū dicit ꝙ licet videať aliqbus ꝙ poſſit trāſire ad maiorē, ⁊c. Oppo. ꝙ hoc nō poſſit, nec debeat videri: qꝛ ſi gratia eſt cōditionalis, nō videť ꝙ hoc poſſit indulgētia operari, donec fuerit ex inquiſitiōe purificata. Gl. fateť, ⁊ dicit ꝙ papa hic ex ſuperabundāti reſpōdit: ⁊ preſupponēdo intellectū falſum, nulli debet videri ꝙ etiam virtute illius indulgētie tranſire poſſit, niſi prius ſit purificata. Purificata aūt indulgētia iſtis hēre poterat videri ꝙ poſſet tranſire ad maiorem: ⁊ ſic intelligiť hic. ¶ Secūdo obuiat: diciť hic ꝙ ſi indulgētia cōcedit maiorē, poſſit tranſire ad parē per hoc: ⁊ ſubmittit, qꝛ facilius diſpēſatur in maiori, ꝙ̄ in minori. Cōtra imo faciliꝰ in minori ꝙ̄ i maiori diſpēſať. lvi. di. cū Vienneñſem. de fil. pſby. c. i. li. vj. ⁊ no. ē. de elec. ſcriptū. vbi ꝑ gl. Sol. Aliqñ dať impedimentū reſpectu pſone, vt ꝓpter accidēs criminis, vel aliud: ⁊ facilius in minori diſpēſať, ꝙ̄ in maiori: qꝛ in maiori requiriť maior habilitas perſone, ꝙ̄ in minori: ⁊ ideo tūc approbatur quia facilius ad minorē, ꝙ̄ maiorē. Quādoqꝫ ſub eſt impedimentū vinculi, ⁊ alligationis alteri vinculo, ſuppoſita habilitate perſone ad vtrūqꝫ: ⁊ tūc ſi in diſſoluēdo vinculo ꝓpter tranſitū facilius cōcediť in maiori, vt aſcēdat, ꝙ̄ ad parem, vt nō aſcendat, ſed gradualiter in pari gradu ambulet: qꝛ in primo pōt dari cauſa, in ſecundo nō, cū tāta ſit vtilitas, ꝙ̄ vtilitas in caſu iſto tanta reperiať in vno, quanta in alio: ſed maior pōt eſſe vtilitas in maiori, ⁊ tales diſpēſationes exigūt cauſam: ⁊ ſic loquitur hic. Ad hoc ē. de poſtu. ꝑlē. ij. ē. c. ꝓximo. Tertio videť ꝙ ex quo conceſſum eſt ꝙ trāſeat ad maiorē, cōceſſum videť quod poſſit trāſire ad parem: qꝛ cōceſſis maioribus, cōceſſa videnť minora. xvi. q. ij. viſis. de dona. paſtoralis. Glo. que incipit, ſed nōne cōceſſo. reſpōdit qđ cōceſſis maioribus, videtur cōceſſa minora. Sed dū dicitur, Concedere tranſitū ad maius beneficiū, eſt maius, ꝙ̄ cōcedere tranſitū ad minus: hoc eſt falſum. qñ cōceſſio fit ꝓpter vinculū: qꝛ tales cōceſſiones implētur ex cauſa, ⁊c. ⁊ ſine cauſa fieri nō poſſent. ¶ Ad propoſitū ergo leuius eſt cōcedere ꝙ trāſeat ad maius, qꝛ ibi ſubeſt aliqua vtilitas, ꝙ̄ ad parem, vel minorē eccleſiā: quia ibi deficit vtilitas: ⁊ primū cōceditur a iure, ſecūdū autē nō permittitur: ita ꝙ illud, qđ eſt maius permiſſum a iure, eſt leuius cōceſſibile, ꝙ̄ id, qđ eſt minus prohibitū a iure: ⁊ ſic loquiť hec materia. Vñ aliquando aliqd eſt maius, qđ leuius videť: etiā aliqđ eſt leuius, qđ maius videť. Ad hoc qđ no. in d. c. paſtoralis. Ad hoc de elec. nemo deinceps. lib. vi. vt eccleſia. beneficia. c. vno. ⁊ qđ no. in cle. ſi vna. de reb. eccle. nō alie. de elec. ſi religioſus. lib. vi. cōiuncta decre. ne cleri. vel mo. c. ij. co. li. ad hoc clemē. de hereti. nolētes. in principio. ⁊ no. de

11 elec. in cle. ne Romani. ꝯ. irritū. in prima gl. ¶ † Ad tertiū hic oppo. cū gl. que eſt ſuper verbo Poſtulatio, ⁊ videtur ꝙ per hāc indulgentiā potuerit tranſire abſqꝫ aliqua licentia. Primo, qꝛ verba indulgentie latiſſime interpretantur, ⁊ ſic qđ aliquid opereť. de ver. ſig. abbate. hic nihil operantur: ergo, ⁊c. Nam hoc de iure communi facere potuiſſet, a papa licentia petita: ſed ſi non habebit expectare licentiam pape, nō addet priuilegiū aliquid ad ius, qđ eſt contra naturam priuilegij, qꝛ priuilegium eſt priuans legē. xij. diſt. priuilegia. ff. ad munici. l. i. ſi. de leg. i. l. ſi qñ. Glo. ad primū, qđ diciť, indulgētias latiſſime interpretādas: Reſpōdit primo ꝙ hoc eſt verū ꝙ̄tū patitur natura verborū indulgētie, vltra non: qꝛ nō tantū eſt trahēda latiſſima, ꝙ rūpatur. Hic aūt papa ſublimitauit cōceſſionē, dum tñ nihil obuiet, per qđ cū ſit dubiū, reſeruauit ſibi examinationē: cōtra verba ergo nō ampliabiť vt tranſeat ſine examinatione. Ad hoc de priui. ſi de terra. ⁊ patet de cōſue. cū dilectus. ¶ Vel ſecundo quedā ſunt indulgentie, que ſunt beneficia, que nō exorbitāt a iure cōmuni, ⁊ talia latiſſime interpretanť: quedam exorbitantia a iure, ⁊ talia nō intelliguntur latiſſime: ⁊ de his loquitur hic. Nam ſi ampliaretur, hic derogareť iuribus, per que cōſtricta examinatio ⁊ poſtulationum, ⁊ electionum ſubuerteretur ⁊ hoc, quia tales indulgentie eo quod a iure exorbitant, preſumuntur ambitioſe obtente. j. q. i. principatus. ¶ Ad ſecundum, quod priuilegium debet aliquid operari, ⁊ intelligi vt addat reſpondendum ꝙ hic operabitur: nam duo erant impedimenta in tranſitu. Primum, quia alligatus primo vinculo, per qđ inhabilitatur ne poſſet tranſire, nec etiam poterat conſentire. Aliud erat impedimentum, quia nō poterat ibi trāſire nō examinatus. Prima impedimenta tolluntur ex ſola licētia: ſed quia operatio illorum non poteſt dari ante examinationem, per hoc non poterit dari exercitium illorum antequꝫ examinetur: eo ergo examinato poterit ante examinationem etiam tranſire, ſeu conſentire: ſed poſtea non poterit tranſire antequā ſit examinatus: ⁊ ſic loquitur hic. Et hoc operatur ſcriptura illius priuilegij, quia contra ius. ¶ Secundo hoc operatur tenor verborū, de cuius mente apparet, papam voluiſſe ſibi reſeruare examinationem. Extēdebat ergo iſte priuilegiū in duobus. Primo, quia volebat tranſire ad parem, ⁊ erat cōceſſum ad maiorem tantū, qđ facilius conceditur. Et ſecundo, qꝛ volebat tranſire nō examinatus, qđ erat cōtra mentē reſeruationis, ibi: dū tamen, ⁊c. ⁊ cōtra intentū priuilegij: quod ſtricte interpretandum eſt. ¶ Dicit Hoſ. ꝙ vltra hoc operabitur iſta indulgētia. quia nō poſtulatus alias nō habebat ius petendi confirmationem, modo ex vi licētie poterit, ex quo de perſona ⁊ poſtulatione cōſtabit. Qđ non placet Hoſtien. quia dicit quod ſine tali indulgētia habet ius petendi confirmationem, ⁊ abſqꝫ ea confirmatur, quando petitur propter vtilitatem eccleſie, vt ipſe no. ē. de elec. cum monaſterium de Pellicia. Secundo dicit Hoſti, quod operabitur circa examinationem: qꝛ vbi alias examinatio ſpectaſſet ad papam, quia papa habet admittere, modo ex quo eſt data licentia tranſeundi, poterit tranſire abſqꝫ examinatione pape: ⁊ poterit patriarcha examinare ex vi licentie, quod alias non poſſet, niſi alias ſit hic immediate ſubiectus pape: quia tūc papa habet examinare: nec dicetur tunc patriarcha iure ſuo examinare. ſed ex hac licētia generali pa-

12 pe. ¶ † Hic doc. tractāt, ſeu querunt. vtrū quid priuilegium. alias beneficium debeat extendi. Dic quod aut loquitur in priuilegio: ⁊ ſtricte interpretatur, dummodo aliquid operetur contra concedentem. Aut ſapit naturam beneficij, ⁊ ideo late interpretatur, ſed ex hoc alteri non infertur preiudiciū, ꝙ̄ concedenti: ſic loquitur hic. Aut loquitur in beneficio: ⁊ tunc aut eſt ambitioſum: ⁊ ſtricte intelligitur. Et dicitur ambitioſum multipliciter. Quādoqꝫ qꝛ cōtra naturalem rationem, vel equitatem, vel tangit periculum animarum, vt hic, ⁊ ē. tit. i. duduꝫ. ij. ad fi. Quandoque ambitioſum, ⁊ odioſum eſt ratione perſone: de fil. presby. literas. ⁊ c. fin. vt quia perſona eſt propter qualitatem cōmuniter iuri exoſa. Quandoqꝫ ratione ſui tenoris, vt contra ius alterius impetratum. ff. de vulg. ⁊ pup. ex facto. Aut eſt fauorabile, quia nō concernit incommodū alterius: ⁊ tunc latiſſime interpretatur. Quod dicit hic Hoſti. etiā ſi in aliquo deroget iuri. Quod intelligo de iure cōmuni concernēte concedentem: alias ſemper ſtricte interpretaretur, quia tranſiret naturam priuilegij. Hoc verum quatenus verba patiuntur, non vltra, vt hic. De hoc de verb. ſig. olim. vbi bona glo. Et bene differentiā inter priuilegium ⁊ beneficium, poſuit glo. ē. cod. inter

13 corporalia. ¶ † Oppo. innuitur quod habens indulgentiam debeat poſtulari, imo videtur ꝙ non debeat poſtulari, ſed eligi. Ex quod enim data eſt licentia trāſeundi contra vinculum, habet licētiam apertam, ⁊ difficultas trāſeundi eſt ſublata: ergo debet poſſe eligi. Ad hoc ē. de elec. cū Vintoñ. Sol. Dicit hic Inno. expreſſum quod licet diſpenſetur cum aliquo inhabili ad electionem, ꝙ ex diſpenſatione non habilitať ad modū prouidendi, vt poſſit eligi, ſed debet poſtulari. Unde dicit in hac materia ſic dicēdum, ꝙ quandoqꝫ diſpenſatio ex toto non tollit impedimentum, a quo neceſſitatur via poſtulandi. Exemplum: vt in alligato alteri eccleſie: quia licet detur licentia, per hoc non tollitur vinculū materiale, ex quo ſurgit difficultas: ⁊ tunc poſtulari debet, vt hic. Quandoque tollitur vinculum prima facie ex toto: ⁊ tunc conſidera quale ſit vinculum, aut eſt odioſum: ⁊ tunc diſpenſatio eſt fauorabilis, ideo tollit ipſum ex toto. Exemplum ponit in illegitimitate. Rationem aſſignat: quia facilius tollitur odiū, quam tollitur fauor ⁊ non remanent alique reliquie. Per quod dicit Inno. quod eligi poteſt. Dat ſimile in pacto, quod tollit ex toto obligationē ⁊ actionem deſcendentem ex delicto, quia odioſa eſt. ff. de pactis. l. ſi vbi. ꝯ. quedam. vnde nullis remanentibus veſtigijs, aut reliquijs, valet quod agitur, ⁊ eligi poteſt: vt in illegitimitate. Illegitimus: ergo legitimatus poteſt eligi. Quandoque vinculum eſt fauorabile: ⁊ tunc diſpenſatio eſt odioſa, ideo reſtringenda: ⁊ tunc defectus ex toto non tollitur per diſpenſationem quo ad reliquias, ⁊ veſtigia prima, quia fauor difficiliter confunditur: vt patet in alijs actionibus fundatis ſuper fauorabili cauſa, que non tollitur ipſo iu-

re, ſed elidat̄ ex pacto.ff.de pactis.ſi vnus.§.pactus.⁊ in propoſito,vt dare contra vinculum licentiam,quod eſt fauorabile:⁊ tūc non poteſt eligi,ſed debet poſtulari.Et ſic poteſt etiam loqui hic. Per quod concludit hic Inno.quod neceſſaria eſt poſtulatio:⁊ fuit poſtulatus,vt hic,⁊ tutius qđ poſtuletur:licet ſecundum eum poſſet tolerari qđ eligatur per mutuum cōſenſum eligentiū ⁊ electi,propter licentiā poteſt cōtrahi matrimoniū.Dicit tñ tutius qđ eligatur etiam poſtulandus,vel poſtuletur in eligendū.Satis credo qđ hec forma ꝓcederet ꝓpter probabile dubium,per.c.i.de poſtu.prela.ſeruata forma:vt ibi dicit Hoſti.qđ tutius eſt qđ oīa per papam fiant,⁊ qđ hic nō conſentiat ſine conſcientia pape:quia huius dubij ſuperior eſt papa,non ipſe poſtulatus.Inno.autem reſidet:⁊ Ioan.ꝙ poterit de iure conſentire,⁊ quod examinare poterit iſte inferior,vt dixi,vt patet ibi:per eum examinatio facienda:quia ſic imperſonaliter eſt locutus,vt notet quod ſibi nō eſt reſeruata.Sic de elect.ne pro defectu.Qđ ſatis mihi placet:quia licentia aperit viam ad vinculum,vt aliquid operetur.Et credo ꝙ hoc poſſet facere ante examinationem:⁊ quia examinatio exigitur demum ante tranſitum,vt etiam ſenſit glo.vel cum licentia ſit conditionata,ſi idoneus ſit,melius credo qđ ante examinetur,vt purificetur conditio indulgentie:per qđ apparet quod tutior eſt opi. Hoſt.¶ Ultimo quero qualis erat hec examinatio.Dic qđ erat extraiudicialis:ſicut ⁊ cum mādetur alicui vt alteri ꝓuideatur, ſi eſt idoneus,non neceſſitatur ad aliquos citandos,ſecūdū Inn. de quo vide de preſum.c.fina.⁊ in clemen.i.de offi.deleg.de conceſ. preben.propoſuiſti.⁊ vide de poſtula.prelato.c.i.per Innocen.de elect.cum inter canonicos:per eundem.que nota. Antonius de Butrio.

¶ De authoritate,⁊ vſu pallij. Rubrica.

1 ☞ Continuatio rubrice ad precedentia.
2 Pallium quid eſt.
3 Pallium a quibus concedatur.
4 Pallij forma quenam ſit.

1 ¶ † Supra viſum eſt de poſtulatis,electis,⁊ tranſlatis: ſed qꝛ aſ-
ſumptis per hos modos licet vti pallio,ſi ſic habēt dignitates,ad
quas aſſumunt̄:igitur ⁊c.De materia 100.diſt.per totū. xxv.q.ij.
2 galearū.¶ † Quid eſt palliū? Inſigne ornamentū archiepiſcopi,
vel epiſcopi,de corpore beati Petri ſumptum:de elec.ſignificaſti.
De epiſcopo dicit̄ ꝙ aliqñ palliū ſibi cōpetit ex priuilegio:de pre
3 ſump.cū in iunctute.¶ † Quis cōcedat palliū? Dic ꝙ quatuor pa
triarche:de priuilegijs.antiqua. Et dr̄ a palim Grece,Latine mo
tu vel cōcuſſione:nā plerūqꝫ palliū mouetur,⁊ palliū ſepius:vnde
miniſter multoties id cōcurrit miniſtrando:vel dicit̄ palleū a pal
lore,a palleo,palles:debēt enim pre ceteris Deū diligere:ieiunijs
4 ergo ⁊ vigilijs inſiſtendo pallidus eſſe ſolet.¶ † Quero de forma
pallij:dic ꝙ in eo ponuntur quatuor cruces nigri coloris,propter
mortificationem vitiorum,que debet eſſe in palliato:vt cum Apo
ſtolo dici poſſit,Mundus mihi crucifixus eſt,⁊ ego Mundo.ad
Gala. vltimo.Alij dicūt quod dicte quatuor cruces quatuor affe-
ctiones ſignificant gaudiū, dolorem,ſpem,⁊ timorē. Prima ante
pectus gaudium ſignificat.Secūda,que a ſiniſtris,ſpem. Tertia,
que retro dolorē.Quarta,que a dextris,timorē.Et iſta ſunt ꝯtra-
ria,⁊ ſic oppoſita ponuntur:ſed qꝛ qñqꝫ huiuſmodi affectiōes ex-
cedūt,⁊ ſunt potius afflictiones,Ideo in primis tribus crucibus
ponūtur tres actus,ad puniendū,⁊ reprimendum,ne excedat: in
quarta nō ponitur actus,qꝛ timor ſociū aculeum ſecū portat.Uel
prima notat gaudiū, que ideo preponitur ꝙ homo ſemper debet
incedere leta facie.In ſecunda dolorē,qꝛ in ſiniſtris ꝑpandet̄ omne
malum.Per tertiā timorē:quia timemus que nō videmus.Per
quartā ſpem:ideo ſine aculeo,qꝛ vt quis magis ſperet,ꝙ timeat:
vel per ipſas deſignantur quatuor virtutes cardinales.Per pri-
mam ante pectus,iuſtitia,vt ſemper ſit pre oculis.Per ſecundam
fortitudo contra aduerſa: eo ponitur a ſiniſtris. Per tertiam
prudentia:ideo retro ponitur.Per quartam temperantia,que ca
ret aculeo,quia nunquam excidit,ſed alia temperat.

1 ☞ Pallio vti poteſt archiepiſcopus intra quamlibet eccleſiam.
2 Pacta vel forma in traditione rei appoſita ſunt ſeruanda.
3 Intra,dictio denotat intrinſicitatem inter extrema.
4 Eccleſie appellatione quid veniat.9.
5 Inſignia iuriſdictionalia quouſqꝫ extendantur.
6 Archiepiſcopus quando pallio vti poſſit.
7 Proceſſiones debēt fieri ab epīs cum epiſcopalibus indumentis.
8 Archiepiſcopus regit ſuam prouinciam.
Pallio archiepiſcopus nō poteſt vti extra ſuam prouinciam.
10 Pallio quando quis poſſit vti.
11 Pallium denotat in iure poteſtatis plenitudinem.
12 Pallio vti pōt epiſcopus vel archiepiſcopꝰ etiā in exēpta eccleſia.
13 Pallo an poſſit vti archiepiſcopus in tota ſua prouincia.
14 Pallio an poſſit vti extra eccleſiam.

1 Cum ſuper. ¶ † Intra quālibet eccle-
ſiam prouincie ſue archi-
epiſcopus pallio vti pōt,extra eccleſiā nō.h.d.Cō
2 ſultatio ⁊ rñſio.Secūda ibi:qđ ita.¶ † Nota pri-
mo ꝙ pactū vel forma in traditione rei appoſita
3 ſeruāda eſt.l.traditionibus.C.de pactis.¶ † Nota
ſecundo de dictiōe Intra,que notat intrinſicitatē inter extrema,
4 nec extrema actus,cui iungitur,excedit.¶ † Nota tertio ꝙ appel
latiōe eccleſie qñqꝫ cōprehēdunt̄ vniuerſaliter eccleſie totius dioce
5 ſis.De hoc ſ.ne prela.vi.ſu.c.ij.vide de ver.ſig.cū clerici. ¶ † Nota
quarto ꝙ inſignia iuriſdictionalia,vel poteſtatem ſignificātia, in
his,que exercent̄ per viā volūtarie iuriſdictiōis nō extendunt̄ ex-
6 tra limites dioceſis.¶ † Nota qnto ꝙ archieps̄ ꝓceſſionaliter pōt
7 exire aliqñ eccleſiā ꝓpriā:⁊ tūc nō vtit̄ pallio.† Et nota ꝙ ꝓceſſio
nes debēt fieri ab epiſcopis cū indumētis epālibus:vt hic habes.
8 ¶ † Nota ſexto ꝙ archieps̄ regit ꝓuinciā.¶ Opp.ꝙ extra dioce-
ſim poſſet vti pallio.ſ.c.ex tuarū.Sol.De iure nō poteſt,vt hic:ex
9 priuilegio ſic,vt ibi.¶ † Oppo.ſecūdo ꝙ appellatione eccleſie cō-
prehendat̄ ſola eccleſia cathedralis:vt patet de verb.ſig.cū clerici.
Sol.Cōtrariū loquit̄ in materia ſtricta,in qua pōt alteri preiudi-
care:hic in materia larga,in qua nō pōt alteri preiudicare. Per
qđ apparet ꝙ ſi mādaret̄ epō ꝓuidere in eccleſia ſua,non poſſet in
10 alia dioceſi ꝓuidere.qđ nota.¶ † Quero qñ quis poſſet vti pallio.
Dic in miſſa ⁊ certis tantū diebꝰ.ſ.eo.ad honorē.vel qui cōtinent̄
11 in priuilegio ſuo.ſ.c.ſi.¶ Quid ſignificet.Gl. dicit ꝙ plenitudinē
poteſtatis.ſ.eo.c.niſi.Dicit Io.An.ꝙ audiuit ꝙ ſignificat eū ha-
bere alas ligatas:ideo ſuper vtrūqꝫ brachiū extēdit̄,hi hoc nō ꝓ-
12 bant aliquo iure.¶ † Quero an pallio poſſit vti in eccleſia etiā exē
pta.Hoc.ꝙ ſic,vt in cōcilio Uieñ.de priuil. archiepiſcopo.in cle.
13 ¶ † Quero an in tota ꝓuincia poterit vti.Quidā qđ nō:ſed expo
nūt ꝓuincia,id eſt dioceſi.Hoſti.intelligit,vt ſonat. Aliqñ dioce-
ſis.ponit̄ ꝓ ꝓuincia.ix.q.ij.epi.In literis ad lites,dic vt de reſcri-
ptis.Rodulphus.de beneficialibus dic vt eo.tit.Quis.lib.vj.ſ.de
14 prebē.ꝓ illorū. ¶ † Quero an extra eccleſiam poſſit vti.Aliqui di
cunt ꝙ nō,ſed ſolū in eccleſia:⁊ ſic intelligunt literam:vnde dicunt
ꝙ ſi ingrediat̄ eccleſiam proceſſionaliter,vel pro cemiterijs conſe-
crandis,quod non debet vti pallio.Anto.de Butrio.

1 ☞ Palliū archiepiſcopus nō pōt alteri archiepō commodare.
2 Pallium eſt perſonale,⁊ perſonam ſequitur vſqꝫ ad mortem.
3 Iura perſonalia non poſſunt ad alios transferri.
4 Archiepiſcopus poteſt alterum archiepm̄ inuitare ad celebran-
dum in propria dioceſi.
5 Sepeliendi non ſunt archiepiſcopi vel epi cum pallio altaris.
6 Sepeliri poſſunt archiepſcopi cum veſtibus ſacerdotalibus, ⁊
pallio,
7 Sepulturas effodientes puniuntur pena ſepulcri violati.
8 Heredes non debent moleſtari ex perſona defuncti.
9 Pallium non prohibetur commodari ad vſum videndi.
10 Sepeliri quomodo debeat archiepiſcopus cum ſuis pallijs.

1 Ad hec. ¶ † Archiepiſcopus alteri archiepiſco
po palliū cōmodare non pōt.h.d. Sunt
2 due partes.Secunda ibi:inquiſitionē.¶ † Nota primo
ꝙ palliū eſt perſonale,⁊ ſequitur perſonā vſqꝫ ad mor-
3 tem,velut vmbra:cū pallio ſepelit̄.¶ † Nota ſecūdo ꝙ iura pſona
lia nō poſſunt ad alios trāſferri,etiā per cōtractum commodati.
4 ¶ † Oppo.ꝙ archieps̄ pōt inuitare alienū archiepm̄ ad celebran
dū in ꝓpria dioceſi,vt patet vij.q.i.epi.igitur videt̄ ꝙ poſſit ei cō-
modare palliū.Sol.Hec fuit ratio dubitādi,vt ſicut poterat inui
tare,ita cōmittere palliū,⁊c.ar.ſ.de of.dele.c.preterea.ſed cōtrariū
5 eſt verū.¶ † Oppo.ſecūdo ꝙ non ſepeliat̄ cū veſtibus:de cōſec.di.
6 i.c.nemo.ff.de re.⁊ ſump.fu.l.ſi quis.§.funeris.† Sol. Speciale eſt
in veſtibꝰ ſacerdotalibꝰ,⁊ pallio,vt hic,⁊ c.nemo.loquit̄ de laico,q
nō debet inuolui in veſtibꝰ ſacris.Secus ſi de clericis:idē eſt de ve
ſtibus cuiuſlibet ordinis,vt in talibus ſepeliat̄,cuius ordinis eſt:⁊
hoc habet vniuerſalis cōſuetudo.Contrariū loquitur de palla al-
7 taris.† Cōtra illos aūt,q effodiūt tales cauſa derobādi,eſt pena
8 C.de ſepul.vio.l.pergit audacia.† infra nouē dies ab obitu, nume
rādos nō dꝫ qs moleſtari ex pſona defuncti,vt in aut.ibi ſignata.
9 ¶ † Quero an poſſit ꝯmodare vt ſartor videat,⁊ aliū faciat:dic ꝙ
10 hic ꝓhibet̄ cōmodatū ad vſum vtēdi,nō vidēdi. ¶ † Quero qđ ſi
archieps̄ trāſferat̄ ad aliū archiepatū,an habebit ſepeliri cū duo-
bus.Hoc.dicūt qđ ſic:nō poterit tñ vti priuilegio ad vſum ſecūdi
archiepatus,ponet̄ tñ palliū ſcđm deſup,⁊ aliud deſubtꝰ.Alij di-
cūt corpꝰ veſtiēdū vltio pallio tm̄:primū vero ponet̄ ſupra corpꝰ,
vel

vel ſupra caput, ſecundum Inn. qđ videtur rationabilius Hoſt.
⁊ qđ dr de duobus, idem de pluribus, ſecundum Joan. And.

1 Pallio transfertur plenitudo pontificalis officij.
2 Epiſcopus poteſt ſuum malefactum emendare.
3 Verecundia ſubiecti potius admittenda, quam confuſio prelati.
Honor debet preferri verecundie.
4 Pallij traditio quid conferat epiſcopo.
5 Mentiri non licet pro veritate.
Fingere licet pro veritate.
6 Epũs ante traditionem pallij non vocatur epiſcopus, ſed electus.
7 Conſulere nulli licet cum damno alterius.

1 **Niſi ſpecialis.** ¶ † Per palliũ transfert plenitudo põtificalis offi-
cij, ⁊ nomẽ archiepãle. h. d. Prima deciſe factũ narrat.
Scđa ibi: ſane. factũ aggrauat. Tertia cõcludit, ibi: tu
ergo. Quarta cõminat, ibi: qm. ¶ Nota primo ꝙ ante traditionẽ
pallij nõ cõfert per aliquẽ actũ plenitudo põtificalis officij, ⁊ no-
mẽ põtificale: ⁊ ſic ante pallij traditionẽ quis non põt appellari ar-
chiepũs: ⁊ ſic non conſequitur plenariam effectũ, ⁊ complementum
plenarie poteſtatis. Per qđ apparet ꝙ a nomine arguat effect⁹.
2 ¶ † Nota ſcđo ꝙ male factum prelati licite ab eo palliatur, ⁊ emẽ-
3 datur, ne in populi tranſeat exemplũ ꝓpter ſcandalũ. ¶ † Nota
tertio, ꝙ vbi ex facto ſequitur aut cõfuſio ſuperioris, aut verecun-
dia ſubiecti, potius ſuperior debet eligere verecundiam ſubiecti,
cuius eſt culpa, ꝗ̃ confuſionem ſuã: ⁊ ſic quis ſuũ honorẽ, ceſſante cul
pa, debet preferre verecundie ⁊ confuſioni inferioris ſibi ſubiecti.
4 ¶ † Opp. ꝙ ante traditionem pallij per cõfirmationẽ habuit ali-
quã ptãtem: vt pz. ſ. de tranſla. prela. c. j. de electio. qđ ſicut. Solu.
Ante pallij traditionẽ, ꝑ cõfirmationẽ recipit ptãtem quo ad illa,
que ſunt iuriſdictionis. ſ. de elec. tranſmiſſam. ⁊ ſ. de trãſla. prela.
c. j. ſaluo qđ eſt in maioribus: ſicut eſt cõuocare concilium: vt. j. d. c.
qđ ſicut. §. preterea. Fateor ꝙ recipit potentiam in predictis: ſed
ptãs in his, que ſunt ordinis, confertur a tempore traditionis pal
5 lij: vt. d. c. quod ſicut. 100. di. qm. ⁊ ſ. ti. j. inter corporalia. ¶ † Op-
ſcđo, innuit hic licitũ palliare quod malefecit: ⁊ ſic permittit men-
tiri, contra. ff. de tributo. illud. §. pe. xxij. q. ij. primũ. So. Mentiri
nõ licet, ſi pro veritate certum petatur: ſed bene licet fingere. Nam
Jeſus fingit ſe longius ire. j. q. j. ex his. Et bona ſimulatio probat.
quod metus cauſa. c. j. Unde non licet palliare mentiendo, dicendo
qđ poteſtas fuit ſuper hoc a ſede apoſtolica data: ſed ſecundũ Ho-
ſti. inſtabit ſermonibus, ⁊ excuſationibus vtendo verbis duplici-
bus, dicendo qđ qui eum reprehendunt, non viderunt omnia ſua
priuilegia. De quibus verbis duplicibus in alia materia, vide in
6 Spe. de aduo. §. ideo nunc. ¶ † In principio gl. primo colligit qđ
archiepũs ante pallij traditionem non vocabitur archiepũs: ſed di-
cunt doc. qđ vocabitur electus, vel poſtulatus ante conſecrationẽ:
poſt conſecrationem vocabitur epiſcopus. ⁊ vide gloſſam de relig.
7 do. c. j. ¶ † Glo. ſecunda proſequitur generalia, allegans concor-
dantias in ſi. opponit qđ non poſſum mihi conſulere cum damno
alterius, xxij. q. ij. primum. xi. q. iij. ſi quis vero. Jo. An. remittit ad
ibi no. ⁊ de regu. iur. locupletari. lib. vi. Dic ꝙ ſi quis facit aliquid
principaliter vt alteri noceat, hoc non eſt licitum: alias ſic, dum-
modo hoc indirecte faciat. Ad hoc. ſ. de elec. cum eccleſia.

1 Pallio ſemper ⁊ vbiꝗ vtitur papa. 4.
2 Papa eſt ſuperior omnibus.
3 Semper, dictio notat tempus, vbiꝗ locum.
5 Pallium in papa ſignificat plenitudinem officij.
6 Pallio quibus diebus debeant vti epiſcopi, vel archiepiſcopi.
7 Pallium quare dicatur de corpore ſancti Petri ſumptum.
8 Pallium vt detur, que exigantur.
9 Pallium intra quod tempus debeat peti.
10 Pallium debet peti per epũm, aut nuntium ſufficientem.
11 Pallium non petens intra tres menſes, an careat dignitate.
12 Nuntij factum doloſe geſtum, non preiudicat domino.
13 Veſtis epiſcopi ſerica que dicatur.
14 Epiſcopus poteſt vti extra prouinciam ſigno crucis.

1 **Ad honorem.** ¶ † Romanus pontifex
ſemper ⁊ vbiꝗ vtitur pal
lio: alij, tantum in eccleſijs ſuis, ⁊ certis tantũ diebus.
Scđa ibi: alij. ⁊ cauſaz diuerſitatis reddit, ibi: quoniã.
2 ¶ † Nota ꝙ papa ſolus vtitur pallio in miſſarum ſolennitatibus, ⁊
vbiꝗ. Et nota cauſam: q2 pallium figurat plenitudinẽ pontifica-
lis poteſtatis, in quã eſt aſſumptus vbiꝗ: ⁊ ſic papa eſt ſuperior
3 omnibus. ad hoc. ſ. tit. j. licet. ¶ Nota ſecundo ꝙ dictio Semper,
4 notat tẽpus: Ubiꝗ, locum. Ad hoc. ff. ſolu. ma. l. j. † Et nota ꝙ ar
chiepiſ pallio vtuntur ſolum in eccleſia propria, etiam in eccleſijs
prouincie ſue, ⁊ certis temporibus in anno. Et nota cauſam diuer-
ſitatis: q2 non habent plenitudinem poteſtatis, ſed ſunt vocati in
partem ſollicitudinis. Uniuerſalem ergo curam omniũ habet pa-
5 pa. ¶ † Oppo. ꝙ pallium etiã ſignificet plenitudinẽ ptãtis in infe-
rioribus. ſ. eo. in Geneſi. Sol. Dicũt doc. ꝙ in papa ſignificat ple-
nitudinẽ officij: ⁊ ſic aliquid ſignificat idem in vno, aliud in alio: de
6 preſump. illud. de ſacra vnc. c. vno. ¶ † Quero ſecundo, qui ſunt iſti
dies, in quibus confertur ptãs inferioribus in vtendo pallio. Gl.
ponens formam traditionis pallij, eos enumerat: quam vide, q2
7 clara. ¶ † Quare autem dicatur de corpore ſancti Petri ſumptũ,
habes. ſ. de elec. ſignificaſti. prout dicit glo. qđ in tribus tẽporib⁹.
Hoſti. dicit qđ in quatuor: ⁊ dicit Jo. an. ꝙ ipſe plus credit qđ id
equius, ⁊ q2 fuit palliatus. Jo. an. dicit ꝙ aliquibus plus conceditur
8 recurrẽdũ ergo eſt ad verba priuilegij. de priuil. porro. ¶ Quero
que exigantur, vt detur pallium. Dic ꝙ exigitur qđ fortiter, ⁊ fre-
quenter poſtulet. 100. diſt. preſta. niſi aliud fiat de gratia. de poſtu.
9 prelato. de elec. ſignificaſti. ¶ † Quero qñ debet peti pallium. Dic ꝙ
intra tres menſes a die conſecrationis: ⁊ ſi nõ fecerit, caret cõmiſ-
ſa ſibi dignitate. 100. di. q2 accuſatus. Et fertur hec ſnia per papã:
q2 inferior hoc nõ poſſet. iij. q. j. accuſatus. Hec vera. niſi fuerit im-
peditus: q2 tunc daretur ſibi annus, ⁊ plus. vij. q. j. conſtitutũ. lxx.
10 di. qñ quidem. ¶ † Quero, per quem. Dic per ſe, vel per nuntium
ſufficientem. Quatuor exiguntur vt dicatur ſufficiens: exigitur
enim qđ in ꝓcuratorio fiat mentio de quatuor vniuerſalibus ſyno
dis. de quib⁹. xv. di ſicut. C. de ſum. tri. l. ſi. ⁊ conſtitutionũ decreta-
lium Romanorum pontificũ. de ſum. tri. c. j. ⁊ ij. Scđm, ꝙ propria
manu mittentis ſit ſcriptũ. Tertiũ, qđ habeat mandatũ hic fidez
iureiurãdo firmãdi. i. iurãdi in aĩam mittẽtis, qđ ita credit firmi-
ter. Quartũ, ꝙ ptãtẽ habeat petẽdi palliũ. 100. di. qñ. Quintũ, for-
te ꝙ habeat mandatũ iurãdi in aĩam mittẽtis fidelitatẽ ⁊ obedien
tiã Romane eccle. de elec. ſignificaſti. lxiij. di. tibi. de iure iur. ego.
Sextũ, qđ fortiter petat: vt eſt dictũ. 100. di. optatũ. Septimũ, qđ
intra tres mẽſes petat: qđ ſi factũ nõ fuerit, deponat. 100. diſt. qñ.
niſi forte nũtius trãſmiſſus infideliter egerit, vel nimiũ impeditus
fuerit: ar. j. de pig. ſignificãte. q2 ſubueniendũ, vt ibi, ⁊ de re iudi. cũ
11 Bertoldus. ¶ † Nunqđ aũt dño elapſis trib⁹ mẽſib⁹ patiat hanc
penam, opi. ſunt. Jo. ꝙ ſic. Nec obſtat ꝙ dent quinꝗ. ſ. de tranſla.
prela. c. ij. q2 maius tp̃s vertitur in archiepali officio: ideo minus
tp̃s daf: ar. xlij. di. c. quieſcamus. Alij dicunt ꝙ nec metropolitan⁹
hãc penã patiet, niſi elapſis quinꝗ mẽſib⁹: ꝗ̃ lectura magis vr ami-
cari lre, ſm Hoſt. ſcđm quẽ lz etiã iſte rigor ſit ſcriptus, nõ ſeruaf,
⁊ põt dici qđ in deſuetudinẽ abijt. iiij. di. leges. imo nec admittitur
ſcđm cõſuetudinẽ curie elect⁹ petens, ſed dz petere ꝓcurator capi-
qꝛ ppria ſignificatio huius verbi cām ſapit finalē,⁊ impulſiua di⸗
ci videtur occaſio.de ma.⁊ obe.ſolite.⁊ Jo.lxj.di.§.his oībus.Hec
theorica nõ eſt bona,⁊ procederet ſi verbū cauſa,proferatur a ſta⸗
tuto,vel lege:ſed qñ nos q̃rimus,ſi nõ profert verbū cauſa,a lege,
ſed cām legis,an ſit finalis vel impreſſiua,que ponit p qꝛ, vel pro
eum,vel aliter,an ſit finalis,potius illa regulatur a natura mate⸗
rie.Ideo Accur.in.l.iij.§.vlti.ff.de dona.tenuit qđ cā in dubio pre
ſumatur impulſiua,per.l.cū tale.§.falſam.ff.de cõdi.⁊ demõ.⁊ per
l.Titio.ff.de cõdi.⁊ demõ.Joā.Mo.tetigit de hereti.accuſatus.
li.vj.dicit qđ ſi cā reſpicit vtilitatē tertij,in dubio finalis p̄ſumit.
ff.de leg.iij.l.ſi tibi ⁊ mihi.Si reſpicit vtilitatē illius,ad quē dirigi
tur cõmodū diſpoſitionis,vel implemēti,cā in dubio preſumitur
finalis,ſi reſpicit vtilitatē piā.l.ſi qs p redēptione.C.de donat.Si
nõ piā,in dubio p̄ſumit impulſiua.ff.de cõd.⁊ dem.l.Titio.Unde
ſi lego tibi cētū vt des Caio,illud qđ des Caio,eſt cauſa finalis le
gādi:⁊ qꝛ reſpicit vtilitatē tertij.Si lego mulieri centū p dote,vel
captiuis p redēptione captiuorū,illud qđ p dote,⁊ p redēptione,
eſt cā finalis.Si lego tibi decē vt emas caligas,illa p̄ſumit impul
ſiua:vñ valet legatū,lꝫ nõ emas.Hec vera in diſpoſitionibꝰ parti
cularibꝰ.Sꝫ ſi ſint ſtatuta,vel leges,ſi cā eſt funditꝰ iducēs ad in⸗
ſtituendū,finalis in dubio eſt:ſed ſi impellit alas facturū,p̄ſumitur
impulſiua.de reſc.ſup literis.p.§.ſexū.mulieres phibent a poſtulā
do:qꝛ officiū hoc eſt indecēs mulieribꝰ,nec eſt cā finalis:⁊ qꝛ que⸗
dā mulier Calfurnia in aduocatiõibꝰ corrūpebat iudiciū,illa fuit
cā impellēs.Aū dato qđ inueniat mulier honeſta,in qua ceſſat id,
qđ erat in Calfurnia,nihilominꝰ nõ poterit officiū poſtulādi aſſu
mere.Et ex hoc ppēdit qñ ſit cā finalis,vel ipulſiua.Tpe lecture
ita dixit.Dic hoc verū,qñ factū eſt indifferēs ad impreſſionē iſtiꝰ
vel illiꝰ cauſe.Cy.de epi.⁊ cle.l.gñaliter.dicit qđ ſi cā reſpicit vtili⸗
tatē tertij,in dubio finalis preſumitur.ff.de leg.iij.ſi tibi vel mihi.
Si reſpicit vtilitatē illius,qui dꝫ implere,preſumitur finalis,ſi il⸗
la cā eſt pia.ff.de iur.do.l.ſi ego.C.de dona.l.ſi quis p redēptione.
Si nõ eſt pia,tunc in dubio dꝛ impulſiua,per.l.Titio.p alleg.Hec
vera ſunt in diſpoſitionibꝰ particularibꝰ,q̃ ſunt ad cõmodū alte⸗
rius:ſed ſi ſint ſtatuta,vel leges,ſi cā eſt funditꝰ inducēs ad ſtatuē
dū,finalis in dubio eſt:ſi eſt impellēs tm̄,p̄ſumitur impulſiua.De
37 hac qõne dic vt p Bar.in.d.l.ij.§.ſi.ff.de dona. ¶ † Opp.qđ eo qđ
pmotꝰ tacuit inhabilitatē,ex hoc ſolo debeat deponi, ⁊ ſic nunq̃
poſſit reaſſumi.de ele.ex cõ.mi.poſtulaſti.50.di.ex penitētibꝰ.So.
Ibi tacuit impedimentū ppetuū,hic tpale.Tolle oppoſitionē gl.
38 ¶ † Opp.ſup glo.dimittere.Innuit hic ſimoniace pmotū nõ poſſe
redire ad epatū:⁊ ſic innuit nõ poſſe cū ſimoniaco diſpēſare.j.q.v.
quicq̃.⁊.c.pñtiū.ō ſimo.de ſimoniace.⁊ de elec.ſi alicuiꝰ.So.Uinc.
dixit ꝙ ſimoniace pmotꝰ nõ p̄t de iure eligi,vł poſtulari,ad epatū
39 reaſſumi,ſꝫ bñ põt poſtulari diſpēſatiue.¶ † Scđa eſt opi.qđ aut
ſimonia eſt in ordine:⁊ nullꝰ cū eo p̄t diſpēſare.j.q.j.ergo.⁊.c.qđ q⸗
dā.Imo plꝰ dicūt ꝙ nec ēt papa poſſet:qꝛ characterē hꝫ vitioſuꝫ,
cui renūtiare nõ p̄t:ideo nõ purgat vitiū illud.xx.q.vj.ſi res aliena.
j.gl.nõ plꝫ inquātū dicit de papa:qꝛ ille bñ põt cū ſimoniaco in or⸗
dine diſpēſare,lꝫ nõ poſſet inferior platus a papa.Ad hoc.j.de ſi⸗
mo.c.pe.Nec obſtat rõ,p q̃ cõcludit qđ papa nõ poſſit:qꝛ nõ pur⸗
gat vitiū,⁊c.qꝛ ſatis purgat vitiū eo qđ res deuenit ad dñm.ff.de
vſuca.ſi fur.j.q.j.qđ qdā.verſi.ſi forte.Itē in violēto detētore.ff.de
p̄cario.§.Julianꝰ.Ideo cõcludit gl.aliquo addito,qđ aut cõmiſſa
eſt ſimonia in ordine ſcienter:⁊ cū eo ſolꝰ põt papa diſpēſare,infe⸗
rior aūt nõ,etiā poſt peractā penitentiā.Et hec vera,qñ ſciēter ſe⸗
cus ſi ignoranter.j.q.v.p̄ſentiū.Hoc vltimū tēperāt doc.qñ ſimo⸗
nia eſt publica:ſi occulta,diſpēſant inferiores.l.epi.vt no.de ſimo.
de ſimoniace.De diſpenſatione cū ſimoniacis in ordine vel bene⸗
ficio,qñ ſciēter,tene qđ no.gl.⁊ doc.ſup ea.j.de ſimo.de ſimoniace.
Aut qs diſpēſat cū promoto p ſimoniā eo ignorāte cõmiſſam ad
inferiorē dignitatē epali,vel ſimplex bñficiū:tene qđ habet p glo.⁊
doc.ſuper ea,de elec.ſi alicuiꝰ.Quis aūt diſpēſat cū eo,q p ſimoniā
eo ignorāte cõmiſſam,vt poſſit reaſſumi ad eandē dignitatē,tene
qđ hic,qꝛ ſolꝰ papa.Ad qđ no.de poſtu.prelat.c.ſi.Sic apoſtillaui
tpe lec.Aut eſt ſimoniacus in beneficio:⁊ tūc aut vult ſolū ad or⸗
dines pmoueri,vel ad aliud bñficiū:⁊ põt eps diſpēſare.¶ Aut
intēdit reaſſumi ad eandē dignitatē,vel beneficiū:⁊ tūc ſi ſimonia
eſt ſcienter cõmiſſa,nõ põt ab inferiori a papa diſpenſari,nec de fa
cili papa diſpēſat,vt ptꝫ hic.Aut fuit cõmiſſa ſimonia ignorāter:
⁊ ſi beneficiū eſt ſimplex,data libera reſignatione ex diſpenſatione
epi põt ad aliud beneficiū reaſſumi.de elec.ſi alicuius.Et dt gl.qđ
⁊ tūc epſ diſpēſat,⁊ caplm tm̄.Si aūt bñficiū nõ eſt ſimplex.ſed eſt
dignitas inferior epali:⁊ tūc dic qđ poſt liberā reſignationē diſpē
ſat epſ ar.v.q.j.pñtiū.vbi diſpēſat,qđ eſt plus,cū ſimoniace pmo
to ad ordines ignorāter,vt poſſit ad bñficiū,vel dignitatē pmoue
ri.Ad hoc decr.ſi alicuiꝰ.de elec.a ꝯtrario.Si aūt de hoc cõtēderit in
iudicio,⁊ electio ſua reprobata fuit,ꝙ ſimoniace fuit adeptꝰ, ⁊ eo
ignorāte:⁊ tūc epſ illa vice,⁊ i illa vacatiõe cū eo nõ poterit diſpē⸗
ſare:ſed poſtea ſic.S.de elec.ſi alicuiꝰ.i pn.De hac materia.j.de ſi⸗
mo.de ſimoniace.⁊.j.q.iij.ex multis.p Hul.i Spe.ti.ij.§.nūc oſtēdē
dū.v.xxiij.⁊ ſeq.ſꝫ Jo.An.¶ Si agit de reaſſumēdo tm̄ ad epalē
dignitatē,tūc pmoueri nõ põt,nec debet abſq̃ diſpēſatione pape,
40 ⁊ ſolꝰ papa diſpēſat,ſed nõ de facili,vt hic videt.¶ † Quid ſi ali
quis de iferiori dignitate trāſiuit ad monachatū,an impediat eli⸗
gi ad locū,quē dimiſit.Quidā.ſ.Inn.⁊ Hoſt.dicūt qđ nõ,vt conci
liū,ō quo hic,loquit ſolū i dimittēte dignitatē epalē.Rõ,qꝛ epatꝰ
nõ dimittit ppter monachatū,ſed inferior dignitas ſic:nec i illis
ſic reqrit cā dimiſſiõis.j.de regulari.lꝫ.Talis em̄ bene aſſumit in
epꝫ,niſi ei fuerit pbatū crimē:quo caſu nec ppter cõciliū,qđ de ta
li nõ loquit,ſꝫ pp crimē repellit.xxv.di.primū.⁊ decr.ꝙ ibi no.Jo.
Dic ergo,ſi deſcēdit ad monachatū,qꝛ pp delictū depoſitꝰ ad agē⸗
dā pniāꝫ,nõ poterit reaſſumi:qꝛ eiꝰ crimē ſctm̄ eſt notoriū:igit re
pellit.Idē ſi pp crimē,ꝙ infamat ipo iure,trāſiuit.Si aūt trāſiuit
ppter crimē,qđ nõ iſamat,vel alr̄ exigat diſpēſationē,ſed pp aliā
cāꝫ,poterit reaſſumi.In dubio eſt dr̄ia iter epatū,⁊ aliā iſeriorē di
gnitatē:qꝛ vbi trāſit ab epatu,eſt ſuſpicio de crīe,nõ p̄t eligi:i infe⸗
rioribꝰ nõ eſt ſic ſuſpicio de crīe,cū ob aliā cāꝫ poſſit trāſire,⁊ mul
41 tiplicē,q̃ delicti.¶ † Quero qđ ſi epſ trāſiuit ad monachatū,po⸗
ſtea petit reaſſumi ad iferiorē dignitatē,nõ ad epatū.dt Jo.vbi ſu
pra,qđ poterit,cū ꝯciliū ſolū phibeat pmotionē ad epatū:ergo in
inferioribꝰ pmittit.Alij,qđ ad inferiores etiā dignitates poſtulā⸗
dus a papa.Fatetur tñ qđ in iſtis facilius diſpenſabit,quā in epa
tibus:tum qꝛ id nõ eſt cõtra cõciliū,tum qꝛ indignus maiori,non
propterea indignꝰ eſt minori.ff.de interdi.⁊ rele.l.relegatorū.§.ſi.
⁊.l.ſeq.¶ Tertij dicūt qđ ex quo prohibetur a maiori,⁊ fortius a
minori.de tranſla.c.ſi.vij.q.j.mutationes.Dicunt tñ qđ officiū ſi⸗
ne dignitate poterit habere,qđ eſt plus ad onus,quā ad emolumē
tū.C.de infa.l.j.Hoſt.nõ placet hec ratio:qꝛ ſi vera eſſet,nõ poſſet
eligi ad epatū:qꝛ magis eſt oneris,quā honoris.viij.q.j.q epatū.
ideo dicit qđ poterit habere beneficiū ſine dignitate,nõ illa rõne,
ſed hac:qꝛ potius eſt quoddā miniſteriū nudū,qđ facilius,quā di
gnitas,cõmittitur:qꝛ in maioribꝰ cautius eſt agendū.de elec.vbi
periculum.li.vj.j.q.j.§.ecce.Tene qđ hec decre.hꝫ locū in inferiori
bus dignitatibus,ſi trāſiens ab epatu trāſeat ad monachatum,⁊
etiā ad inferiorē dignitatē eligat.Ratio,qꝛ cauſa cõcilij habet lo
cū:nā cum deſcenderit ab epatu,poſſibile eſt qđ ex cauſa delicti: et
in talibus oportet eſſe delictū tale,quod impediat ordinis execu⸗
tionē,etiam poſt peractam penitentiam,⁊ tale impedit promouen
dū ad quācunq̃ dignitatē,etiā inferiorem.Et ſi dicatur, in dubio
cū plures cauſe alie poſſint adeſſe,qñ preſumimꝰ cām delicti. Dic
qđ illa nõ preſumit plus,quā alie:ſed qꝛ poſſibile eſt,ipſam adeſſe,
papa in hoc dubio eſt poſtulādus.Puto tamen qđ eo poſtulato,
quatenus conciliū impedit promouendum,⁊ diſpenſandum,cum
expreſſim non loquatur de inferioribus dignitatibus, nec modo
ſim contra cõciliū,qđ diſpenſandū erit,⁊ valebit poſtulatio.Sed

cū a papa ſit facienda poſtulatio, nō bene patebit effectus queſiti
42 q̄ poterit facere quicquid libet. ¶ † Quero an ſimoniacus inter-
ueniu parentū eo ignorante poſſit dimittere epatū abſq; licentia
pape. Dic qd ſtatim eo qd ſciuit, dimittere debet: alias ratificare.
Debet tamen habere licentiā pape: q̄ ſine eius authoritate non
pōt. ¶ Dicit Hoſt. qd ſtatim cū venit ad eius notitiā de ſimonia,
vocare debet perſonas idoneas, ⁊ coram eis exponere factum, et
proteſtetur qd inuitus epatū tenet, cū ſine eius licentia cedere nō
poſſit, ⁊ corā illis faciat procuratorē, quē in preſentia illorū mittat
ad curiā. Et ſic, ⁊ nō aliter, putat illū tutū. Allegat de appel. c. ſi.
ſm Hoſti. Et hoc tene: q̄ habet coloratum tenere, vt dixi in. c. pre
43 cedenti. ⁊ vide qd no. de ſimo. ex inſinuatione. ¶ † Quero, qui ſint
illi conſimiles caſus, in quibus cedens, ⁊ tranſiens ad monacha-
tū, poſſit reaſſumi. Dicit Jo. an. ſi propter illegitimitatē ceſſit, et
poſtea eſt legitimatus, de quo de elec. innotuit. vel tūc patiebatur
44 defectū etatis, ⁊ nunc eſt factus maior. ¶ † Venio ad ver. q̄ ſ. op
po. qd dato qd quis non fuerit conuictus vel cōfeſſus de crimine,
ex quo tranſiuit ad monachatum de epatu, non poſſit reaſſumi ad
epatū: q̄ licentia non eſt danda, niſi ſit crimē occultū, qd impediat
ordinis executionē poſt peractā penitentiam. ſ. e. niſi. §. ꝓpter cō-
ſcientiam. ergo illud, quanquā occultum, vt inducēs irregularita
tem, ex quo non eſt diſpenſatū, impedit quē reaſſumi. Dicit Hoſt.
qd iſte ſecūdus intellectus canonis fuit bonus: ſed nō ſufficienter
dicit. Conclude ergo qd aut fuit data licentia epiſcopo ex leui de-
licto de facto, qd non inducit, nec impedit ordinis executionē poſt
peractā penitentiā: ⁊ tale non impedit reaſſumptionē ad epatum,
vt hic: niſi ſit de delicto cōfeſſus, ⁊ cōuictus. Quādo delictū eſt gra-
ue, ⁊ cō ſtat: ⁊ impedit reaſſumptionē, etiam ſi non ſit confeſſus, vel
cōuictus. Quādo dubiū eſt pro graui vel leui: ⁊ adhuc nō reſurgit:
q̄ non eſt preſumptio qd papa dederit licentiā, niſi delictū fuerit
graue, ⁊ tale, qd impediret ordinis executionē poſt peractā peni-
tentiam. de quo. ſ. e. niſi. §. propter. ſecūdum Inno. ⁊ Hoſt. Et ſic
debet intelligi ſequēs opi. que eſt vera: quā nota. que vult expreſſe
iuncto illo. §. propter. qd pro omni graui delicto, quantūcunq; oc-
culto, quis impediat aſſumere dignitatē, ⁊ tale impediat ordinis
executionē, etiam poſt peractam penitentiam. Et cauſa eſt hec, q̄
digne nō poteſt penitere retenta dignitate, quā illicite acquiſiuit.
45 ¶ † Quero quis habet probare, an poſtulatus, vel pars eius, qd
nō tranſiuerit in caſibus ꝓhibitis, an aduerſa pars qd tranſiuit.
Quidam dicunt quod electus hoc probabit: q̄ preſumitur prima
facie qd non reſignauerit ſine cauſa. ſ. e. ſuper hoc. ſ. c. i. vii q. i. hoc
nequaquā. Alij dicunt qd debet probare qd aliqua de dictis cau-
ſis reſignauerit, que cōprehenduntur a cōcilio: niſi ſit preſumptio
contra ipſum, puta q̄ renuntiauit ordini: tunc enim tollitur pre-
ſumptio eo qd aliqua ex dictis cauſis reſignauerit: Sed dic ſecū-
dum Inno. Hoſt. quod litera hec magis cōſonat primo dicto, ſci-
licet in verbo Cōſtiterit. Tamen pro ſcdo dicto facit tex. ibi: tunc
enim eſſet vehementiſſima. Et eſt cauſa, q̄ in dubio delictū non pu
nitur, ex quo alia poteſt dari cōiectura. Et ſi renūtiauit loco tan-
tum, eſt preſumptio, vt dicit text. qd renuntiauerit propter aliud,
quā propter crimen. Secus ſi renūtiauit loco, ⁊ ordini: q̄ tunc eſt
preſumptio qd propter crimen. Et ideo eſt vna apoſtilla, que dicit
qd hec preſumptio eſt iuris, ⁊ de iure. Alleg. de ſponſa. is qui. que
46 apoſtilla ſuper gl. ordini. fuit Hoſt. ¶ † Quero qd ſi hic tranſiēs
ad monachatū reſignaſſet ordini epali. Dic qd adhuc poteſt reaſ-
ſumi de licentia pape. Qd intellige ſm diſtinctionē capitali: ⁊ tūc
dicit gl. qd tunc non reconſecrabitur: q̄ characterē retinet, cui nō
potuit renuntiare, licet renuntiando perdiderit executionē. i. q. i.
qd quidā. ver. ſi forte. xij. q. ij. liceat. ad hoc qd no. de elect. prouida.
47 lib. vi. ¶ † No. gl. qd epiſcopalis ordo imprimit characterem, vel
ſaltem annectitur ordini preſbyterali, vt ſuper illo charactere fun
detur. Et vide qd not. in proemio Sexti, in gl. in Nouella. in gl. or-
dinis. ibi: characterem retinuit. Hoc verū, tenendo opi. quam te-
nent Canoniſte, qd epiſcopalis ordo īprimit characterē: de quo in
ſalutatione Sexti, in ver. epūs. Sed tenēdo opi. theologorū, de qua
ibi ſuper glo. eſt magis dubium. Sed dic qd dignitas epalis, licet
non habeat characterē, tamē annectitur characteri preſbyterali,
eo qd ſuperaddit, ⁊ pendet ab alio, ⁊ ampliat virtutē characteris
preſbyteralis ad reſeruata epiſcopo: vt patet lxxxiij. diſt. legibus.
48 ⁊ no. ſ. de conſue. quanto. ¶ † Quero an ſi papa vellet, poſſet hoc
caſu contra cōcilium diſpēſare. Dicit gl. quod ſic, q̄ contra illa, ⁊
contra Apoſtolū diſpenſat, dummodo nihil ſtatuat cōtra fidem.
xxv. q. ſ. ſunt quidam. ⁊ non cōtra articulos fidei. xv. diſt. ſicut. ſe-
cundum gl. ſic ⁊ diſpenſat cōtra Euangelium de numero teſtium,
licet nō diſpenſet contra mentem. ſm Inn. Vide qd no. de conceſ.
preben. propoſuit. ⁊ de reſtit. ſpol. literas. Anto. de Butrio.

1 ☞ Beneficij cedendi licentiam obtinēs cedere compellitur. 10.
2 Cedendi licentia eſt cum inſtantia petenda.
3 Beneficium quis cedere compellitur cauſa duplici.
4 Amicorum ſuaſio, leuitas operantis, ⁊ inconſtantia, retrahunt a
bono opere.
5 Penitere licet obtenta licentia re integra exiſtente.
6 Renuntiationem bonorum paternorum filius minor reuocat.
7 Renuntiationem beneficij non reuocat renuntians.
8 Beneficij ceſſionem commiſſam nuncio reuocat renuntians.
9 Beneficij renuntiationem quis reuocat poſt reſponſionem pape.

1 Quidam. ¶ † Qui petiit licentiam cedendi, ex
quo illam obtinuit, cedere compelli-
tur. h. d. Prima recitat factum, qd Secunda corrigit,
2 cauſam reddens. Secunda ibi: ſed cum. ¶ † No. primo
3 licentiam cedendi petendam cum inſtantia. ¶ † Secūdo nota du-
plicem cauſam impellentem queiu ad ceſſionem: q̄ a[illegible] vtilitas ec-
cleſie, aut ſalus renuntiantis: q̄ forte non tenet beneficium cū bo-
4 na conſcientia. ¶ † No. tertio hic duo principia retrahentia quem
a bona operatiōe, ⁊ virtuoſa, vel ſuaſio amicorum vel leuitas ope-
5 rantis, ⁊ inconſtantia. ¶ No. vltimo ſummarium. ¶ † Opp. cum
gl. quod etiam obtenta licentia, quinimo etiam poſt obtentam li-
centiam, ⁊ ceſſionem quis poſſit penitere. ff. de ceſſione bonorum.
is qui. vbi cedens, re integra. ante alienationem bonorum, poteſt
penitere, ⁊ recuperare bona. Solu. Ibi in actu, qui non exigit pre-
ſentiam ſuperioris: hic in actu, qui exigit preſentiam ſuperioris:
ideo illicitum eſt non cedere, ut illudatur ſuperi[illegible]. Dat ſimile in
poſtulatione ſupra de poſtu. prela. bone. ij. Vel ſecundo ibi in re-
nuntiatione proprij, in quo habetur, ideo facilius admittitur re-
uocatio, q̄ difficilius abdicatur ꝓpriū: hic in renūtiatione benefi
cij. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. C. de rebus creditis. generaliter.
6 primo reſponſo. ¶ † Opp. ſecundo extra glo. qd liceat ceſſionē re-
uocare, etiam in nō propria re. ff. de repudi. vel abſti. here. [illegible]. So.
Illud procedit in hereditate paterna. que filio in poteſtate eſt de-
bita vt propria. ff. de lib. ⁊ poſthu. l. in ſuis. Secus in extraneo. to.
ti. l. iiij. ideo in glo. ibi: illudatur pape. dic qd ceſſit ceſſione bono-
7 rum: que non habet fieri coram ſuperiore. † Item ceſſio bonorum
pro tanto reuocatur, q̄ ſit de eo, in quo quis eſt dominus: ſed non
ſic in beneficio: q̄ renuntians non eſt dominus beneficij, ſed procu
rator. ſ. de dona. c. ii. Item ceſſio bonorum ſit propter debita, ⁊ ex
neceſſitate. de ſolu. Odoardus. hic autem loquuntur in ceſſione vo
luntaria. ¶ Oppo. qd petens licentiam ipſam poſſit reuocare: vt
patet. ſ. eo. niſi ad ſi. ¶ So. Dic qd quandoq; quis vult reuocare
ceſſionem, quam commiſit nuntio, ante ipſam preſentatam ſupe-
riori: ⁊ dicit Hoſ. ⁊ Egi. qd penitere poteſt. Nō obſtat qd de poſtu
latione dicitur: q̄ illa ſit magis publice, quam petitio licentie ad
cedendū: vt q̄ ibi alicuius intereſſe poteſt. hic nullius intereſt.
8 ¶ † Quādoq; dato quis nuntio ad petendam licentiam, ⁊ petiit,
⁊ ante eam obtentā vult reuocare: ⁊ adhuc poteſt illam reuocare, ⁊
tenet reuocatio, dūmodo perueniat ad ſuperiorem. ſ. e. lecte. Quā-
doq; quis petit licentiam, ⁊ procuratore reuocato, vel nuntio, an-
te preſentationem, poſtea ſit preſentatio, ⁊ ſuperior ignorans dat
licentiam: ⁊ hic caſus eſt dubius ſm doc. hic, q̄ videtur qd teneat
licentia. ff. de procur. ſi procurator. ad hoc. ſ. de appella. ſi duobus.
¶ Alij diſtinguunt. aut eſt petita per nuntiū: ⁊ nō valet. Aut per
procuratorē: ⁊ valet. Tene in hoc qd dicit cle. cum illuſio. de procu.
in cle. quod valet, ex quo nō fuit ſuperior certificatus, vel procura
9 tor, ſeu nuntius. † Quandoq; iam facta preſentatione pape, ⁊ ha-
bito rñſo a papa, tūc attende qualitatem rñſi, aut cedentē cōſcien-
tie ſue relinquit, ⁊ pōt penitere: vt in. c. niſi. ſ. e. tit. Quādoq; alteri
cōmittit, qui loco ſui ceſſionē recipiat, ſi perſona eccleſie illam no-
uerit expedire, ⁊ tunc nō admittitur ceſſio, niſi facta inquiſitione.
10 de predictis. † Quandoq; rñdit papa cōſentiendo ceſſioni petite,
⁊ tunc nō expectatur alia ceſſio, cum iam ceſſerit, nec eſt epiſcopus
illius eccleſie: hoc procedit qñ ſimpliciter a papa petiit ceſſionem.
Si autē peteret ſolum licentiā cedendi in manibus illius, cui pa-
pa duxerit cōmittendum, locum habet qd hic dicitur, vt illa ob-
tenta cedere cogat. Idem puto ſi tantū petat licentiam cedendi, ⁊
per hoc non ceſſit, ſed petiit preambulum ad aperiendū viam ce-
dendi. Facit ad queſtionē, ſi ad inſtantiam ſcholaris, doctor pro-
miſit ſecum comedere: ſi ille poſtea dare non curet, compellendus
erit, vt hic: ⁊ ſi alius inuitat aliquem ad comedendum, diſputauit
Joā. de Deo quod debet mittere pro eo bona debita, per tex. xxiij.
q. iiij. diſplicceat. ſecundum Joan. de Deo. Anto. de Butrio.

1 ☞ Gratie aduerſarij ſe ſubmittens, iuri ſuo non renuntiat.
2 Aſſignare verbum, refertur ad aſſignationem iuris, ⁊ facti.
3 Beneficij ſupplicatio de modo vacandi debet facere mentionem.
4 Executores ad beneficia, appellantur iudices.
5 Canonici pñt abſq; mādato ſe opponere de defectu iuris agētis.
6 Submittens ſe gratie capituli, non renuntiat iuri ſibi cōpetenti.
7 Proceſſus duorum iudicum non valet, altero abſente. 21.
8 Renūtiationi extraiudicialis exceptio pōt opponi ad proceſſum.

Appel

9 Appellans poteſt ſibi ſtatuere terminum ad proſequendum.
10 Termini ſtatuti effectus quis.
11 Cauſa exiſtente in curia quando procedatur ad diffinitiuam.
12 Terminum quis poteſt ſibi ſtatuere in curia.13.
14 Terminus quando habeat vim citationis.
15 Contumacia excuſari quo poſſit.
16 Auditor ex commiſſione quando ſententiam ferre poſſit.
17 Renunciat iuri ſuo,qui gratie ſe ſubmittit.
18 Sententia ex quibus ſit nulla.
19 Renunciare iuri ſuo nullus preſumitur per traditionem literarũ.
20 Renunciare non preſumitur iuri ſuo,qui ſe miſericordie alterius ſubmittit.
21 Dicta partium late interpretantur.
22 Teſtes non ſupplent partium dicta.
23 Sententia quo defectu nulla ſit.
24 Sententia poteſt retractari ratione defectus poteſtatis iudicis.
25 Juriſdictio extincta non poteſt partium conſenſu reuiuiſcere.
26 Renuncians quando dominium et poſſeſſionem perdat.
27 Renũcians in dubio preſumitur renũciare dominio et poſſeſſioni.
28 Renunciatio facta parte abſente an preiudicet.
29 Confeſſio abſente parte facta an inducat diſpoſitionem.
30 Renuncians liti an videatur renunciare iuri in iudicio deducto.
31 Appellans non comparens inſtructus condemnatur in expenſis.
32 Appellatio eo ipſo quod eſt interpoſita vbi debeat tractari.
33 Appellationis quis ſit effectus.
34 Appellatione cauſa deuoluta ad curiam an procedatur in abſentem.
35 Monitorijs literis an queratur aliquod ius.
36 Beneficium non debet conferri ante renunciationem.
37 Terminus in cauſa appellationis qualem effectum habeat.

1 VEniens. ¶ † Non renũciat iuri ſuo,q gratie aduerſarij ſe ſubmittit.h.d. ¶ Prima pars ponit appellationẽ impetrantis,et eius cam. ¶ Secunda ipſius proſecutionẽ,et auditoris dat ſententiam. ¶ Tertia ipſius ſententie confirmationem.Secũda ibi:
2 ad quem.Tertia ibi:nos igitur. ¶ † No.primo de hoc verbo Aſſi
3 gnare,quod refertur ad aſſignationem iuris.et facti.† Et no.quod in impetrationibus non ſolum de vacatione,ſed etiã de modo va
4 candi facienda eſt mentio. ¶ † Nota ſecundo quod executores ad beneficia appellantur iudices,eo quia poſſunt aſſumere partes iu dicis:vt in cle.j.de offi.delega.de preſumpt.dudum.et quod ibi no.
5 ¶ † No.tertio quod canonici aliqui de eccleſia,etiam abſq; mandato.videntur poſſe ſe opponere de defectu iuris agentis,vt in eccleſia recipiatur.de quo de accuſa.ſuper his.et de teſtib.cum olim.
6 ¶ † Nota quarto quod per ſubmiſſionem gratie capituli quis qđ
7 videtur renunciare iuri ſibi ad beneficium competenti. ¶ † Nota quinto non valere proceſſus duorum iudicum altero non intereſ
8 ſente. ¶ † Nota ſexto quod exceptio renunciationis literarum extraiudicialis tanquam litis finite,et ad iudicium concludens, valet opponi ad proceſſum.Et ſic ampliatur quod dicitur in.c.j.de lit. conteſt.lib.vj.Et ſi ſiat pendentibus literis,poteſt opponi con
9 tra literas. ¶ † Nota ſeptimo appellantem in appellatione poſſe
10 ſibi ſtatuere terminum ad appellationem proſequendam †.Et nota effectum ſtatuitionis termini , qr facit in beneficialib9 cauſam eſſe in curia. ¶ Et nota effectuz talis termini,quod cauſa ſit in curia:et tunc non ſufficit mittere procuratorem ad impetrãdũ, et contradicendum:ſed oportet quod mittatur inſtructus ad cau
11 ſam tractandam.De quo dic vt in.c.j.de ele.lib.vj.† Et nota quod vbi cauſa eſt in curia,ſi non compareat pars inſtructa,proceditur ad diffinitiuam ſententiam contra contumacem,dummodo cauſa
12 ſit in tali ſtatu quod procedi poſſit.† Et nota quod pars poteſt ſibi ſtatuere terminum determinando principium termini ad diem feriatam ad ſignandum tempus,non quo proceditur , ſed ex quo
13 procedi debet.de quo de ferijs.c.fin. ¶ † Nota effectum alium huius termini:quia habet vim citatiõis peremptorie,adeo quod expectatur,ſi non veniat,poteſt ad ſententiam procedi abſq; alia ci
14 tatione. ¶ † Et nota quod talis terminus habet vim citationis,et monitionis,vt compareat quandocunq; poſt illum terminũ,hinc eſt quod ſi non procedat iudex in termino, ſed longo tempore , vt
15 duorum menſium poſt terminum,valet proceſſus. ¶ † Nota quod ad excuſandam contumaciam,etiam quo ad vim proceſſus ad diffinitiuam ſententiam nõ ſufficit,vbi cauſa eſt in curia,mittere procuratorem ad impetrandum,et contradicendum impetrationi, ſi non habet ſufficiens mandatum ad cauſam proſequendam.
16 ¶ † Et nota qđ auditor ex commiſſione poteſt,qui de cauſa cognoſcit,ſententiare.Quod intellige ſi hoc ſpecifice habet in mãdatis. de quo in cle.auditor.de reſcri. ¶ Hic habemus examinare ſententias duas.Primam in cauſa principali.Secundam in cauſa ap
17 pellationis,et cauſas earum. ¶ † Primo vř qđ ſnĩa lata in cauſa principali debuerit valere:et nõ in cã appellationis : qr prima ſnĩa iuſta fuit.Nam eo qđ ſubmiſit ſe gratie,renunciauit iuri ſibi competenti ex literis,vt in fin.qr hic videtur repugnare proſecutioni gratie:ergo tollitur ius.de offi.dele.gratũ.et.c.relatũ.Ad hoc.ſ.c.
18 ſane.† So.glo.et doc.dicunt qđ multe ſunt cauſe nullitatis prime ſententie.Prima cauſa videř qđ fuerit defectus cõteſtationis litis:qr non apparet qđ hic fuerit lis conte.Sed gloſ.prima hic reſpondet qđ hec cauſa nõ fuit legitima:qr apparet ex litera qđ lis fuit conteſtata eo,qr negatio fuit facta oppoſita exceptione , et negatione ſit res dubia.C.quibus ad libert.procla.non licet.et ſic inducitur litis conteſtatio:qr per reſponſionem et negationem,ec.de lit.conte.c.vno,Non placet hoc Hoſt.qr per negationem actorum non ſit litis conteſtatio ſuper petitione principali,ſed bene ſuper exceptione.Hec aũt fuit negatio actorũ:ideo non fuit lis conteſta. Oportet ergo qđ negatio ſiat per reũ principalem, et in petitione per actorẽ,vt ſiat litis conteſt.Et hoc de prima glo.Uel dic qđ ad validitatẽ prime ſentẽtie nõ exigiř litis conteſt.qr hec exceptio renunciationis,et reſcriptũ,cũ eſſet in beneficialibus,in quibus etiã taciturnitas perimit actionẽ,et reſcriptum,iuxta no.in.d.c.j.de lit. conteſt.lib.vj.et no.fuit in.c.conſtitutus.et.c.ſuper literis.de reſcri. et ſic iuriſdictionẽ,ſi qua data erat,et ſic poterat opponi ad proceſſum:ideo iudices pronunciauerunt ipſum non poſſe amplius vti literis,et ſic etiam ad finem procedendi.Quod not.ad limitationẽ. c.j.de li.conte.li.vj. ¶ Nunquid autem hodie in bñficialibus ſit neceſſaria litis conteſta.colligitur in cle.diſpendioſam.iuncta clem. ſepe.de ver.ſig. ¶ Secũda cã nullitatis ſnĩe fuit,qr per ſubmiſſionẽ gratie primi iudices habuerũt hũc actũ.ſ.ſubmiſſionẽ gratie p renũciatione:et male.licet enim teſtes pbarẽt qđ ſe ſubmiſerit gratie,per hoc non concludebatur neceſſaria renũciatio.Nec obſtat.c. ſane.et.c.gratũ.qr in.c.gratum.proſequitur eãm corã iudice a quo: vnde directo obuiat iuri queſito ex literis:qr poterat ſe ſubmittere gratie,credendo,et cõfidẽdo qđ illi ius proſequerentur ipſius et nõ ex toto ipſuz annullaret.Nec ob.c.ſane.qr aduertẽdũ:Cũq; qs renũciat lr̃is,vel iuri ſuo:et planũ qđ tũc excludiř.vj.q.j.quam pe
19 riculoſum.ff.de edil.edic.itẽ q̃riř.§.ſi creditor.† Qñq; quis non renũciat lr̃is,ſed tradit lr̃as:et tũc ſm aliquos pdit ius,ſʒ reintegratur ex equitate ſm aliquos etiã additur de iure ſm diuerſitatem intellectuũ.ſ.c.ſane.Hec vera,quando ius pendet ex literis:ſi autẽ ius non pendet ex literis,ſed iam eſt ex literis facta executio : et tunc qr ius nõ pendet ex literis,cum ſit finitum officiũ iudicis,qđ finitur eo,qđ eſt executũ.C.de fruc.et lit.expẽ.l. terminato.nõ perdit renũciatione literarũ.Et hũc intellectũ ponit gl.in verbo Renunciaſſe.in fi.Et ad.c.ſane.dic qđ ſi ius eſt iam purificatum,et ex literis extẽſiuũ,vt qr iam eſt inſtitutus per traditionem literarũ, illud nõ perdit:qr ius nõ coheret literis.Et ſic põt intelligi illđ capitulũ,ſi pendet ad literas,per traditionem literarum,illud hñ pdit,niſi aliter integretur,vt ibi.Qñq; quis ſe ſubmittit gratie, et hoc tantũ p teſtes pbatur:et tunc per ſubmiſſionẽ quis nõ perdit ius ſuũ.Et eſt ratio.Hec fuit opi.Jnn.et Hoſt.qui per hoc reprobãt opi.gl.dicentis qđ q̃q̃ ex alijs cauſis forte iuſte fuerit reuocata ſñia,tamen quo ad hanc cauſam de iuris rigore tenuit ſentẽtia. Et ideo dixerunt qđ iura allegata in cõtrariũ,loquũtur quãdo quis renunciat literis,et iuri:qr ſubmittere ſe gratie,habet quãdã tacitã pteſtationẽ,qđ gratiã expectat:vnde illa non ſecuta.primũ
20 ius recuperat.C.de tranſact.ſiue apud acta. ¶ † Qñq; quis ſe ſubmittit miſericordie:et idẽ.ſ.c.ſane.Qñq; ſe ſubmittit volũtati alterius: et idẽ:qr illa volũtas debet reduci ad arbitriũ boni viri.ff.de
21 oper.liber.l.ſi libertus.et de iureiuran.Quintauallis. † Sed huic obſtat qđ imo, iuſta fuerit ſententia:quia dato qđ teſtes minus dixiſſent teſtificãdo qđ ſe ſubmiſit gratie,ſubaudiri debẽt dicta teſtium ſcđm intentionem partiũ,qđ per hoc renunciauit,ſicut dicimus qđ quandoq; verba partis late interpretanř.ſ.de can.poſ.cũ
22 eccleſia. ¶ † So.Dicta partium late interpretanř,vt ibi,et ſubaudiuntur ſi dicit ſe coheredẽ,preſumitur interrogat9.ff.de interro. acti.ſi fine.Jn inſtrumentis etiã plus ſolennitatis preſumiř quã appareat in verbis.Inſti.de fideiu.§.ſi.et.ff.de ver.obli.ſm.Dicta aũt teſtiũ nõ ſupplentur,nec interpretanř,vt ſit pbatum,niſi quatenus ex eorum verbis colligiř.ſ.de teſti.cũ clamor.de app.dilecti.
23 de pba.in preſentia.et facit qđ habeř in.l.j.C.de vſur.† Pretendiř alia cauſa,que cõcludit nullitatẽ ex defectu poteſtatis:quia fuerũt tres iudices,et duo tñ pnunciauerũt.de offi.dele.cũ eãm.Sed põt hoc ſaluari qđ fuerunt dati cũ clauſula,et pceſſerũt tertio trãſlato,
24 et impedito,vel nolente intereſſe.† Jn gl.duo iudicũ.in fi.et ſic vſq; huc tres cauſas,que pretendebant ad retractationẽ ſnĩe.Prima, ppter defectũ lit.cõteſtationis,de quo gl.j.Secđa ppter defectũ iuſtitie:qr aſſumpſerãt actũ ſubmiſſionis gratie p renunciatione.de quo in gl.ij. ¶ Tertia,ppter defectũ poteſtatis iudicũ:de qua dic vt in hac gl. ¶ Quartã addit Jnn.hic ſecundũ aliquos,qđ hic ſe opponẽtes nõ habebãt ius ſe opponẽdi,cũ ex renũtiatione nullũ eſſet eis ius queſitum:quia ſi fuit renunciatio facta capitulo vt ſin

gularibus,⁊ tanꝙ abſentibus,nullũ erat eis ius queſitũ:nõ po
terant ergo ſe opponere nomine capituli:qꝛ nõ habebant manda
tum.de pcur.c.i.Nõ nomine ꝓprio:qꝛ nullum ius erat ex renun
25 tiatione queſitũ.¶†Sed hec cauſa non fuit legitima:qꝛ hic nõ ſe
opponebant immediate ex iure renuntiatiõis.ſed ꝓpter renuntia
tionẽ caſſabant defectum iuris in agente:⁊ ſic ſua intererat ꝙ ius
nõ habens non admitteretur ad eccleſiam,ne ad illam intruderetur:ſicut in ſimili dicitur,poſſent ſe opponere, ne per literas falſas intruderetur:vt.ſ.de crimine fal.ſuper eo:quo caſu ſe poſſunt in tantum opponere quod etiam ſi capitulum mandaret, quod ſe non opponerent,non haberent obedire:qꝛ ſe non opponunt pro iure,⁊ intereſſe communi.Fatetur tamen Inn.quod ſi capitulum remitteret hoc ius ipſi,vt qꝛ remitteret renuntiationem,qd agere poſſet inuitis ſingularibus.Ad qd facit.ſ.e.cũ P.¶Sed hoc non placet Hoſti.qꝛ per hoc nõ reuiuiſceret ius extinctum,niſi ad olim actum procederetur:cum per conſenſum partium,⁊ iudicis non poſſit iuriſdictio extincta reuiuiſcere.de offi.dele.ſignificantibus.⁊ maxime quo ad executores.Vel dic qd ſm Innoc.poterant ſe opponere etiã immediate ex renuntiatione,quaſi eis ius ſit queſitum:concludens regulam,qd renuntiatio quãdoqꝫ abſente parte facta prodeſt illi,cui vtilis eſt datio:⁊ ſic abſens allegat.de preſcrip.c.pe.C.de pac.l.poſtꝙ.⁊ ſit renuntiatio,ſecundum eũ,non ſolum expreſſe,ſed etiam tacite:vt in hoc.c.ver.uno iudicum.⁊ communiter renuntians habet pro derelicto.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſ.⁊.ff.pro derelicto.per totum.Fatetur tamen quod per renũtiationem quis non admittit dominium rei, quam tenet, licet amittat poſſeſſionem:vt.ff.de acqui.poſ.l.ſi quis vi.§.i.quinimo plus dicit,quod ſi quis renuntiat iuri vel ſeruituti,quam habet in aliqua re,etiã abſente domino,ſtatim res eſt libera.¶Propter que videnda ſunt aliqua.Primo,an renuntiatio abſente parte noceat quo ad perdendum dominium.Secundo,an noceat quo ad perdendum ius aliquod reale,vel perſonale. Tertio, quid de
26 confeſſione.Quarto,quid de renuntiatione liti. ¶†Ad primum dic qd aut renuntians,vel habens pro derelicto intendit perdere ⁊ dominium ⁊ poſſeſſionem:⁊ perdit vtrunqꝫ:vt.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſ.Aut intendit perdere neutrum:⁊ neutrũ perdit.Aut intendit perdere dominium,⁊ non poſſeſſionem:⁊ nõ
27 poteſt:qꝛ per hoc non habet pro derelicto.† Aut intendit perdere poſſeſſionem,⁊ non dominiũ:⁊ hoc poteſt.Et in hoc differt poſſeſſio a dominio,vt ibi. Aut intendit perdere dominium, ⁊ eſt dubiũ de animo circa poſſeſſionẽ.Quidam quod non perdit nec dominiũ,nec poſſeſſionẽ:qꝛ ex quo nõ apparet qd velit ꝑdere poſſeſſionẽ,retinet vtrũqꝫ.¶Cõmunis opi.eſt Ray.⁊ bona eſt,qd ꝑdit vtrũqꝫ:qꝛ ex quo conſtat de animo qd vult perdere dominiũ,preſumitur quod velit perdere poſſeſſionem vt patet in.l.illud.ff.de
28 acquiren.heredi.†Nunquid autem renuntiatio facta abſente parte preiudicet in iure pſonali, vel reali circa ius:habes gl.Inn.hic Bar.in.l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.de libera.lega.ſic dicit qd aut agitur de preiudicio iuris realis:⁊ hoc preiudicat abſente parte:vt.d.§.differentia.ff.pro derelicto.per totum.⁊ hic Inno.Aut agitur de preiudicio iuris perſonalis:⁊ gl.iuris ciuilis ſunt contrarie, de quibus non habes curare. Dic quod aut ſit in iudicio:⁊ preiudicat.C.de pac.l.poſtquam liti.Et hoc ideo,quia ibi eſt iudex,qui eſt loco partis:vt.l.ſi ob cauſam.C.de euic.Si ſit extraiudicialis,dic ſecundum Bar.aut eſt preſens aliquis,qui recipiat nomine abſentis:⁊ preiudicat renuntiatio: vt.l.reſcripto.§.i.ff.de pact.etiã dato qd ille nõ habeat ad hoc mandatũ,dũmodo poſtea ratificauerit.Aut nõ eſt recipiens loco partis:⁊ dicit qd nõ ꝑiudicat.ff.de pact.⁊.l.heredi.§.nos autem.qꝛ tale ius nõ põt queri abſenti ex perſona debitoris.Hoc eſt verũ in iure,qd eſt iam queſitũ re,⁊ facto:qꝛ talia iura nõ poſſunt a nobis ſimplici renuntiatione abdicari:vt.l.quis ergo caſus.ff.de peculio.⁊.l.ij.ff.pro ſocio.l.fideiuſſor.⁊ no.ibi.ff.de pac.Si autem eſſet ius queſitum facto,alteri⁹, vt in legato,vel ſimilib⁹ tũc bñ credo qd valeret renũtiatio,⁊ preiudicaret:qꝛ tale ius poſſum a me abdicare facto meo.C.de repu.here.l.ſi quis ita.ff.de le.i.l.ſeruum filij.§.i.⁊ cõpetet exceptio doli, quaſi petendo,vt actionẽ nõ habens dolo petat.Sic poteſt intelligi gl.in.§.liberationis.⁊ ad hoc qd ſtabit Bar.in.l.i.C.de pactis.
29 ¶†Ad tertium de cõfeſſione,dic qd ſi confeſſio fiat ad obligãdũ, illa nõ proficit,niſi preſente parte,vel altero ꝑ eo recipiente:vt no. in.l.i.C.de cõfeſſio.⁊ eſt tex.in.l.iij.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſis. Idem etiã credo, ſi fiat ad liberãdum : qꝛ quatenus eſt probatio, planum quatenus autem eſt diſpoſitio, planũ quod eſt aliquãdo, vt.l.tale pactum profiteor te nõ teneri,idẽ eſſet.De hoc dic vt habetur per Bar.in.d.l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.de libera.leg.
30 ⁊ no.in.c.ſi.ſ.de ſucceſ.ab inteſta.¶†Ad quartum an renuntians liti videatur renũtiare iuri in iudicio deducendo vel deducto : dic aut renunciat liti ante vocatum iudicium:⁊ non videt renuntiare iuri. Caſus eſt.ſ.de reſcriptis.ex tenore.⁊ eſt caſus.ſ.de reſcri.nihil.Hoc nihil ꝓbat , niſi vt ſequitur,⁊ maxime ſi deſiſtat litigio cũ

cauſa,vt euitet ſcandalũ.Si iam eſſet in iudicio deducta ⁊ tũc aut renuntiatio ſit ex parte actoris,aut ex parte rei.Si ſit ex parte actoris,aut renũtiat inſtantie,aut conſentit reus:⁊ puto quod perdatur ſola inſtantia.Sic temperat Bart.in.l.poſtꝙ liti.quia verba iſta nos concludunt ad ſubſtãtiam actionis nec directe,nec indirecte:cum poſſit,ex quo pars ꝯſentit,recedere ab inſtãtia,abſqꝫ quod perdat actionem.Aut renuntiat inſtantie,⁊ pars contradicit,nec acceptat renũtiationem,quod poteſt,per auc.qui ſemel.C. quomo.⁊ quando iud.⁊ per.c.cauſam.ſ.de dolo.⁊ tunc Bart.dicit quod perditur ſubſtantia actionis.Quod credo,ſi perſiſtat tantũ in renuntiatione. Si autem renuntiat liti, dico quod perdit ⁊ inſtantiam,⁊ perdit ius deductum in iudicio.Et eſt cauſa:qꝛ ex quo vult perdere arma pro lite,⁊ pro tanto vult perdere ſubſtantiam actionis.Eſt tamen verum quod dicit Barto.in.l.naturaliter.§. nihil commune.quod licet perdat ius actionis,non tamen perdit ſubſtantiam,ex qua actio perditur:⁊ pro tanto agere poteſt , licet obſtet exceptio.C.de tranſac.l.ſine apud acta.Si autem renuntiatio fuit ex parte rei,tunc dicit qd aut reo competebat exceptio:⁊ ex iſto dabitur replicatio.Aut reo non competebat exceptio:⁊ nihil dabitur.Aut non competebat actio actori:⁊ tunc per hoc ꝙ renuntiet liti.vel perdat litem,nõ datur ſibi remedium actionis: vt qꝛ non eſt hec materia apta ad producendum actionem:vt.l.iu
31 ris gentium.§.i.ff.de pac.⁊ hec ſufficiant. ¶†Venio ad ſententiã in cauſa appellationis:⁊ videtur quod male papa pronuntiauerit ſententiãdo diffinitiue ſuper prima cauſa,vel ſententiam eam caſſando:qꝛ debebat appellatum in termino non cõparentem inſtructum in expenſis condemnare:vt de app.inchoato. Item qꝛ ſufficit appellantem mittere ad impetrandum,⁊ contradicendum. vt patet.ſ.de appellat.interpoſita.¶Hic ſunt plura videnda.Primo an eo qd appellatio eſt interpoſita,cauſa dicatur in curia , vt ibi debeat tractari.Secũdo in caſu etiam quo ſit in curia, quis ſit effectus quod ibi ſit,⁊ an ſufficit mittere procuratorẽ ſimpliciter ad impetrãdum.Tertio an deo qd cauſa ſit in curia,poſſit quã-
32 docunqꝫ procedi ad ſentẽtiam diffinitiuã in contumacem.¶†Ad primum glo.dicit hic qd quandocunqꝫ appellatur a ſententia interlocutoria:⁊ tunc delatio ſiue iudicis,ſiue etiam partis appellate,facit cauſam eſſe in curia,termini autem ſtatutio non.¶Quãdoqꝫ eſt appellatum a diffinitiua:⁊ tunc ſufficit quod ſtatutus ſit terminus per iudicem,aut partem,vt cauſa dicatur in curia:et ſic loquitur hic.Hoc non placet doct.per ea,que no.in.c.interpoſita. §.i.ſ.de appel.quo ad cauſas non beneficiales.Quo autem ad beneficiales dicunt tenendum quod no.in.c.i.de elec.li.vi. ¶Tu dic quod quedam ſunt cauſe,quarum nature facit eſſe negotiũ in curia:⁊ ſic cauſa eſt in curia,eo quod appellatur:vt qꝛ ſunt de maioribus.de appel.vt debitus.in ſi.de elec.cupiẽs.lib.vi.⁊ in beneficialibus ſeruata forma.c.i.de reſcriptis.lib.vi.⁊.c.cauſam.de electi.in cle.⁊ tunc non expectatur aliud accidens : quia immediate cauſa eſt in curia,vt hic.¶Quedam ſunt cauſe,que ex accidenti ſunt in curia:⁊ in iſtis dic quod ſi queritur de actu,ſuper quo pendet appellatio,ſola delatio iudicis,aut partis facit cauſam eſſe in curia: vt de app.ſepe.i.nec exigitur termini ſtatutio.¶Si queritur de negotio principali,ſuper quo non pendet appellatio,ſed ea pẽdente ſuper incidenti:⁊ tunc,vt ſit in curia,exigitur conſenſus appellati:nec ſufficit delatio iudicis quo ad principale negotium de appel.cordi.lib.vi.Termini autem ſtatutio ſola nullo caſu facit cauſam eſſe in curia:qꝛ ſolum ordinatur in finem interpellandi partẽ: ſed bene operatur qd vbi ex altero ſigno,vel cauſa eſt in curia,non exigitur noua citatio,ſed ſufficit terminus iſte ſtatutus : et cauſa poteſt quandocunqꝫ in curia expediri poſt illum terminum , qui habetur per citationem peremptoriam:vt hic eſt caſus.de appel. ſepe.⁊ hoc de primo.Quod autem terminus non habeat cauſam facere eſſe in curia,caſus eſt de appell.interpoſita.§.i.⁊ hoc ibi te-
33 net Jo.an.¶†Ad ſecundum quis ſit effectus quod cauſa ſit in curia,vel non:hoc declarat hec decre.qꝛ vbi eſt in curia,non requiritur alia citatio.Ad hoc.ſ.de appel.ſepe.Nec ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum,vel contradicendum : ſed vbi non eſt, ſic.Debet ergo primo caſu mitti procurator inſtructus ad id,qd
34 ibi imminet expediendum. ¶†Ad tertium,an cauſa exiſtente in curia poſſit procedi in abſentem ad diffinitiuam. Tex.videtur contrariari tex.hic quod ſic.Tex.in contrariũ de appel.reprehenſibilis.⁊.c.Nicolao.Pro primo de appel.ſepe.Glo.dicit primo qd poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam.Nec obſtat de app.Nicolao.qꝛ ibi non fuit petitum , ſed ſolum fuit petita condemnatio in expenſis:vnde illud fuit non ex defectu iuris,ſed ex defectu petitionis.¶So.Dicit glo.quod vbi cauſa non erat in tali ſtatu ꝙ poſſet ad diffinitiuam procedi,qꝛ non erat lis conteſtata, ideo fit condemnatio in expenſis.Et dic quod cauſa exiſtẽte in curia,aut non eſt petitum quod fiat condemnatio ad diffinitiuam:⁊ non fit ſed fit cõdemnatio expenſarum:vt dicto.c.Nicolao.Si eſt petitũ, aut non fuit a principio terminus ſtatutus,⁊ oportet quod ſtatuatur,

tur,vel citetur anteq̃ poſſet ad diffinitiuã procedi. Operabitur
ergo ſtatutio termini,qđ non erit opus altera citatione:vt patet
de appel.ſepe.Quãq; cã eſt in curia,⁊ terminus eſt ſtatutus,⁊ pars
petit vt ad diffinitiuã procedatur:⁊ tunc aut eſt cauſa in tali ſta-
tu quod poteſt procedi,vt q̃ lis conteſtata vel eſt cauſa, in qua nõ
exigitur litis conteſtatio vt in beneficiali.qđ dic hodie vt in cle.di
ſpendioſam.de iudi.⁊ tunc poteſt procedi ad diffinitiuam,vt hic,⁊
de appel.ſepe.⁊ de appel.per tuas.Quãq; cauſa non eſt in ſtatu qđ
poſſit ad diffinitiuam procedi,vt q̃ lis non eſt cõteſtata:⁊ tunc p-
cedit.c.Nicolao:q̃ ibi proceditur ad condemnationẽ expenſarũ:
tñ hoc hodie verũ,olim ſolũ ad cõdemnationem indiſtincte.eo.ti.
35 reprehenſibilis.℄†Ultimo inducit decre.ad queſtionẽ,an ex lite-
ris monitorijs aliqđ ius queratur:⁊ facit decre.qđ ſic:q̃ ſi per re-
nuntiationem ius tollitur,ſequitur qđ aliqđ ſuberat. Gl.dicit qđ
ſi conderetur ius obligatoriũ,per quod concludatur obligatio cõ
tra clericos,contra quos ſit impetratio,per tales literas nulli ius
queriꝛ. ℄Si queriꝛ an quo ad ipſam eccleſiam aliquod ius reale
queraꝛ:dicit gl.qđ nõ anteq̃ in illa recipiaꝛ.Et bene dicit:q̃ per
receptionẽ bene queriꝛ ius ad rẽ,vel in re,ſm modũ receptionis,
vt patet de prebẽ.ſi poſtq̃.li.vj. Si queriꝛ an aliqđ ius queratur
agendi,⁊ implorandi officiũ ſuperioris, vt coram ſuperiori poſſit
inſtari proſequendi gratia.Dicit gl.qđ ſic:⁊ hoc eſt ius, qđ põt re
nuntiare,reſtituendo literas,⁊ renuntiãdo literis impetratis,vel
impetrandis.Poſtea gl.ponit intellectũ tactum.ſ.e.ſane.de hoc
tactum.ſ.de reſcri.edoceri.⁊.c.literis.⁊ vide de conceſ.preben.c.j.
li.vj.per Inno.⁊.c.ſi ſoli.⁊.c.ſi capitulo.in li.vj.Hic non ſunt alia.
℄Quero quis mandat aliquem recipi in canonicum Bononie.
35 cũ ſit paratus oĩbus beneficijs renuntiare.†Quero quid precede
re debeat,an renuntiatio,vel collatio.Uin.dicit qđ precedat renũ
tiatio,ſi litere admitterentur:⁊ ſi poſtea reſiſtatur, ſuccurretur ei.
de pactis cũ pridem.de rerũ permu.cum vniuerſorũ.Et putat tũc
agi potius ex officio implorato,q̃ ex vi actionis.Uide in cle.de re
rum permu.c.vltimo.Boatin⁹ inſtruxit trãſmittentes procura-
tores ad curiã,vt dent tria diuerſa mandata procuratori:vnũ ad
impetrandũ,⁊ contradicendũ:aliud ad proſequendũ articulũ ap-
pellationis:aliud ad proſequendũ negotiũ principale. Joan.and.
37 ℄†Quero quis ſit effect⁹ termini.Dic qđ quãq; terminus ſtatui-
tur a parte,quãq; a iudice,⁊ quãq; ad proſequendũ,quãq; ad iter arri
piendũ:⁊ ſi ad iter arripiendũ,ſufficit arripere intra terminum.
Si ad proſeqũdũ,habes vnũ effectũ:q̃ vbi eſt cauſa eſt in curia,
habet vim citationis ⁊ peremptorie.Idem alius eſt effectus,quia
non poteſt talis terminus per appellatum preueniri in impetrã-
do,quando cauſa eſt in curia.qđ ſecus eſt in termino iuris,ſm di-
ſtinctionem.c.abbate.alias oblate.de appel.

1 ☞Renuntiare prelature non cenſetur prelatus abſoluens ſub-
ditos ab obedientia.
2 Renuntiatio facta in mortis articulo quando valeat.
3 Renuntiationem a libera voluntate pendentem non annullat de-
fectus ſpei retinendi beneficij.
4 Renuntiatio promiſſionis non tenet facta ad amici fraudem.
5 Cedere non adſtringitur quis per ſolam vocationem prelati.
6 Beneficij ceſſio poteſt fieri in manibus epiſcopi.
7 Sapientis eſt mutare conſilium ſibi pernicioſum.
8 Prelatus non videtur renuntiare per actum abſolutionis.
9 Abbas,⁊ ſuperior prelatus abſoluere poteſt ab obedientia ei pre-
ſtita.
10 Renuntiare quis principali non videtur per actum renuntiatio-
nis alicuius ceſſione conſecutiui.12.
11 Renuntiare tacito conſenſu quandoq; videtur quis.
Salutans prelatum, facto conſentit in illum.
13 Confeſſio facta in penitentia non debet reuelari.
14 Beneficium ſuum cedere compellitur,qui petit licentiam renun-
tiandi.

1 LEcte. ℄†Si prelatus ab obedientia ſubditos
abſoluit,non propter hoc prelature renũ-
2 ciat.Cõmunis diuiſio.Scđa ibi:nos aũt. ℄†Not.qđ
valet renuntiatio facta in mortis articulo, quãdo non eſt
3 ſpes de ſanitate.†Et ſic defectus ſpei retinẽdi beneficiũ nõ annul
4 lat renũtiationẽ a libera voluntate pendentẽ.℄†No.ſecundo ar-
gumentũ,promiſſionẽ renũtiationis nõ tenere factã ad conſilium
5 ⁊ fraudẽ amici,de quo quis confidit.†No.qđ per vocationẽ prela-
ti,in cuius manibus renũtiat,nõ adſtringiꝛ quis,vt cogatur cede
re,licet ſi illã factã preſentaſſet,⁊ obtinuiſſet licentiam,non poſſet:
vt in.c.precedenti.ſ.quidã.Et ſic aliud eſt,ſuperiorẽ vocare vt re-
nuntiet:aliud in preſentia eius renũtiationẽ offerre:⁊ ſic ſcđm doc.
ſola vocatio in caſu iſto preiudicat:ſicut nec ſola vocatio in ius ſi-
ne venia patroni:vt.l.q̃uis.ff.de in ius vocando.vbi ſimiliter eſt
locus penitentie.ad hoc.ij.q.vj.ſi quis libellus.⁊.ff.de diuor.l.ſi qs
6 penituerit.℄†No.argumentũ q̃ in manibus ſolius epĩ abſq; cõ
ſenſu capituli poſſit fieri ceſſio,etiã ab inferiori prelato,⁊ honora-
7 bili mẽbro.de quo dic vt.ſ.e.admonet.℄†No.qđ ſapiẽtis eſt mu
8 tare cõſilium ſibi pernicioſum.℄†No.qđ per actum abſolutiõis
ab obedientia prelatus nõ videtur renuntiare prelature, etiam q̃
9 plus eſt,ſi interuenerit vocatio ſuperioris vt cedat. ℄†No.argu.
qđ abbas ⁊ ſuperior prelatus,poſſit abſoluere ab obediẽtia,vel iu
ramẽto obedientie ei preſtito.qđ verũ non puto:⁊ tenent hic doct.
per not.de ſpon.preterea.q̃ hic eſt iuramentũ,⁊ promiſſio,per qđ
magis ſtudet placere Deo,q̃ illi, cui obedientia,⁊ iuramentũ pre
ſtatur:⁊ ideo abſoluere non põt.qđ no.Item eſt alia rõ:q̃ durante
principali nõ põt renũtiare quis ei,qđ neceſſario depẽdet ab illo:
⁊ hoc ſecundũ doc.qui dicunt qđ ideo nõ obfuit iſta abſolutio,q̃ ⁊
pſes abdicãdo a ſe imperiũ nihil agit.ff.de off.preſi.l.legatus.Si-
militer nec iſto modo ſoluiꝛ patria ptãs.l.abdicatio.C.de patria
ptãti.Itẽ q̃ renuntiatio debuit p̃cedere abſolutionẽ,que tñ renũ
tiatio nõ potuit fieri, niſi ĩ manib⁹ epĩ,⁊ debuit p̃cedere abſolutio
nẽ:ergo ⁊c.Et p hoc dicũt etiã q̃ nõ erat neceſſaria noua pmiſſio,
cũ abſolutio nõ tenuit:ſed forte hoc fuit factum ad cautelam de fa
10 cto.℄†No.vltimo qđ per actũ renũtiationis alicuius ceſſione cõ
11 ſecutiui ad principale quis principali renũtiare nõ vr̃. ℄†Opp.
qđ hic videtur facto renũtiaſſe.de his,que ſi.a ma.parte ca.ex ore.
Sicut ipſo facto Deum negamus.xj.q.iij.exiſtimat.Ipſo facto
mẽtimur.xxij.q.v.Caute.Ipſo facto appellamus.De appellatio.
dilecti.Etiam facto ſalutans prelatum,conſentit in illum.lxiij.di.
12 cũ Adrianus.℄†So.Dicit gloſſ.vt dicunt pueri,qui aliter ne-
ſciunt reſpõdere,qđ cõtrariũ eſt verũ.Nõ ſoluit aliter gl.℄Hoſ.
dicit,contraria procedunt in his,que non pendẽt a iure, vel iuris
poteſtate,vel iudicis,⁊ reſpiciunt preiudiciũ renũtiantis tñ,⁊ nõ
alienũ,ſecundũ Hoſt.ſed hic non valeret expreſſa:ergo nec tacita,
non intercedente conſenſu ſuperioris,vt hic,de prebẽ.dilecto. Uel
dic qđ hic non eſt tale factum,ex quo concludatur voluntas renũ
tiandi:q̃ ad excluſionẽ alicuius conſecutiui,nõ ſequitur excluſio
principalis, ſaltem quando voluntas declaratur circa principale
13 aliter excludendum.Et per hoc non ob.ſ.e.ex trãſmiſſa. ℄†Op.
qđ debuerit reuelare hic,cui eſt facta confeſſio.de penitẽ.omnis.
So.Poteſt intelligi ſecundũ gl.hic,confeſſio facta fuit in penitẽ
tia:⁊ tunc dicit qđ de ipſius voluntate reuelauit:ſicut ⁊ ſibi volẽti
poſſit fieri teſtimonium confeſſionis,⁊ recõciliationis.de teſti.te-
14 ſtimoniũ.de ſimo.nemo.℄†Opp.qđ ex quo vocauit ſuperiorẽ,cõ
pellatur.ſ.e.proximo.Dicit Hoſti.q̃ ibi fuit petita licentia ceden
di,⁊ obtenta:hic autem nec petita, licet vocatus fuiſſet ſuperior.
Item ibi ſuberat cauſa vtilitatis eccleſie,vel ſalutis proprie:hic
cauſa ſeductionis,⁊ infirmitatis.Item ibi preceſſit deliberatio,et
inſtãtia opportuna:hic ſecus. ℄Gloſſa,prima eſt clara:vide eam
per te ibi de dolo.Dic de hoc vt de regulis iuris,nullus ex conſi-
lio.libro ſexto.Anto.de Butr.

1 ☞Abbatie renuntiare non poteſt abſq; pape licentia abbas.
2 Cedendi legitima cauſa eſt propter inſufficientiam.nu.8.
3 Ceſſio abbatis in manibus ſubiectorum, non valet.
4 Ceſſio ſine ſuperis conſenſu licet valeat,non tamen ex ea datur va-
catio.
5 Abbas dicitur potius habere nomen oneris,quam honoris.
6 Monachus vnius monaſterij eligi põt ad aliud monaſterium.
7 Electio facta primo canonice non renuntiante non valet.
9 Renuntiatio beneficij quo ad renuntiantem valet,tamen non te-
net in preiudicium ſuperioris.
10 Scientie inſufficientia an repellat abbatem.
11 Cedendi licentiam dat exempto alius a papa.
12 Cedere beneficio quis compellitur ratione inſufficientie.
13 Monachus an poſſit ad aliud monaſterium tranſire cum ſola li-
centia abbatis.
14 Monacho non datur licentia tranſeundi ad ſtrictiorem regulã.
15 Renuntiare debet in manibus epĩ de conſenſu abbatis preſbyter
epõ per abbatem preſentatus inſtitutus per eundem epiſcopum.
16 Cedendi licentiam an legatus dare poſſit.

1 DIlecti. †Abbas exẽptus abſq; licẽtia pape re
nũtiare nõ põt.In pria ↄuẽt⁹ petitio.
In ſcđa ibi:xũ igiꝛ.ipſi⁹ repulſio,⁊ negotij cõmiſſio.
2 ℄†No.prĩo vnã cãm legitimã cedẽdi dignitati,pro-
3 pter inſufficientiã.℄†No.ſcđo qđ nõ vꝫ ceſſio abbatie in manib⁹
4 ſubiectorũ,ex quo nõ ſit in manib⁹ ſupioris.℄†No.tertio hic ca-
ſum p eo,qđ diſputat Jo.an.in regula,nõ firmaꝛ.de reg.iur.li.vj.
qđ dato qđ ſecũdũ eũdem opi.ceſſio teneat ad p̃iudicium cedentis,
licet nõ in manibus ſuperioris,non tamen ex ea datur vacatio,ita
quod ante conſenſum ſuperioris poſſit de illa alteri prouideri.Te
net glo.q̃ ceſſio ad preiudicium cedentis conditionaliter,ſi ſupe-
rior alias probet,ſi velit, ⁊ ita quod non poſſet ceſſionem reuoca-
re,non tamen tenet,ſuperiore ratum habere nolente:licet quidam,

⁊ male, diſcerunt an res ſit integra, vel nõ: vt no. ſ. eo. qđ in dubijs.
5 ¶ † Nota quod abbatia eſt nomen oneris plus, quam honoris.
¶ Nota ſummarium. ⁊ nota ꝙ cedens in manibus inferioris ſu-
periore volente cedere compellitur: ⁊ facit decre. iſta pro parte qđ
non teneat ceſſio. Quod patet, quia papa mandat quod iterato ce
dat: quod non eſſet, ſi teneret ad preiudicium cedentis. Sed dic qđ
ſuperior poteſt eligere quodlibet, an quod approbet ceſſionem, an
quod iterato cogat ad cedendum: quia non tenet quo ad eum.
6 ¶ † Nota quod monachus alteri⁹ monaſterij eligi poteſt. de quo
de electio. nullus. lib. vj. eod. titu. clemen. j. ⁊ eligitur ad aliud ma-
7 trimonium, vt hic. ¶ † Nota hic quod electio facta primo non ca
nonice renuntiante non valet. Concor. de elec. conſiderauimus.
8 ¶ † Oppo. quod hec fuit legitima cauſa cedendi, ſcilicet propter
inſufficientiã. xviij. queſtione. iij. ſi quis abbas. Gloſ. fatetur, ⁊ di-
cit quod legitima eſt cauſa inſufficientia: ſic ⁊ iudex a iudicando
remouetur propter inſufficientiam, vt hic. Item propter negli-
gentiam, de offi. cuſto. c. j. Sic in magiſtro. C. de profeſſo. ⁊ medi. l.
ij. lib. x. Nota bene hoc dictum: quia doctor propter inſufficientiã
poteſt reprobari. Uide. ff. de vacatio. alias de excuſa. tuto. l. ſed ⁊
9 reprobare. ¶ † Oppo. ſecundo quod renuntiatio teneat. ſ. c. quod
tione dignum occultum non impedit oꝛdinis executionem iam ſu
ſcepti poſt peractam penitentiam,vel peracta parte penitētie,nec
quo ad foꝛum anime,nec iudiciale: impedit tamen pꝛomotionem
ad ſuperioꝛes oꝛdines non ſuſceptos quo ad foꝛum penitentie,li-
cet ſi ſit occultum omnino,vbi oꝛdines petat,non poſſit pꝛohibe-
ri. Et ex hoc no.qđ foꝛus penitentie in occultis ſe nō habet pꝛeci-
16 ſe in conſtringendo,ſed quem relinquit ſue conſcientie. ¶ †Opp.
qđ criminoſus etiam peracta penitentia non poſſit pꝛomoueri,
nec in ſuſceptis oꝛdinibꝰ miniſtrare.xxv.diſ.pꝛimū.j.q.vij.ſi quis
om.⁊c.n.gl.iij.di.q.ſi. ¶ So. Dicūt quidā qđ omne peccatū,⁊ de-
lictum impedit quē vt pꝛomoueri non poſſit. Huic obuiat decre.
que ponderat quod peccatum ſit enoꝛme. Et eſt hec opi.nimis ri-
gida: qꝛ ſi eſſet verum, nullus pꝛomoueretur : qꝛ contra naturam
eſſet,quod pene aliquis ſine peccato reperiretur.xxv.di.§.nūc au-
tem. ¶ Unde quanꝙ facilius impediatur pꝛomouēdus,quā pro-
motus deijciatur,vt.xv.q.j.§.vult.tamen dicendum eſt cum gl.ſe-
cundum Hu.addas ⁊ Inn.ſ.qđ quatuoꝛ ſunt conſideranda. Pꝛi
mum.ſ.quantitas criminis, vtrum ſit enoꝛme, vel mediocre: qꝛ cir
ca hoc conſiſtit quantitas criminis. Secundum, qualitas, videli-
licet an ſit occultum,vel manifeſtum. Tertium, modus publica-
tionis,videlicet an ſit publicum per operis euidentiam , iudicis
ſententiam,vel ſpontaneam confeſſionem in iudicio factā. Quar-
tum,ſatiſfactio penitentie,an egerit veram penitentiam,vel ſimu
latam. Dic ergo ſecundum glo.qđ quandoꝗ crimen eſt enoꝛme,⁊
manifeſtū,⁊ ſic ꝗtitas,⁊ qualitas criminis ſimul cōcurrūt:⁊ talis
impeditur vt ad ſuperioꝛes non poſſit aſcendere,⁊ in ſuſceptis mi
niſtrare,⁊ ſic deponitur. Et hoc intelligo,ſiue ſit peracta peniten-
tia,aut pars penitentie,ſiue non: qꝛ talis impediunt oꝛdinis exe-
17 cutionem,etiam poſt peractam penitentiam. ¶ †Quandoꝗ cri-
men eſt enoꝛme,⁊ occultū:⁊ tunc dicit glo.qđ eſt monendus vt ab-
ſtineat,non cōpellendus: qꝛ ſolum habet Deum vltoꝛem: qꝛ laten-
tia peccata vindictam non habent.xxxij.qđ.v. Chꝛiſtiana.⁊ per-
acta penitentia poterit officio ſuo vti,⁊ ad maioꝛes aſcendere : vt
hic,⁊ de ſimo.tue. Ita dicit gl. Fallit ſecundū eam,quando crimen
eſt homicidij: qꝛ in illo quantūcunꝗ occulto exigitur diſpenſatio.
18 ſ.e.c.ſi. ¶ †Quandoꝗ crimen eſt mediocre,⁊ occultum:⁊ tūc per-
acta penitentia,vel parte penitentie poterit pꝛomoueri ad ſupe-
rioꝛes,⁊ in inferioꝛibus miniſtrare foꝛtius, quam in alio caſu.50.
19 di.de his. ¶ †Quandoꝗ crimen eſt mediocre,⁊ manifeſtū : ⁊ tunc
glo.dicit qđ duplex poteſt eſſe manifeſtum. Uno modo qꝛ conui-
ctus eſt,vel confeſſus in iudicio timoꝛe pꝛobationum : ⁊ dicit qđ
deponendus eſt : per quod videtur quod non ſit pꝛomouendus,
ſaltem diſpenſatione epiſcopi.lxxxi.di.ſi quis clericus. Aut eſt ma
nifeſtum operis euidentia, vel ſpontanea confeſſione:⁊ tunc acta
penitentia poterit ſecum miſericoꝛditer diſpenſari:⁊ hoc caſu,qñ
egit veram penitentiam,⁊ non ſimulatam.50.diſ.vt nō conſtituere
20 tur. ¶ †Aduerte,ex glo.nihil habes clarum. Dic quod aut habe
mus reſpectum ad ius naturale,qđ conſiſtit in lege,⁊ in Euange-
lio,vt habetur in pꝛincipio Decretoꝛum,⁊.ſ.de conſue.c.fin. Dic,
quicquid dicat glo.qđ quedā ſunt delicta enoꝛmia ⁊ manifeſta. Et
enoꝛmia voco omnia,que inducūt irregularitatē ſtrictam.in qua
poteſt ſolus papa diſpenſare:vel latam,in qua poſſunt ſoli epiſco
pi:vel que inducunt ſuſpenſionem quo ad ſe,⁊ quo ad alios : vel
que impediunt oꝛdinis executionem poſt peractam penitentiam,
quo ad ſe,⁊ quo ad alios: que enumerant.ſ.de renun.niſi cum pꝛi-
dem.in.§.propter conſcientiam.de quibus etiam.ſ.de iud.at ſi cle
rici. In iſtis tene qđ ſi delictum eſt enoꝛme,⁊ manifeſtum, impe-
dit oꝛdinis executionem,etiam poſt peractam penitentiam,⁊ im-
pedit aſcenſum ad ſuperioꝛes:⁊ pꝛeciſe habet inhiberi ⁊ ſubiecti
poſſunt,⁊ debent tales vitare: imo peccant non vitando.xxxij.di.
§.pꝛeter hec.⁊ no.ſ.de ſchiſmaticis.c.j.⁊ de here.c.fraternitatis.
21 ¶ †Si eſt enoꝛme,⁊ occultum,intelligendo enoꝛme vt eſt dictum:
tunc adhuc impediunt oꝛdinis executionem poſt peractam peni-
tentiam,niſi diſpenſetur:⁊ diſpēſari debet. Et ſic intellige tex.hic,
peracta parte penitentie oꝛdine ſuſcepto vtatur: ſi cum eo diſpen
ſetur,vt diſpenſari debet,ad ſuperioꝛes aſcendere non debet,⁊ pꝛo-
hiberi debet:⁊ ſic delictum eſſet pꝛobabile pꝛeciſe,ſi omnino occul
tum,interminandum eſſet ſibi iudicium,ſed non expꝛeſſe pꝛohibē
dus eſſet: qꝛ eccleſia non iudicat de occultis:⁊ ipſe ſuſcipiendo pec
caret,niſi aliter eſſet diſpenſatum. Per que patet,hanc decre.poſ
22 ſe intelligi in enoꝛmibus. ¶ †Quedā ſunt delicta mediocria,que
appello omnia moꝛtalia.xxv.di.§.nunc autem.que tamen non in-
ducunt irregularitatem,nec ſuſpenſionem quo ad alios:queque
ſint,patet ex his,que dixi.§.propter conſcientiam. In iſtis,ſi ſint
manifeſta,iſti propter ſcandalum,non natura delicti,ſunt ſuſpen-
ſi quo ad ſe,⁊ non poſſunt miniſtrare in ſuſceptis,nec aſcendere ad
ſuperioꝛes,niſi cum eis diſpenſetur. Subditi tamen non debent
eos vitare,donec tolerantur,ex quo ad eos non ſunt ſuſpenſi.ad
quod ca.ſi.de coha.cleri.⁊ mul. Si autem ſunt occulti,tunc in ſuſce
ptis poſſunt libere miniſtrare acta penitentia abſꝗ diſpenſatio-
ne:a ſuſcipiendis ex conſilio ſunt pꝛohibendi,vt hic:tamen ſi non
vellent ſtare pꝛohibitioni,non peccant: quia non habent impedi-
mentum,ſecundum Inno. In iſtis mediocribus,an,⁊ quādo ſint
publica,debeant epiſcopi diſpenſare. Glo.optime dicit attenden-
dum modum publicationis. Dic vt in ca. Inquantum tex.hic re-
quirit quod ſit peracta pars penitentie,ad hoc vt poſſit celebra-
re,vbi poſſit: Inno.dicit qđ hoc eſt ex conſilio,⁊ nō de neceſſitate:
quia ſufficit: quod habuerit confeſſionem,⁊ cōtritionem cum pro
poſito penitentiam agendi iniunctam:⁊ ſecundum illud ius nulla
erit irregularitas. Unde ſicut eo quod ſuberat peccatum , ſecun-
dum illud ius poteſt ex lege conſcientie pꝛohiberi a pꝛomotione:
qꝛ ſibi iudicium manducat ⁊ bibit.de coha.cle.⁊ mulie.c.ſi.cum cō
coꝛ.⁊ ſic acta penitentia ſecundum illud ius poteſt licite pꝛomoue
ri,⁊ celebꝛare.50.diſt.ponderet.⁊.c.quid eſt ⁊.c.cum exaudiero.⁊.c.
23 domino ſancto. ¶ †Aut habemus reſpectum ad ius poſitiuum:
⁊ tunc ſi delictum eſt de grauioꝛibus,⁊ eſt manifeſtū, pꝛimo quod
dicit gloſſ.veriſſimum eſt quod tale impedit pꝛomotionem,⁊ etiā
impedit executionem pꝛimoꝛum oꝛdinum acta,⁊ non acta peniten
tia. Et appello enoꝛme crimen,delictum inducens irregularita-
tem ſtrictam,hoc eſt,ſi ſit delictum egens diſpenſatione a papa
queque ſint , habetur de iudic.at ſi clerici. Et hec regula eſt veriſ
ſima,⁊ infallibilis.⁊ quod verum credo , ſiue delictum ſui natura
ſuſpenſionem ipſo iure inducat,ſiue non , quia ſaltem ſuſpenſio-
nem inducit ex accidenti notoꝛietatis propter ſcandalum. Aut
delictum eſt ex grauioꝛibus , et eſt occultum. Et de grauioꝛibus
intelligo, ſi inducant irregularitatem ſtrictam, a qua diſpenſat
ſolus papa,vel quod impꝛimat ſuſpenſionem:queque ſint nume-

rantur.ſ.de renuntiat.niſi.§.propter autem malitiam.⁊ quando
egent in executione diſpenſatione pape.aut epiſcopi:⁊ tunc gl.di
cit qđ regulariter non impedit promotionem ſeu promouendum:
24 ſed excipit delictum homicidij.† Hic dico quod aut delictum eſt
omnino occultum,prout diſtinguitur contra probabile,⁊ habe
mus reſpectum ad legem promotionis publicam:⁊ nullus,etiam
homicida,eſſet expreſſe prohibendus:quia talia ſolus Deus iudi
cat.Si habemus reſpectum ad legem promotionis conſcientie,
prout eſt informata ex lege poſitiua,hic non poteſt promoueri,
niſi ſecum diſpenſetur ab illo,qui habet poteſtatem diſpenſandi.
25 † Aut omnino delictum eſt non occultum prout diſtinguitur con
tra probabile,ſed prout diſtinguitur contra notorium vel manife
ſtum:⁊ tunc ſi ex hoc conſtat,vel conſtare poteſt iudicialiter,nec ſe
cundum legem promotionis,hic poterit promoueri,nec ſecundum
legem conſcientie,ex quo eget diſpenſatione,nec in ſuſceptis mi.i
ſtrare.Et ſi dicatur,que ergo erit differentia inter homicidium,⁊
alia delicta.Reſpondeo quod nulla,dummodo inducant irregula
ritatem ſtrictam,vel ſuſpenſionem:ſed in hoc eſt differentia:quia
regulariter etiam enormia crimina,dummodo ſint occulta,nō in
ducunt irregularitatem,vel ſuſpenſionē,nec diſpenſatione egent,
excepto homicidio,ſecundum aliquos.Certe ⁊ alia ſunt delicta,vt
nota.in dicto.c.ſi.infra eo.de accuſ.inquiſitionis.⁊ de renunti.niſi.
in ſi.§.propter autem malitiam.ſed gl.excipiunt homicidiū cōmu
26 niter,⁊ ſimoniam.non per hoc ſunt talia excludenda.† Manifeſta
autem communiter egent diſpenſatione:⁊ hoc propter ſcandalum
populi.de oblatione talium.50.diſtin.c.de his vero.Et ſi dicatur,
etiam ſcandalum remanet,ſi fuerit diſpenſatum:igitur non debe
ret poſſe celebrare.Reſpondet Inn.quod quantū ad catholicos,
⁊ recte credentes,ſcandalum ſublatum eſt:quia tales credere de
bent,⁊ credent firmiter quod prelati habeant poteſtatem diſpen
ſandi,ligandi,⁊ ſoluendi.50.diſt.ponderet.⁊,c.vt conſtitueret.De
hereticorum enim ſcandalo nō eſt curandū.xi.q.iij.inter.de voto.
magne.§.cum igitur.ſ.de renunti.niſi.§.pro graui.Sed dicea ,ſe
cundum hoc,vbi neſcitur hoc ſcandalum,poterit celebrare.Re
ſpondeo,ſecundum eum,non eſt verum:quia vix eſt quod talia no
toria ſint,quin vbiqꝫ ſciantur:⁊ iura ad ea,que communiter acci
dunt,ſolēt adaptari,⁊ nec omnia poſſent diffiniri.ff.de legi.l.nam
ad ea.vnde idem dici poſſet,ſi ſcandalum ceſſet,quod ſemel ortum
27 eſt.¶ † Quandoqꝫ de delicto graui inducente ſuſpenſionem con
ſtat in iudicio miſto,quando confeſſio fit coram iudice promouen
te occulte:et tunc in iſto procedit iudex inhibendo ne promouea
tur,ſed non impedit ne in ſuſceptis miniſtret,quia ad hoc non
agitur vt nota.de eta.⁊ quali.queris.⁊ ponit Hoſt.in Summa de
28 ſcrutinio.¶ † Quedam ſunt delicta enormia non inducentia ſu
ſpenſionem:queqꝫ ſint,numerantur aliqua in capi.niſi cum pri
dem.Et dico omnia,q̄ ſunt depoſitione,vel degradatione digna,
non tamen cauſantia ſuſpenſionem,vel degradationem,⁊ occulta:
⁊ in iſto procedit decre.quia quo ad ſuſcepta ante crimen,non im
pedit:tamen,quo ad ſuſcipienda puto qđ ſic:quo ad ſuſcepta poſt
crimen,que male ſuſcepit:ſed ſi omnino eſt occultum,non compel
29 litur,ſed monetur.¶ † Quedam ſunt delicta mediocria,⁊ manife
ſta.Et appello omne delictum mediocre,quod inducit peccatum
mortale:⁊ tunc quedam ſunt delicta,que eo quod ſunt manifeſta,
ſunt ita clara,quod generant ſcandalum in populo quod talis ce
lebret:⁊ in iſto ſi habetur reſpectus ad legē Dei,quilibet eo quod
duret in peccato,non poteſt celebrare:quia iudicium ſibi mandu
cat,⁊ bibit.xlix.diſtinctio.c.fina.⁊ ſic ſi eſt emendatus de peccato,⁊
Deo placens,quo ad Deum poteſt ſecure celebrare,⁊ abſqꝫ altera
30 diſpenſatione:vt.50.diſtin.ponderet.† Si habes reſpectum ad le
gem poſitiuam,ſancti patres ſuccedentibus temporibus experti
ſimulatas penitentias,addiderunt ſtatuta,per que reſtrinxerunt.
quod eis licet.de biga.c.ſi.quod nullus criminoſus de crimine con
uictus,ſiue penituerit,ſiue non,non debeat promoueri,⁊ promo
tus debet deijci,,⁊ deiectus non reſtitui.50.diſtinctioni preſbyte
rum.⁊.c.peruenit.⁊.c.ſi poſt.⁊.c.vt conſtitueretur.Per hoc tamen
non aufertur prelato poteſtas diſpenſandi cum vere penitenti
bus:⁊ maxime vbi non eſt ſcandalum:vt dicto.c.vt conſtituere
tur.⁊.c.domino ſancto.Diſcretus tamen debet eſſe prelatus in di
ſpenſando,vt attendat ſcandalum,⁊ paruitatem penitentie,⁊ mul
ta alia,que Deus miniſtrabit.Cum cauſe enim cognitione danda
eſt diſpenſatio.ſ.queſtione.vij.diſpenſatores exigant.⁊ in multis
capitulis.Cauſa autem quare tales non poſſunt promoueri,eſt
ſcandalum:quia ſi capti,vel deprehenſi ſunt in aliquo mortali cri
mine.propter ſcandalum,quod eſt in populo,repelluntur.Idem,
ſi ſunt conuicti:vel confeſſi,vel alias ſi ſit notorium.ſ.eodem que
ſitum.niſi diſpenſetur cum eo.Pro hoc facit quod not.Innocen.
in.c.cum noſtris.ſ.de conceſſio.prebend.Et hoc dictum puto ve
rum,niſi crimen de ſui natura,id eſt,ex iuris diſpoſitione inducat
priuationem beneficij ipſo iure.Que autem ſunt iſta crimina,not.
in.c.quod ſicut.de elect.quod tene menti. A beneficio autem non
debet abſtinere,niſi ſibi auferatur:quia tantum in conſtitutioni
bus predictis de officio dicitur,⁊ non de beneficio.gl.dulm.diſci
plina.per ſententiam tamen priuabitur beneficio.lxxi.diſt.ſi quis.
⁊ concordant iſte conſtitutiones iuri naturali,vbi dicitur,Nihil
31 cum ſcandalo facies.de no.ope.nū.c.ij.† Scandalizarentur enim,
cum viderent deprehenſos in crimine celebrare.ſ.c.proximo.xxv.
32 diſt.primum.† Per que apparet concludendum quod omne deli
ctum,quantumcunqꝫ mediocre,⁊ manifeſtum,creat irregularita
tem:quia eget diſpenſatione,ſaltem epiſcopi:⁊ ideo ſi eſt delictum
tale,impedit promouendum:⁊ etiam de iure poſitiuo prohibetur
33 talis in ſuſceptis miniſtrare:quia caret executione.† Eſt tamen
differentia,vt dicit gloſſ.an delictum ſit notorium confeſſione,vel
facti euidentia ex vna parte:an quia conuictus,vel confeſſus pro
pter timorem probationis ex altera quo ad facilitatem diſpenſan
di:qꝛ primo caſu de facili diſpenſatur,ſecundo non.Sed ante di
ſpenſationem quo ad legem promotionis,⁊ poteſtatem celebran
di nulla eſt differentia.Quedam ſunt delicta leuia,⁊ notoria facti
euidentia,non tū ſunt ita clara,quin habeant aliquā excuſationē,
et ex quibus magnum ſcandalum oriri non conſueuit,⁊ tunc dicit
Inno.quoſdam dicere vt in tenente plures eccleſias habentes cu
ram animarum.Dicit Innoc.ſatis poſſe dici,quod poſt peniten
tiam licite celebrabit:argu.de elec.dudum.vbi requiritur quod tā
tum tempore electionis habeat plures curas,vt non valeat ele
ctio.Idem ſi fecit tumultum in concilio.v.q.x.in loco.vel ſi fuerit
excommunicatus.x.q.ſ.c.ſ.vel contumax.hec enim multoties ex
34 cuſationem habent. ¶ † Alij,quod qualitercunqꝫ manifeſtus ſit
exceſſus,maxime ſi ſcandalum eſt,poſtea non celebrabit,etiam a
cta penitentia,vt hic.Subditi tamen eius officium audient quo
uſqꝫ ſententialiter condemnetur.xxviij.di.conſulendum.viij.q.vl
tima.nonne.Et ſicut non poteſt celebrare,ita nec eligi:quia pro
pter celebrare eligitur.de cle.excom.miniſ.ſi celebrat.ad hoc de cō
uicto.ſ.de elect.ſuper eo.de confeſſo.cum ſuper.ſic ⁊ in deprehen
ſo,vt nec ad epiſcopatum,ita nec ad alias dignitates poſſit eligi.
de elec.per inquiſitionem.Quandoqꝫ crimen eſt mediocre,⁊ eſt oc
cultum:⁊ tunc,regulariter non inducit irregularitatem:ideo fa
cta penitentia,vel eius parte,celebrabit:vt infra capit.proximo.
de apoſta.cap.ſecundo nec erit tunc neceſſaria diſpenſatio,⁊ ſuffi
ciet abſolutio ſacerdotis:vt dicitur capit.ſecundo.vj.q.ſ.illi qui.
quāuis meritoria ſit humilitas,ſi voluerit abſtinere:⁊ forte talis
non erit etiam monendus vt abſtineat a promotione ordinum,ſe
35 cundum Innocen.¶ † Oppo.quod etiam occultus peccator poſ
ſit prohiberi a promotione:vt.ſ.c.proximo.Solu.Secularis non
poteſt prohiberi,vt hic:regularis ſic,vt ibi:quia non habeat pro
priam voluntatem.xij.q.ſ.volo.vel vbi eſt ſcandalum,poteſt inhi
beri,vt ibi:vbi non eſt ſcandalum,non,vt hic:vel vbi quis ratio
ne dignitatis habet ius,⁊ neceſſitatem petendi ordinis,non pro
hibetur,vt hic.Si voluntarie petit ſic,vt ibi:qꝛ tūc prelatus eius,
qui nouit ſecreta,poteſt inhibere,vt ibi. ¶ Conclude,ſi aliquis
occultus peccator petat promoueri ratione tituli,non poteſt pro
hiberi. Si non ratione tituli,⁊ eſt ſcandalum,poteſt prohiberi.
Si non eſt ſcandalum,ſecularis non poteſt prohiberi:regularis
autem a penitentiario prohiberi non poteſt:a non penitentiario
autem,ſ.prelato non debet prohiberi:ſi tamen prohibeatur,de fa
cto,prelatus non poſſet ipſum preciſe inhibere:ſed tunc epiſcopus non
compellitur ipſum ordinare.¶ Conſulit tamen Hoſtien.quod ſi
habeat leſam conſcientiam,quod alteri committat.de offi.ord.pa
36 ſtoralis.§.qꝛ vero.¶ † Oppo.quod non debeat quis pro quocun
que delicto degradari.de pen.c.ij.li.vj.de iud.cum non ab homi
ne.So.Dic qđ hic loquitur de verbali depoſitione.¶ Vltimo
doct.inducunt decre.ad.q.de illo tutore,qui cepit facere inuenta
rium,⁊ non perfecit:qđ poſſet agere.de quo in Spec.de tutore.§.
generaliter.ver.quid ſi cepit.¶ Opp.vel hec decre.intelligitur de
crimine graui,vel de mediocri.Primo caſu,ſi loquit̃ de graui,qđ
videtur qꝛ imponitur pena degradationis,non procedit:quia di
cit ſinis,vbi acta penitentia poteſt in ſuſceptis miniſtrare.Vel de
mediocri:⁊ tunc ex quo occultū eſt,non debet prohiberi a promo
tione.So.Pōt intelligi de graui,non tū inducente irregularita
tē,vel ſuſpenſionē,ex quo eſt occultū:⁊ tale acta penitentia nō im
pedit in ſuſcepto miniſtrare:ad ſuperiores tamen ordines nō de
bet ex cōſilio promoueri:⁊ ſic eſt monendus,non tū cōpellendus.
Poſſet etiā intelligi de delicto graui,⁊ inducente irregularitatē,
vel ſuſpenſionē quando omnino eſt occultū:qꝛ monendus eſt,ſed
non omnino cōpellendus:qꝛ relinquit̃ in tali ſue conſcientie.Sed
certe monendus etiam eſſet vt in ſuſceptis non miniſtraret:niſi di
catur qđ acta penitentia diſpenſet̃ in occulto.Et ſic qđ dicit pmit
ti,intellige diſpenſatiue.Patet etiam intelligi de mediocri occul
to:qꝛ acta penitentia poteſt in ſuſcepto,in non ſuſcepto autem de
bet ex conſilio abſtinere,Ideo monendus eſt,⁊ nō compellendus.
Sed hoc vltimum non tenet Inn.quia dicit quod non eſt monen
dus. Anto.de Butrio.

1 ¶ Religioſus contra monitionem ſui prelati non debet ordi-
nari.
2 Subiectus in dubiis tenetur ſuo ſuperiori obedire.
3 Prelatis quando non obediendum.
4 Opus bonum an debeat omitti, vt ſcandalum vitetur.
5 Prepoſiti appellatione qui comprehendantur.

1 A Daures. ¶ † Religioſus contra monitio-
nem prelati ſui ordinari nõ debet.
¶ Communis diuiſio. Secunda ibi: tue. ¶ Nota pri-
mo prelatum regularem poſſe inhibere promotionem
monachi ad ordines, etiam pretextu occulti delicti. Et ſic occul-
tum delictum quandoq; impedit legem promotionis etiam pu-
blicam. Et nota quod hoc eſt verum, quando eorum promotio ge-
2 neraret ſcandalum. Cetera ſunt clara. ¶ † Nota ſubiectum in du-
3 biis teneri ad parendum ſuperiori ſuo. ¶ † Oppo. qȝ non ſemper
ſic obediendum prelatis ⁊ ſuperioribus. xi. diſt. non liceat. Solut.
Dicit glo. quãdoq; aliquid diſponit prelatus ſentẽtiando: ⁊ parẽ-
dum eſt ſentẽtie, ſit iuſta vel iniuſta, dũmodo ſit aliqua. de ſent. exc.
per tuas. Si enim eſt nulla, vt in caſibus dicti. c. per tuas. ⁊ no. eo.
ti. preſenti. li. vi. non eſt parendũ. In aliis diffinitiuis ſententiis,
aut interlocutoriis, parendũ eſt ſm Inn. dũtamẽ nõ ſint inualide
ex ordinis defectu, vel non ſit appellatum: alr appellandũ eſt cau-
ſa interpoſita, ſi appellatur ab interlocutoria, vt patet de app. vt
debitus. ⁊ c. cordi. lib. vi. Quãq; aliquid precipit extraiudicialiter
ſuperior: ⁊ tunc aut eſt preciſus, vt quia ſchiſmaticus, hereticus, vel
rebellis: ⁊ non debet ſubditus obedire. de offi. ordi. qȝ ſedẽ. de ex-
ceſ. prela. tanta. de elec. quia diligentia. cũ ſimi. Aut non eſt preciſus,
⁊ precipit aliqua, que non ſpectant ad eius officium: ⁊ adhuc non
eſt parendum. ff. de re. iur. factum a iudice. vi. q. i. frater. Quãq; ali-
quid precipit de his, que ſpectant ad eius officium: ⁊ tunc aut aper-
te precipit illicitum, vel qȝ eſt malum: ⁊ parendum non eſt, lȝ iuſtũ
videatur prelato. de reſti. ſpo. literas. Et hoc caſu qȝ poſſet cõtra
dicere, etiam abſq; aliqua appellatione, ⁊ ſufficeret contradicere.
lxxxiiii. diſt. geſta. quia tale grauamen extraiudiciale non tranſit in
rem iudicatam. de quo de appel. Romana. §. ſi vero. li. vi. ⁊ in tali
precepto extraiudiciali non eſt neceſſaria cauſe expreſſio vel cogni
tio, ex quo precipit illa, que ſpectant ad eius officium. vii. qȝ. i. fra-
ter. ⁊ tunc lȝ ſecurus ſit appellatione, tñ ⁊ ſine appellatione tutus
eſt, vt in confirmationibus, inſtitutionibus, ⁊ aliis. de his, que ſi. a
prela. nouit. ⁊ c. quanto. Unde ſi precipit eccleſia quod recipiat eco-
nomatum, vel vicedominatũ, vel ſimilia, tutus eſt ſubditus, etiã
abſq; appellatione. ii. q. vi. nominationes. Et hoc verum in his, q
cõmuniter tangunt epm, ⁊ capitulum. In his vero, que habentur
in capitulo ſeparata, niſi pretendatur iuſta cauſa, obediendum eſt.
de reſcrip. edoceri. Quandoq; prelatus precipit euidenter iuſtũ: ⁊
parendum eſt, niſi ſubditus haberet cõſcientiam quod eſſet iniu-
ſtũ, ⁊ illam non poſſet deponere: quia tunc potius quantũcunq; erro-
neam conſcientiam debet ſequi. de ſimo. per tuas. Et lȝ prelatus
poſſet eum punire, ſubditus toleret patienter, ex quo nõ poteſt cõ
ſcientiam deponere. de reſti. ſpo. literas. de ſen. excom. inquiſitioni.
Quandoq; precipitur aliquod dubium: ⁊ adhuc in dubio paren-
dum eſt. De materia vide per Hoſt. in Summa. de ma. ⁊ obed. §. ad
qȝ. ad ſi. ver. ad huius. ⁊ vide in decreta. prima. de his, que ſi. a ma.
4 parte capituli. per Inno. ¶ † Oppo. quod pro ſcandalo euitando
quis non debeat vitare operationem boni. de reg. iur. qui ſcandali-
zant. So. Pro vitando ſcandalo aliquid, qȝ omitti poteſt, vel fie-
ri, ſine peccato, omittendum, vel faciendũ eſt: ſed pro vitando ſcan-
dalo quod omitti non poteſt abſq; peccato, vel fieri, omitti, vel fie-
5 ri non debet. Glo. due ſequentes literales ſunt. ¶ † Quid compre-
henditur hic appellatione prepoſiti. Dicit gloſſ. reſpondendo, ⁊c.
Ideo dicunt doct. quod nomen generale eſt, ⁊ comprehenduntur
omnes, ſiue ſint abbates, ſiue priores, ſiue miniſtri, ſiue guardiani,
ſiue archipreſbyteri, vel cuiuſcunq; profeſſionis, vel nominis, qui
religionibus preſint. Antonius de Butrio.

1 ¶ Conſecratur metropolitanus ab omnibus ſuffraganeis.
2 Conſecratur ſuffraganeus a tribus, iubente metropolitano.
3 Epiſcopus poteſt conſecrari a proprio ſuffraganeo.
4 Conſecratio archiepiſcopi requirit ſaltim tres epiſcopos.
5 Conſecrationi ſuffraganei neceſſario epiſcopus non adeſt vt con-
ſecrans.
6 Conſecratio ſuffraganei fieri non poteſt abſq; conſenſu cuiuſque
ſuffraganei prouincie.
7 Conſecrare debet archiepiſcopus ſuffraganeum per ſe.
8 Ordinari quomodo poſſit archiepiſcopus per capitulum.
9 Ordinare verbum quid ſignificet.
10 Conſecratio archiepiſcopi requirit conſenſum omnium ſuffraga-
neorum.
11 Conſecrare poteſt ſolus papa epiſcopum vel archiepiſcopum ſua
propria authoritate.
12 Ordinationi archiepiſcopi qui interſint.
13 Conſecratio ſuffraganei a quibus debeat fieri.
14 Suffraganei electio ad quos ſpectet.

1 S I archiepiſcopus. ¶ † Metropo-
litanus ab om-
2 nibus ſuffraganeis conſecratur: † ſuffraganeus vero
3 a tribus, metropolitano iubente. h. d. cũ c. ſeq. ¶ † No-
to primo qȝ proprium conſecrant ſuffraganei ſuum archiepiſco-
pum: ⁊ ſic in conſecratione omnes debent intereſſe. ¶ Secũdo no-
ta arg. pro opi. qȝ epatus ⁊ archiepatus ſit ordo, ibi: ordinandus,
⁊ ibi: ordinetur. de quo in data. Sexti. Et aduerte quod licet in a-
ctu electionis ſolum capitulũ eccleſie intereſſe debeat, in actu con-
ſecrationis omnes epiſcopi. ad hoc quod no. ſ. de iudi. c. nouit.
4 ¶ † Tertio nota ꝙ de ſubſtantia conſecrationis, ⁊ forma, ſaltem
5 exiguntur tres epi. † Et nota ꝙ in conſecratione ſuffraganei neceſ-
ſario archiepiſcopus non adeſt vt conſecrans, ſed vt iubens vt cõ-
ſecratio fiat: ⁊ eius actus potius eſt iuriſdictionalis, quam ordo.
6 ¶ † Quarto nota quod cõſecratio ſuffraganei non pòt fieri abſq;
7 conſenſu cuiuſq; ſuffraganei prouincie. ¶ † Quinto noto qȝ licet
archiepiſcopus poſſit ſuffraganeum per alium conſecrare, meli9
tamen eſt quod per ſe conſecret. ¶ Sexto nota ꝙ aſſiſtente actu
conſecrationis, omnes pariter in conſecratione operãtur. ¶ Pri-
mo arguitur de forma, ⁊ perſonis archiepiſcopum conſecranti-
8 bus. Secundo de perſonis conſecrantibus ſuffraganeos. ¶ † Ad
primum oppo. quod non ordinent archiepiſcopum ſuffraganei, ſȝ
capitulum cathedralis eccleſie: vt. ſ. de elec. c. i. Sol. ſi ſumitur or-
dinatio pro conſecratione, hoc faciunt ſuffraganei: ſi ſumitur pro
electione, hoc facit capitulum, niſi ſuffraganei de cõſuetudine ha-
berent ius in electione, ⁊ tunc vocandi eſſent. xciii. diſt. numeratus
9 ſum. ad hoc qȝ no. de poſtu. prela. bone. i. ¶ † Nota gl. ex illo ver-
bo, Ordinato, quod ſumitur quãq; pro conſecrare, quandoq; pro
eligere. vide tex. de conceſ. preben. c. ii. vide doc. de offic. deleg. ſuper
10 eo. ¶ † Oppo. qȝ non exigatur ꝙ ab omnibus ordinetur: vt patȝ
in fin. c. ⁊ videtur etiam ꝙ ſufficiat qȝ in ordinatione maior pars
conſentiat: vt de elec. quia propter. ff. ad municipales. l. qȝ maior.
Sol. De forma conſecrationis, ⁊ ad ſubſtantiam eius ſufficiunt
tres in ipſa cauſa facienda, ⁊ vt ad eam poſſit haberi deſcenſus, di-
cit glo. quod omnium ſuffraganeorum exigitur conſenſus: quia qȝ
omnes tangit, ⁊c. de ma. ⁊ obed. humilis. ⁊ c. inter quatuor. ⁊ hoc ſi
conſentire velint: ſufficit enim ſi ad hoc vocentur: ⁊ ſi volunt cõſen-
tire, hñt quidẽ: ſi nõ volũt intereſſe, poterit fieri p volẽtes intereſſe.
Si volũt intereſſe, ſed nõ cõſentire oẽs, ſtabiẽ maiori parti, ſm gl.
Ad hoc. xci. di. quia per ambitiones. Hec vera ſunt in actibus tã-
gentibus plures vt collegium, vel vt eſt vniuerſitas: alr ſi actus
tangeret commodum priuatum, ſufficiet vnius contradictio. de
11 conſti. cum omnes. ⁊ hoc verum de iure. ¶ † Tamẽ papa poteſt, ſi
vult, conſecrare: vt no. ii. di. qui in aliquo. Et dicit ibi Jo. quod in
propria ciuitate conſecrandus eſt, vt ibi. ⁊. lxiii. diſt. metropolita-
12 no. ¶ † Ad ſecundũ opp. qȝ non ſit neceſſe qȝ omnes conſentiãt:
quia ſufficit quod ſint vocati. lxx. diſt. comprouinciales. Sol. Dic
quod ordinatio eſt facienda illis conſentientibus, ſi poteſt: ⁊ ſuffi-
cit qȝ conſentiant tacite, vel expreſſe, vt quia non contradicant,
vel ſi contradicant, nihil rationabile opponũt: ſufficit etiam quod
vocati non veniãt. Si tamen fieret conſecratio contempto mini-
mo epiſcopo, non valeret quo ad hoc vt reciperet executionem, vt
dicit Joan. lxiii. diſtinct. c. primo. vel ſaltem veniret caſſanda: vt
13 dicam in. c. ſequenti. ¶ † E ppo. ſecundo quod abſq; authoritate
archiepiſcopi facere poteſt. lxiii. diſtinc. quia per ambitiones. So-
lut. Si viuit archiepiſcopus, eius authoritate hoc faciendum eſt:
ſi non viuit, tunc propria authoritate facere poſſunt, ſecundum
Innocen. Jo. 100. diſt. c. i. dicit quod hoc facient tunc authoritate
propria, vel cleri matricis eccleſie. Joã. and. dicit quod collegium
prouinciale hoc facere poterit ⁊ tribus committere authoritate
ſua: tres vero comprouinciales hoc non poſſunt abſq; licentia pa-
pe, vel cleri matricis eccleſie, vel collegii prouincialium epiſcopo-
rum. Et ſic vtraq; opi. eſt vera: ⁊ dicit Hoſt. quod hoc primo loco
ſpectat ad prouinciale collegium: quo negligente, ad capitulum
14 metropolitane eccleſie. lxv. diſtinc. ſi forte. ¶ † Oppo. quod electio
ſuffraganei non ſpectat ad archiepm, ſed ad capitulũ ſue eccleſie,
vt patȝ de elec. c. i. Sol. Dici põt ꝙ quedã eſt electio primaria, que
principiat actum promotionis: hec ſpectat ad capitulũ. Quedam
eſt electio ſecundaria, que ſit poſt electionem, quando preſentatꝰ ad
cõfirmandũ archiepo, per quam electus examinatur, ſi dignus eſt,
admittitur: ⁊ hec, que ſumitur pro quadam examinatione, aut cõ-
firmatione, ſpectat ad archiepiſcopum, qui talem habet examina-
re. de elec. nihil. De hoc loquitur hec decreta. Uel intelligi poteſt
etiam de primaria, intelligendo vt dicit prima gloſſ. de electione
competente ex conſuetudine. Antonius de Butrio.

1 ☞ Conſecrationis forma que requirat.
2 Conſecrationi archiepiſcopi qui intereſſe debeãt.
3 Numero maiori in quibus actibus ſtetur.
4 Actus, requirens preſentiam, non fit iuſſu.
5 Conſecrari poteſt ſuffraganeus per archiepiſcopum.
6 Conſecratus epiſcopus a tribus dicitur ab omnibus ordinatus.
7 Librum tenere ſuper caput, non eſt de ſubſtantia conſecrationis.
8 Conſecrari debet archiepiſcopus de conſenſu primatis ſui.
9 Conſecrari poteſt epiſcopus ſubditus archiepiſcopo, cõſenſu tantum archiepiſcopi.
10 Conſecrationi ſuffraganei ſi non conſentiat archiepiſcopus, an valeat.
11 Conſecratio ſuffraganei admittit extraneos epiſcopos.
12 Ordinanti epiſcopo aliquem in preſbyterum debent aſtare ſaltem duo preſbyteri.
13 Conſecrationi epiſcopi intereſſe qui debeant.
14 Archiepiſcopo conſecrando ſi quid opponatur, quid agendum.

Nec epiſcopi.

¶ Summatũ eſt. ſ. in. c. pximo. ¶ Nota primo quod ſuf
fraganeus nõ põt cõſecrare abſq; permiſſu metropoli
1 tani. ¶ † No. ſcdo qd de ſubſtãtia cõſecratiõis, ⁊ forma,
exigantur tres: ⁊ ſic archieps, abſq; duobus, vel tribus epis, non
2 pt cõſecrare epm. Et no. qd epi debẽt eſſe cõprouinciales. ¶ † Ter
tio no. qd lʒ ad ſubſtãtiã cõſecrationis exigant tres, antequã tñ ad
eã habeat recurſus. i. aditus, dñt oẽs ſuffraganei requiri, ⁊ cõſenti
re. ¶ No. quarto q actus, q ſolo perficit conſenſu, põt p epalẽ per
fici. Ad hoc. l. j. ff. de cõtrahen. emp. Et no. qd citatio, ⁊ requiſitio, ſeu
3 admonitio põt fieri per lras. ¶ † Quinto no. q in actib9 depẽdẽti
4 bus a plurib9 vt vniuerſitate, ſtatur maioritati numeri. ¶ † Op.
qd nõ ſufficit iuſſus eius, imo exigit eius preſentia, q cõmiſerit vi
ces ſuas. de offi. or. c. qd ſedẽ. Sl. fatet q exigit eius licentia: ⁊ opʒ
5 qd ipſe, vel alter loco eius ſit pñs. ¶ † Op. ſcdo qd ſine trib9 põt
archieps cõſecrari: qr ſufficit qd ipſe cũ duob9 hoc agat. lxx. di. cõ
prouinciales. So. Qd dicit qd ipſe cũ trib9 hoc põt: intellige ipſo
cõputato in numero triũ. Nam cum hoc poſſet fieri iuſſu archiepi
a tribus, quare nõ poterit fieri ab archiepo iũctis duobus: Ideo
additũ fuit in litera, Uel duobus. qd nõ erat in antiqua compila
tione. Et dicit glo. qd de ſubſtantia conſecrationis eſt q ſint tres:
alias non eſſet conſecratus, ſi a paucioribus eſſet cõſecratus. lxvj.
6 di. porro. vbi ponit forma cõſecrationis ab Apoſtolo. ¶ † An ve
ro quilibet iſtorum ordinet, ⁊ an tenere librum ſupra caput ordinã
di ſit de ſubſtantia ordinationis: not. xxiij. di. eps. quod bene no
ta. Et ibi tenet glo. quod dicitur ab oibus ordinatus, nõ a quoli
7 bet de per ſe. † Nota quod tenere librũ ſupra caput, non ſit de ſub
8 ſtantia, vide qd no. de elec. quod ſicut. ¶ † Uento ad aliqua queren
da. Primo hic habemus de ſuffraganeis. quid ſi conſecrat archi
epiſcopus: Dic q hoc fieri debet de permiſſu primatis. i. patriar
che, ſi habet illum. lxv. diſ. §. ſi autem. vbi de hoc: ⁊. c. ſeq. vj. qd. iiij.
9 ſi intra. ¶ † Quero quid de epiſcopo ſubdito archiepiſcopo, an
conſecretur abſq; conſenſu primatis: Dic q ſic: lʒ ſit honeſtum il
lius cõſenſum requiri: vt. lxv. diſt. placuit. ¶ Alij dicunt quod de
neceſſitate exigitur: quia factum arduũ eſt, ⁊ magnum, tangens to
tam prouinciam, cuius ipſe caput eſt: merito ergo requirendus:
aliter conſecratus nõ habebit executionẽ: vt in. c. placuit. Et huic
plus aſſentit Inno. hoc dicit Hoſti. verum, ſi pateat hoc fieri de
bere de conſuetudine, vel priuilegio: alias ſecus. ix. q. iij. cõqueſtus.
10 de offic. ordin. duo ſimul. ⁊. c. paſtoralis. ¶ † Quid ſi archieps non
vult conſentire conſecrationi ſuffraganei ſui, nec iubere: Dic ſi ha
beat cauſam, impediet eam: ⁊ ſi eſſet pbabile dubiũ de iuſtitia cau
ſe, ſtaretur dicto eius cõtra prouinciales epos, niſi appellaretur.
Sic intelligo no. lxv. di. c. j. Si aũt non haberet cauſam iuſtam: tũc
ſuffraganei poſſunt, requiſita ſuperioris licentia, ſi habet: alias ſa
tis puto quod ipſi poſſent, niſi de facili poſſet habere recurſuʒ ad
papam. Et ſic poteſt intelligi. lxiij. di. c. vltimo. ⁊ quod ibi no. Jo.
11 vbi doc. hic remittunt. ¶ † Quero quid ſi prouincia nõ habet tres
epos, vel hʒ vnum ſolum: So. Conuocentur vicinorũ auxilia. vij.
q. j. pontifices. quia de ſubſtantia conſecrationis eſt hic numerus.
12 † Propter quod arguit Hoſtien. quod quando eps aliquem ordi
nat in preſbyterum, ad minus duo preſbyteri ſacerdotalibus in
duti ei debẽt adſtare. Et ſic intelligitur. xxiij. di. preſbyterum. Di
cit tamen quod conſuetudo multarum eccleſiarum habet q nec
duo aſſiſtant induti, ⁊ q omnes preſentes, etiam nõ induti, man9
imponant: ⁊ ſic predictum. c. qd dicit q omnes manus imponant,
intelligit omnes, qui preſentes ſunt: ſed debet intelligi de indutis,
ſicut dicit de indutis: in conſecratione epi aſſiſtere habent ſaltem
duo vel tres induti conſecranti, ſic duo vel tres induti preſbyteri
debent aſſiſtere epo ordinanti: alias impoſſibilis eſſet ibi litera, q
dicit, manus ſuas iuxta manus epiſcopi: quando multi eſſent preſ
byteri preſentes. Non tamen reprobat Hoſtien. quin ex quo duo
induti adſiſtunt epiſcopo, ⁊ alij etiam nõ induti manus imponãt:
13 ⁊ remittit de ſacra. nõ ite. c. ſi. ¶ † Quid ſi aliquis ex ſuffraganeis
ſit contemptus in conſecratione epiſcopi: Dic quod poterit age
re de contemptu, ⁊ obtinebit caſſationem executionis: ſicut in ele
ctione agitur vt conſecretur. de elect. quod ſicut. ⁊ etiam grauior
pena poſſet imponi, ſecundum Inno. ¶ Quero quid ſi ſententia
uerit archiepiſcopus ſecundum voluntatem minoris partis: Di
cit hic Joan. an. quod tenet ſententia: qr hic ſuffraganei non ſunt
iudices, ſed conſiliarij, ſecundum Inno. ſunt tamen conſiliarij ne
ceſſitatis: propter quod vitiabitur factum eis contemptis, vt. ſ.
14 dixi. ad hoc de elec. cum in veteri. ¶ † Quero quid ſi conueniant
ſuffraganei ad conſecrandum electum in archiepiſcopum ſuum, ⁊
aliquid rationabile opponitur quare non ſit conſecrandus: quid
fiet: Dic quod recurrendum eſt ad papam, vel ad alium ſuperio
rem, patriarcham, vel primatem, ſi illum habeat, ſecundum Inn.
alias Hoſti. de offic. ordi. quod ſedem. de fo. compet. ſane. ⁊. c. cum
ſit. quia cum recipit in confirmatione iuriſdictionem in ſuffraga
neos. de elec. ſuffraganeis. ⁊. c. tranſmiſſam. cognoſcere de hoc non
poterunt vt inferiores. xxj. diſtin. inferior. de maio. ⁊ obed. cum in
ferior. Recurratur ergo ad papam, vel patriarcham. de prebend.
graue. Plus dicit abbas quod ſi contra epiſcopum conſecrandũ
de criminibus obiectis cognoſcat archiepiſcopus cum duodecim
epiſcopis, etiam maior pars dicat condemnandum, ⁊ minor abſol
uendum, archiepiſcopus non poterit ſententiare. iij. q. vj. quãuis.
de tranſla. c. ij. de quo de accu. ſuper his.

1 ☞ Ordinans extra tempora debita punitur. 3.
2 Ordinans extra tempora ordinata peccat, ⁊ punitur.
4 Characteris impreſſio non impeditur defectu ſolennitatis.
5 Diſpenſat ſolus papa cum ordinato extra tempora. 8.
6 Ordinati extra tempora recipiunt ordinem quo ad characterem.
7 Ordinati extra tempora an ſint priuati ipſo iure ordine executionis.

Cum quidam.

1 ¶ † Ordinãs extra tem
pora debita punitur, ⁊ or
dinatus ſine pape diſpenſatione ordines non exequit.
h. d. Primo punit ordinantem. Secundo ordinatum.
2 ¶ † Nota primo ordinantem extra quatuor tẽpora puniendum: ⁊
3 ſic peccare. ¶ † Secundo nota ordinatum carere debere executio
ne, donec ſecum diſpenſetur: ⁊ ſic patet qd tempus non eſt de ſub
4 ſtantia conſecrationis, licet ſit de ſolennitate. † Et nota qd deficiẽ
tibus ſolennitatibus requiſitis ad ordinem, que ſunt de bene eſſe,
non impeditur impreſſio characteris, nec impedit executio ipſo
5 iure. ¶ † Nota tertio quod cum ordinato extra quatuor tempora
ſolus papa diſpenſat, ad integrandam executionem. Et ex hoc ha
bes vnum caſum, in quo epiſcopi non diſpenſant: quia diſpenſa
6 tio eſt pape reſeruata. ¶ † Oppo. quod ordinati extra quatuor
tempora recipiant ordinem. ſ. eod. ſane. j. eod. conſultationi. Sol.
Non recipiunt executionem, vt hic: ſic characterem, vt hic, et ibi.
7 ¶ Quero an ipſo iure careant executione, an ſint executione pri
uandi. Dicunt aliqui quod ipſo iure, argumen. j. c. literas. de quo
dicetur ibi, ⁊ in. c. penul. Jo. an. ⁊ Inno. intelligunt, id eſt, per ſentẽ
8 tiam, propter verbum Reddere debes. ¶ Quero an inferior a
papa poterit cum iſto diſpenſare. Tex. facit quod non. Glo. hic te
net doc. contra. vnde dicunt q lʒ ille non poſſit diſpenſare, qui ma
le ordinauit, diſpenſabit tñ ſucceſſor. Metropolitanus autẽ hunc
non diſpẽſat, qr hoc fecit ex delegatione pape. ſ. qd ſuſpendit: vel qr
tales non ſunt archiepiſcopo ſubiecti, cum eſſent ſubditi ſuffraga
neis: arg. de offi. iudi. ordi. paſtoralis. Ordinarius autem non po
teſt: quia fuit ille, qui peccauit: ſicut non poteſt diſpenſare cum il
lis in beneficio, quibus ignorantibus ipſi epiſcopo data eſt pecu
nia. ij. q. v. preſentium. licet alias eo caſu ſit permiſſa diſpenſatio,
vt ibi: ideo papa diſpenſationẽm ſibi reſeruat, ſcdm Abbatem.

1 ☞ Ordinari non debent Greci a Latinis, vel econtra.
2 Ritus quid eſt.
3 Conſuetudo, ⁊ ritus, operantur in ordinibus conferendis.
4 Ordinari poteſt Latinus ſecundum morem Grecorum.
5 Preſbyter Grecus transferens ſe ad Latinos an poſſit vxorem retinere.

Cum ſecundũ.

1 † Greci a Latinis, vel e
contrario, ordinari non
2 debent, ſi in ritu ordinandi ſunt diuerſi. h. d. ¶ † No
ta quid eſt proprie ritus: quia eſt quedam conſuetudo
in ordinandi modo, vel alio actu exercendo ſolennitateʒ prebens:
ita quod vbi vſus diſponit erga ſolennitatem actus, poteſt ritus
3 dici, ſeu obſeruantia. ſ. de conſuetu. c. fin. ¶ † Secundo nota quod
circa modum ordines conferendi poteſt operari conſuetudo, ⁊ ri
tus, vbi

tus, vbi ſumus in loco, in quo lex circa ordines canonica non eſt
4 recepta. ¶ † Oppo. quod ſecundum ritum. Grecorum Latinus
poſſit ordinari. ſ. c. quod tranſlationem. Solu. Gloſſ. dicit qđ illud
olim: hodie talis mos non debet ſeruari: ſi tamen ſeruetur, ꝛ tole-
retur per papam, ſtandum eſt tolerationi pape. Uel dic ꝙ Gre-
ci ordinari poſſunt a Latinis, dum tñ hoc ſiat de licentia ſuorum
epõꝝ, vt ibi: ꝛ econtra: dum tamẽ ordinentur Latini ſecundũ ritũ
Latinoꝝ, ꝛ Greci ſm ritum Grecoꝝ, vt ibi. Uel prohibenſ ordi-
nare cõtra ritum etiã ordinandi, vñ ſi ritus non ſunt diuerſi non
prohibetur ordinatio. Si ſunt diuerſi, non poſſunt: q2 contingeret
neceſſario fieri aut contra ritum ordinati, aut cõtra ritũ ordinan-
5 tis: ꝛ vtrũq3 malum eſt. ¶ † Quid ſi coniugatus Grecus presby-
ter ſe transferat cum vxore ſua ad morandum inter Latinos, nun
quid erit ſibi licitum vxorẽ retinere: Dicit Inn. qđ ſi breuem mo-
ram faciunt, ſic apud Latinos hoc poterit tolerari: ſi vero longã,
illud propter ſcandalũ tolerandũ non eſſet: ꝛ niſi promittat conti-
nentiam, ſibi non dabitur eccleſia Latinoꝝ. Hoc vltimum nõ ap
probat Hoſt. remittens ad decre. cum olim. de cle. coniug. dicens
durum conſentire vt propter ſcandalum matrimonium licite con
tractum a Greco, qui continentiam non vouit. xxxi. di. Nicena. de-
beat ſeparari: cum Grecus matrimonio poſſit vti. de vi. ꝛ ho. cler.
in ſi. niſi forſan cum ſcandalo allegetur, ꝛ probetur ſpecialis cõſue
tudo regionis: de cognat. ſpirit. c. ſuper eo. Bartho. Brix. q. domi
ni. xxx. dixit eum a miniſtrando prohiberi non debere. Anto-
nius de Butrio.

1 ¶ Monachus in ſecundo ordine ad quem tranſiuit recipiens
ſacerdotium, ad primum ordinem rediens libere miniſtrabit.
2 Apoſtata non concluditur monachus tranſiens ad aliud mona-
ſterium.
3 Monachorum nigrorum regula eſt durior, quam regula alboꝝ.
4 Monachus illicite tranſiens ad aliam regulam, incurrit apoſta-
ſiam.
5 Apoſtata ſumitur ſtricte, ꝛ late.

1 Ex parte. † Si monachus vni⁹ ordinis in ſe-
cũdo, ad quem tranſiuit, recipit ſa-
ſacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libe-
re miniſtrabit. ¶ Cõis diuiſio. Scđa ibi: mandamus.
2 ¶ † Nota primo quod monachus tranſiens ad aliud monaſteriũ,
neceſſario nõ concluditur apoſtata: ꝛ ibi recipiens ordinem nõ in-
currit irregularitatem, nec per hoc eſt ſuſpenſus ab executione of
3 ficij. ¶ † Nota ſecundo quod ceteris paribus regula nigroꝝ mo-
nachorum videtur durior, quã ſit regula monachorum alborum.
4 ¶ † Opp. ꝙ exiens monaſterium incurrat apoſtaſiam: ꝛ ſi ibi ordi
natur, videtur qđ incurrat irregularitatem. de apoſtatis. c. ſi. So.
Poteſt decre. dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ monachus hic
tranſiuit illicite ad aliam religionem, ꝛ ibi aſſumpſit ordinem: ꝛ ſe-
5 cundum iſtum intellectum obſtat contrarium. ¶ † Sed dic quod
quidam ſunt apoſtate ſtricte, vt qui apoſtatant ex toto relinquen-
do habitum, ꝛ ad mundum redeunt, vel qui apoſtatant a fide: ꝛ ta-
les ordinati incurrunt irregularitatem, ꝛ carent executione, vt in
contrario. Quidam ſunt apoſtate late. i. retro redeuntes: ꝛ tales
non incurrunt irregularitatem ibi ordines aſſumendo, ſecundum
glo. vel talem, quin poſſint diſpenſare abbates. Ita videtur velle
glo. Uel ſecundum doct. quãdo tranſitus eſt publicus, ꝛ notorius: ꝛ
tranſiens ibi ordinatus incurrit irregularitatem. ſ. ſi tranſitus
eſt occultus: ꝛ non incurrit irregularitatem, ſecundũ Jo. ꝛ Abb.
Et ſi dicatur cõtra, q2 tranſitus eſt publicus, ꝛ non poteſt nõ eſſe
notorius. lx. di. ſi ſeruus. de tranſla. prela. licet. Sol. ibi loquitur in
tranſitu epi, qui tranſiuit cum turba, monachus autem occulte: vt
patet ex nota. per glo. lx. diſt. ſi ſeruus ſciente. in verbo, per trien-
nium. ¶ Alius intellectus eſt, quem ponit gloſſ. ij. ꝛ illa dicit quod
loquitur quando tranſiuit licite, vt licentia petita, licet non obten
ta, ad religionem nigrorum que erat ſtrictior: ideo ex hoc non po-
teſt dici apoſtata: ꝛ ſic non eſt irregularis, nec aliqua eget diſpenſa
tione: contrarium procedit, quando tranſiuit illicite: ꝛ ſic ibi ordi-
natus non debet miniſtrare, niſi diſpenſetur: ſic loquitur contra-
rium. Dic ergo. Quidam ſunt apoſtate fidei, vel ex toto religionẽ
dimittentes: ꝛ tales ordinati in apoſtaſia carent executione, ꝛ non
poſſunt ab alio, quam a papa, diſpenſari. Quidam ſunt apoſtate
late, qui illicite tranſeunt de religione in religionẽ: ꝛ tunc aut trã
ſeunt publice, ita quod factum eſt publicum: ꝛ tunc cum talibus di
ſpenſat abbas. Aut eſt occultum: ꝛ non requiritur diſpenſatio.
Aut tranſeunt licite: ꝛ non egent diſpenſatione.

1 ¶ Ordinatus Grecus epiſcopo Latino ſubditus, a Greco ſine
licentia Latini, interdicitur ei ordinis executio.
2 Spiritualem ſubiectionem non impedit diuerſitas ritus.
3 Ordinatus clericus ab altero epiſcopo ſine licentia ſui epiſcopi,
executionem ordinis non recipit.
4 Ordinatus Grecus Latino ſubiectus per Grecum epiſcopum de
licentia Latini epiſcopi recipit executionem ordinis.
5 Conſuetudo induci poteſt in ordinibus conferendis.
6 Ordinatio clericorum poteſt extra quatuor tempora fieri.
7 Ordinati ab alijs epiſcopis ſunt ipſo iure ſuſpenſi.
8 Ordinati ab alijs epiſcopis celebrantes quando incurrant irregu
laritatem.
9 Ordinatus Grecus a Latino ſecundum ritum Grecorum non re
cipit executionem.
10 Ordinatus ſubijcitur conſuetudini eccleſie, ad quam ordinatur.
11 Ordinatus Latinus coniugatus vxore ſua inſcia cogitur ad vxo
rem ſuam redire.

1 Quod tranſlationẽ. ¶ † Si Gre-
cus epo Lati-
no ſubiectus ordinatur a Greco ſine Latini licẽtia, ei
ordinis executio interdicitur: ſi cum licẽtia, toleratur.
In prima ponitur deciſa conſultatio. In ſecunda reſponſio, ibi:
conſultationi. que diſtinguit, ꝛ ſecundũ membrũ proſequitur, ibi:
2 ſi vero. ¶ † Nota primo ꝙ diuerſitas ritus inter ſuperiorem ꝛ in-
feriorem, dummodo ſint ſub vna fide, non impedit ſubiectionẽ ſpi
3 ritualem. ¶ † Nota ſcđo ꝙ clericus epo ſubiectus ab altero epiſco
po, abſq3 ſui epiſcopi licentia, ordinatus licet reciperet characte-
rem, non recipit executionem: vel ſi recipit, interdicenda eſt ſibi.
4 ¶ † Tertio nota quod Grecus ſubiectus Latino poteſt de licen-
tia Latini ordinari ſecundũ ritum Grecorum: ꝛ ordinatus recipit
5 executionem. ¶ † Quarto nota quod circa ordines conferendos
vna pars Chriſtianorũ poteſt inducere conſuetudinem, ſi hoc pa-
pa toleret: ꝛ ſic papa hoc non tolerante inducere illam non poteſt.
¶ Opponitur primo quod decre. nõ facit ad titulum: q2 non agi-
tur hic de poteſtate ordinantiũ, ſed de tempore. So. Dic qđ hic a
Greco fuit facta ordinatio extra quatuor tempora: ꝛ ſic facit ad ti
6 tulũ. ¶ † Opp. ꝙ ordinatio iſta non debeat fieri extra quatuor tẽ
pora, vt pꝫ. ſ. c. ij. ꝛ iij. Solu. Dicit gl. quod hoc ſeruabant clerici
Orientales, ꝛ de iure fieri non debet: tamen ex eorum more hoc fie-
bat: ꝛ valebat propter tolerantiã pape. Et dicit glo. qđ hodie mos
iſte non toleratur. ſ. eo. cum ſecundum. ¶ Dicit Hoſt. quod decr.
quã in pleriſq3 facit quod mos hodie toleretur, ꝛ habet aliqualiter
7 hic excuſare prelati authoritas, ſecundũ Phi. ¶ † Opp. tertio ꝙ
etiam ordinati ab alijs epiſcopis ſunt ipſo iure ſuſpẽſi, ꝛ nõ ſuſpẽ-
dendi: vt pꝫ. ix. q. ij. c. j. ꝛ. iij. lxx. di. c. j. ij. ꝛ. iij. ſ. de parochijs. null⁹.
Sol. Dic quod ordinatio eſt irrita quo ad depoſitionem: quia tali-
ter ordinati debent deponi, niſi cum eis fuerit diſpenſatum. ix. qđ.
ſi. nullum. ꝛ. vij. q. j. epiſcopus in dioceſi. vel dicit non habent execu
tionem quo ad ſe: ſicut dicitur de peccato occulto, de coha. cleri. et
8 mulier. c. ſi. ſed quo ad alios non ſunt ſuſpenſi. Et per hoc infertur
quod celebrantes non incurrunt irregularitatem. Ad idem de of-
fic. ordina. ſignificaſti. Poteſt tamen eis interdici executio, vt hic
quo ad omnes eſſet ſuſpenſus: ꝛ ſi ſic interdictus non abſtinet, po-
teſt excommunicari. lxx. diſtinc. c. iiij. ꝛ tunc celebrando incurrit ir
regularitatem, non prius, licet celebrando grauiter peccet: de cle-
ri. excommuni. mi. ſi celebrat. Ad hoc, quia epiſcopus talia ratifi-
cat, ꝛ diſpenſat. Per qđ patet quod non incurrit irregularitatẽ:
alias papa ſolus diſpenſaret. de ſenten. excommuni. cuꝫ illorum. ꝛ. c.
ſ. Pro hoc ſtylus curie, mandamus quod cum eo ad tempus ſuſ-
penſo diſpenſes. Et ſi queris, in quo diſpenſatur: Dic, vt non de-
ponatur, nec aliter grauiter puniatur: qđ fieri poſſet de iure, ſcđm
Hoſt. licꝫ dicat aliquos dicere contra: ſed ipſe nõ indicat aliquẽ irre
gularẽ, niſi vbi appareat iure expreſſum: de ſen. excõ. is, qui. Jod.
remittit ad no. eo. ti. c. eos. li. vi. Tene qđ ibi dicit glo. ſ. qđ non in-
9 currat irregularitatem. ¶ † Oppo. quarto qđ non toleretur hic
Grecus ordinatus. ſ. cũ ſcđm. Solu. Dic ꝙ tolerabaſ olim, hodie
nõ toleraſ, vt hic: ꝛ ſic ibi loquiſ de ordinatis a ſ. Celeſtinũ, q nõ to
lerauit hõc morẽ. Uel licꝫ permiſſio ritus reprobeſ, vt ibi, tñ hodie
poſſet fieri ordinatio a Greco ſcđm ſuũ ritũ non reprobatũ. Jđ or
dinatus Grecus a Greco toleratur, vt hic, nõ ordinatus Grecus
10 a Latino, vel ecõtrario, vt ibi. ¶ † Quero an quo ad hoc vt poſ-
ſit vti matrimonio ɔcto Grec⁹, dictũ Inn. ſup originali loquiſ de
ordinato Latino a Greco: ꝛ ſic etiã ponit Jo. an. cũ hoc meli⁹ ſtat
ppter ea, que ſubiũgunſ. Sꝫ dic ꝙ intelligiſ de Greco quo ad ori-
ginẽ, Latino tñ quo ad clericatũ, ſit differentia an ſit ordinatus a
Greco, vel a Latino, vt indiſtincte poſſit vti: dicit Inn. ꝙ licꝫ quo
ad ordines ſiat differentia, q2 vbi a Latino oꝫ attẽdi an a Greco,
tñ quo ad vtẽdũ matrimonio ɔcto non eſt differentia: ſed attendẽ
da eſt cõſuetudo eccleſie, ad quã ordinaſ, ꝛ in qua intitulatus eſt,
quã oꝫ obſeruare. viij. di. que cõtra mores, ꝛ illi⁹ etiã, qui ordinari
11 mãdauit. † Si vero ordinetſ ad titulũ certe eccle, ſeruabit cõſuetu-
dinẽ ordinatorũ: de preb. cũ ſm qđ nõ plꝫ Hoſt. q2 ꝛ ſi Latin⁹ con-
iugat⁹ ſua inſcia ordinat⁹ fuit, ꝛ etiã profeſſus, cogiſ ad vxorẽ re-

dire,de conuer.coniug.coniugatus.⁊.c.ſane.⁊.c.vxoratus.ſecundũ
Inno.forte intelligit,quando eſt ordinatus ea ſciente,⁊ patiente.
Antonius de Butrio.

1 ¶ Ordinatus a papa,ſine licentia pape ad ſuperiores ordines
non promouetur.
2 Inferior non poteſt perficere ceptum a ſuperiore.
3 Finis ⁊ principij eadem eſſe debet cauſa agens.
4 Priuilegia a papa gratioſe conceſſa nõ trahuntur in exemplum.
5 Ordinatus a papa per hoc non eximitur a poteſtate ſui epiſcopi.
6 Iudicare clericum qui non poteſt,an poſſit ordinare.
7 Ordinatus ab inferiore papa poteſt ab alio inferiore ordinari.

1 **Cum in diſtribuendis.** ¶† Ordinatꝰ
a papa ſine licentia pape ad ſuperiores ordines non
promouetur. ¶ Nota primo quod ordinatus a papa nõ
2 poteſt promoueri ab inferiore abſqꝫ licentia pape. ¶† Nota ſecun
3 do quod ceptum a ſuperiore inferior perficere non poteſt.†⁊ quod
4 eadem debet eſſe cauſa agens finis ⁊ principij. ¶† Nota tertio qḋ
conceſſa gratioſe a papa,non trahuntur in exemplum ab inferio
5 ribus. ¶† Opp.qḋ ſubſit inferiori hic a papa ordinatus:de ma.⁊
obe.c.per tuas. Preterea hic actus ordinationis plus eſt oneris,
quam honoris:⁊ ſic videtur quod nõ debeat auferre commodum.
Dic quod hec ordinatio licet ſit onus,tamen in aliquibus eſt ho
nor,⁊ commodum. Primo enim eſt commodum:quia non poteſt
talis,niſi pluribꝰ teſtibus,cõuinci.ij.q.iiij.preſul.⁊.c.nullã. Scḋo,
qꝛ nõ põt cogi ab epõ recipere ordines,de cõſe.di.ij.c.ſi.poterit tñ
ſm Vin.ꝑpter neceſſitatẽ eccleſie cogi ab epõ vt petat licẽtiã a pa
pa vt ordinetur. ¶ Tertio,qꝛ maior honor debet tali,quã aliis.de
ma.⁊ obe.per tuas. Dicit tñ gl.qḋ per hoc nõ eximitur a ptãte ſui
epi,quin ab eo poſſit iudicari:vt in dicta decr.per tuas.qḋ intelli
ge in alio,quam in depoſitione ab ordine; vt in dicta decr.ꝑ tuas.
6 ¶† Nec obſtat quod qui non poteſt ordinare,non poteſt iudicare.
ix.q.ij.nullus primas.quia illud eſt regulariter verũ:ſpeciale hic
propter excellentiam ſuperioris,qui manum impoſuit:⁊ illud niſi
appareat permiſſum:vel qui non poteſt ordinare,non põt iudica
re,illo reſpectu,quo non poteſt ordinare:ſic nec iſte poteſt ordina
7 re,nec iudicare reſpectu ordinis. ¶† Opp.qḋ ordinatus ab vno
poſſit ab alio ordinari.de temp.or.cum nullus.lib.vi. Sol. Dic qḋ
aut loquimur in ordinato a papa:⁊ procedit diſpoſitio capituli:⁊
hoc propter excellentiam dignitatis. Aut in inferiore:⁊ poteſt:et
ordinatus ab vno poteſt ab alio ordinari,etiam illo irrequiſito,
qui habet alias poteſtatem illum ordinandi.

1 ¶ Ordines duo ſacri non poſſunt conferri eidem vno die.
2 Electus appellatur nondum conſecratus.
3 Ordinatio ad ſacros ordines permittitur die dominico poſt ſab
batum ordinationis continuato ieiunio.
4 Euidenter dicitur conſtare,quod apparet ex lege vel ſtatuto.
5 Penalis diſpoſitio loquens de vero,trahitur ad caſum fictum.
Prohibitũ fieri vna die non eſt licitũ altera die fieri.
6 Dies dominica ſequens cum die ſabbati ordinationis fingitur
vna dies.
7 Fictio quelibet habet duo extrema principij ⁊ finis.
Finis quandoqꝫ trahitur ad principium,⁊ quandoqꝫ ad finem.
8 Ordines ſacros conferens plures eadem die vel ficta,punitur.
9 Ordinatus die incongruo eſt ſuſpenſus ab ordinis collati execu
tione.
10 Ordines ſacri poſſunt plures ſimul conferri per epm eadem die.
11 Diem vnam vere faciunt veſpere ⁊ mane.
